2 4 202

Digitized by Google

Digitized by Google

21743 PH

# PATRUM

## NOVA BIBLIOTHECA.

Digitized by Google

# NOVAE PATRUM BIBLIOTHECAE

## TOMUS SECUNDUS

CONTINENS

# S. CYRILLI ALEXANDRINI COMMENTARIUM

## IN S. LUCAE EVANGELIUM

NEC NON EIUSDEM ALIA OPUSCULA XVI

ITEM DIVERSORUM PATRUM

**OPUSCULA X.**

OMNIA EX VATICANIS CODICIBUS

CUM LATINA EDITORIS INTERPRETATIONE

PROLOGIS ET ADNOTATIONIBUS.

2
4
202

ROMAE

TYPIS SACRI CONSILII PROPAGANDO CHRISTIANO NOMINI.

M.DCCC.XLIV.

PVB. FLORENTINAE BIBLIOTH.

Digitized by Google


Digitized by Google

1743 PH



Digitized by Google

*S. Dionysii areopagitae Specimen*



*Libri Enoch Specimen*



Digitized by Google

# EDITORIS PRAEFATIO.

*Editionum S. Cyrilli imperfectio.*

I. Quoties ego generalem illam sancti Cyrilli alexandrini operum editionem, ab Auberto gallo septem tomis vulgatam, manu versabam, toties me cupere memini, ut nova aliqua curaretur, quae tanto aubertina plenior esset ac melior, quanto haec minores alias et vetustiores superasse videtur. Etenim haud minimus huius editionis naevus est, quod latina graeci textus interpretatio varios habet auctores, qui viginti fere numerantur: quo fit ut Cyrilli elocutio neque consona neque uniformis latinis auribus oculisque accidat: et quidem veri etiam crassique errores interpretum latinas plagulas maculant. Necessariis insuper scholiis sive criticis sive exegeticis caret saepe Cyrillus, et materia ipsa respirationes capitulorum divisionesque idoneas haud raro desiderat: graecus vero contextus foedis quandoque mendis laborat: materiarum indices vel exiles sunt, vel alicubi nulli: quilibet denique editoris apparatus et isagoge, et singulorum operum veluti historia ac indicium frustra requiritur. Quamquam igitur haud leve est Auberti meritum, modesti ceteroqui hominis et ingenui, propter hanc tomorum tot quam gravi labore suo molem instruxit; attamen optandum erat, ut maurinus aliquis monachus Cyrillum quoque consueto sodalitatis suae splendore doctrina ac studio sibi adornandum susciperet, quod ut aliquando, meliore temporum conditione fiat, piis votis deposco.

*Scriptorum Cyrilli nupera conquisitio.*

II. His de Auberti editione breviter atque ut spero aequabiliter dictis, nondum tamen eius praecipuum memoravi incommodum, tot videlicet Cyrilli opusculorum defectum, quae partim graece partim latine dispersa in impressis libris extabant, et Auberti notitiam diligentiamque fugerunt. Haec scilicet accurate recenset Fabricius B. G. lib. V. cap. 22. n. 8. ed. nov. T. IX. p. 487. seq. quae nimirum a novo editore sedule colligenda sunt. Neque heic sistendum, sed in conciliorum actibus, praesertim ephesini, in antiquis apologeticis, panopliis, scriptorum enarratoribus seu bibliographis, apprimeque in Photio, nec non antiquis auctoribus Mario Mercatore, puta, Facundo, Liberato, Anastasio, Leontio, et reliquis praecipue adversus Eutychis, Nestorii, Dioscori, Severi, aliasque sectas huiusmodi pugnatoribus, scripta Cyrilli rimanda sunt. Quid de graecis dicam ad utrumque testamentum catenis, quae tot Cyrilli divitias ostentant? Me certe coacervandi cum maioribus scriptis minores etiam minimasve Cyrilli ad unum corpus reliquias cupido incesserat, totumque Cyrillum decem circiter tomis comprehendendi: neque is iniucundus labor fuisset, si otii satis suppeteret, vel si ceteras curas meas seponere decrevissem; quod quia non placuit, nolui tamen Cyrillum, quo paene prae ceteris delector, deserere: sed omissa omni editorum eius operum sollicitudine, converti me potius ad indagandum quicquid tanti viri adhuc ineditum vaticanis codicibus contineri haud fallaci coniectura

Digitized by Google

vel certitudine potius compereram. Quod quum prospere ut puto egerim, et res ultra votum cesserit; facile erit deinceps futuris eruditis Cyrillum denique tum ex superioribus editionibus, tum ex his nostris additamentis cumulatum efficere: cuius mihi certe tanta ad manus venit copia, ut duobus eam voluminibus, non sine mea interpretatione exposuerim, quorum prius nunc describendum est.

Cyrillus de Trinitate.

III. Primum se mihi obtulit Cyrilli ineditum, ut reor, opusculum *de Trinitate* in vaticano perraro codice; quae lucubratio plane ab illa differt, quam pari titulo sub falso Cyrilli nomine (quum sit potius ex Damasceno aliisque excerptum, ut iamdiu demonstratum fuit) vulgavit Wegelinus, prout mox in editione dicam p. 31. Ait autem Cyrillus cap. 3. se, postquam contra blasphemias haereticorum, Arianorum scilicet, satis decertaverat (puta in thesauro, in commentario ad Iohannem, et alibi) nunc hoc opusculum pie credentibus scribere, ut divina dogmata, extra omnem controversiae aleam, didactico more exponat. Reapse autem promissum abunde facit: ea quippe perspicuitate, et theologiae peritia altissimum Trinitatis mysterium evolvit ac tradit, quae tantum atque a Deo peculiariter edoctum magistrum decet. Tres singillatim divinas personas propriis cuiusque argumentis illustrat atque confirmat: idque opusculum, cedro sine dubio liniendum, viginti et octo capitulis terminatur.

De Incarnatione.

Sequitur, pari theologiae merito, tractatus alter ex eodem codice sumptus, *de Domini incarnatione*, triginta quinque capitulis comprehensus, et a Cyrilli ceteris de hoc argumento scriptis prorsus diversus. Atque in hoc refutationem haereticorum non negligit, quorum neminem recentiorem Eunomio nominat. Illa vero calumnia a posterioribus Monophysitis Cyrillo imposita de unica Christi natura ab eo adserta, tam evidenter hoc scripto προληπτικῶς dissolvitur, ut nemo iam contra hiscere ausurus sit. Quamquam vero polemicam in hac lucubratione partem naviter tractat Cyrillus, attamen in exponenda Dei erga homines benignitate, quam incarnationis opus demonstrat, plurimus est; ut christianum populum Dei vicissim amore inflammet, atque in fide confirmet, quam egregie definit pium esse erga Deum ac revelationem obsequium, controversia omni curiosoque etiam examine omisso, cui certe indagini neque plebs neque maxima hominum pars idonea est.

De Deipara.

Tertiam in hoc nostro volumine sedem occupat Cyrilli copiosa ac libelli instar oratio, qua ostenditur beatam Mariam re vera esse rectissimeque dici deiparam. Extabat haec inedita oratio in vaticano codice antiquo 1431 (1) nec non in recentiore ottob. 30; denique eandem contineri scio in codice etiam barberino 253. Rem hanc non semel Cyrillus, etsi obiter, non tamen incuriose tractaverat iis in scriptis, quae p. 75. in adn. nominatim appellavi, quibus addendus est locus orationis I. de fide ad Reginas (opp. T. V. part. 2. p. 47. seq.) Sed enim praeclarum mihi obvenit, ut dixi p. 86, Iustiniani imp. in eius quam edidi epistola duplex testimonium de hac Cyrilli oratione, ita ut praeter stilum et consuetam atque sollemnem Cyrilli doctrinam, auctoritas etiam augusta accedat, quae omnem dubitationis scrupulum eximit. Et quidem ipse Cyrillus hoc se argumentum diserte tractasse, narrat in epistola ad Maximum apud Balutium nov. coll. concil. col. 915. his verbis: « primum capitulum » est quod sancta virgo sit Dei genitrix. » Nisi forte eo loco de primo suo in Nestorium sermone cogitat: etenim id dogma postea, prout nunc in invento nostro legitur, multo uberius explicuit. Luculentam hanc Cyrilli orationem commendare verbis

(1) Specimen scripturae huius codicis 1431. habes n. 6. in tabula tomi quarti huius novae Patrum bibliothecae.

Digitized by Google

omittam, nullis enim laudibus eget; in cuius etiam clausula vehemens ad orthodoxiam retinendam adhortatio fit. Illud nequeo reticere, quod est Cyrillo nostro valde honorificum, simulque novum huic scripto suffragium adiicit. Etenim duo perillustres patres, qui Eutychem reprehenderunt, Leo papa pluribus scriptis (1), Petrus chrysologus una epistola (2), praedictae cyrillianae orationis exordium sibi evidenter vindicaverunt. Leo quidem sermonem suum in Ballerin. edit. postremum, quo Eutychem refutat, sic cum Cyrillo exorditur. « Sicut peritorum prudentiumque medicorum est, passiones infirmitatis humanae remediis praevenire, et quemadmodum saluti contraria declinentur, ostendere etc. » Reliqua etiam consentiunt, nisi quod Cyrillus Dei, Leo autem pastorum providentiam memorat. Iam Petrus, haud quidem in praedicta epistola, sed initio sermonis XLIV. (ed. Seb. Pauli) sic Cyrillum aeque imitatur. « Peritus medicus quoties vario languore defessis plenam desiderat conferre medicinam, altas aperit morborum causas etc. quam plurima remediorum genera, herbarum vires pandit, medicamentorum loquitur qualitates. »

Quarto loco posuimus de eodem argumento dialogum Cyrilli cum Nestorio in codice vat. 790. compertum, ubi is nominatim Cyrillo auctori inscribitur: neque hic certe colloquendi mos a Cyrillo abhorret, ut eius longi cum Hermia et cum ipso Nestorio dialogi noti ostendunt. Certe fit heic perlucida Nestorii arguentis confutatio. Dialogus.

Cyrilli multas periisse epistolas manifestis indiciis constat. Atque utinam Aubertus non tam socors in illarum editione fuisset, qui ne numerare quidem eas meminit, nedum aliquot scholiis aut historicis titulis illustrare! Nos ineditas quatuor invenimus in codice vat. 1431, et partim etiam in ottob. 1262, quas non latina solum translatione, verum etiam aliquot adnotationibus comitari voluimus. Epistolae 4.

Sequitur apud nos homilia de incarnatione Dei Verbi, quae nonnisi latine extabat; graece vero a nobis ex utroque praedicto codice deprompta fuit, novoque latinae linguae vestitu amicta. Item brevior illa quae subtexitur de Nestorio eiecto homilia, latine tantummodo in ephesinis actibus obvia, graece a nobis comperta fuit in vaticanis codicibus 504. et 508, hancque item latinitate rursus donavimus. Captata vero ab his homiliis occasione, multarum aliarum Cyrilli deperditarum titulos p. 114. scripsimus; eumque deinde numerum p. 444. cumulavimus. Atque hactenus descripta Cyrilli opuscula nos superioribus annis graece tantum, et festinatis propter occupationes curis edideramus in veterum Scriptorum tomo octavo. Nunc vero retractatis diligentius graecis codicibus, facta ob publicum usum latina translatione, scholiis etiam pront opus fuit adiectis, rem adhuc pro nostra infirmitate tenuem, sacris tamen litteris paulo utiliorem, fecisse confidimus. Homilia de incarn. Domini. Alia homilia.

IV. Sed ecce aliud in volumine nostro continuatur longe maioris molis Cyrilli scriptum, quod paginas 332. occupat, commentarius nempe ad Lucae evangelium, quem nos gravi sane labore impendioque temporis ex duodecim vaticanis catenarum codicibus compilavimus: ita ut quas Cyrilli reliquias ex quatuor vix codicibus ante hos annos delibatas graece edidimus, nunc plurimum auctas et emendatas ex tot codicibus, addita etiam translatione nostra scholiisque, iusti operis instar repraesente- Commentarius in Lucam.

(1) Leo in celebri ad Flavianum epistola cap. 5. locum quoque non adeo exiguum S. Augustini ex huius contra sermonem Arianorum libro n. 8. ipsis verbis sibi vindicavit; quae res non leve Leonis erga Augustinum obsequium fuisse demonstrat. Ballerin. ed. T. I. col. 824.

(2) Miror sermonum Petri editores, qui hanc epistolam in actibus concilii chalcedonensis obviam, et satis celebrem ac pretiosam, praeteriisse quasi per incuriam vel potius oblivionem aut inscitiam videntur.

Digitized by Google

mus. Sunt autem codices hi, quos in libri marginibus litteris A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. perpetuo denotamus. I. Codex A. vat. membraneus, maximus, in fol. saeculi fere tertii decimi, Nicetae catenam in Lucam continens cum Cyrillo plurimo (1). II. Codex B. palat. vat. bombycinus in fol. eiusdem fere ac B. aetatis, diversam tamen catenam continens. Huius codicis sub initio corrupti, apographum insuper recente manu confectum inspeximus. III. Codex C. vat. chartaceus, in fol. ubi item spissa in Lucam Patrum catena. IV. Codex D. vat. membraneus in fol. saeculi ferme duodecimi, item catena. V. Codex E. vat. chartaceus in fol. continens Macarii Chrysocephali non tam sermones quam patrum, citatis accurate nominibus, catenam in Lucam. Id Macarii opus dicitur etiam alphabetum, quia totidem sunt sermones quot alphabeti litterae: ceteroqui in vat. codice non nisi sexdecim extant, id est usque ad litteram π. VI. Codex F. vat. alius chartaceus, in 4. qui non nisi mediocrem partem praedicti Chrysocephali continet. VII. Codex G. reginae svecae vaticanus, saeculi circiter duodecimi cum catena. VIII. Codex H. vat. praenobilis, saeculi ferme undecimi, qui tamen in grandi mole, nonnisi partem nicetianae catenae complectitur. IX. Codex I. ottobonianus vat. membraneus priscus, cum insigni ad prophetas omnes catena, habens etiam paucos Cyrilli locos, qui diserte dicuntur ex eius in Lucam commentario detracti. X. XI. XII, nobis K. L. M., exiguas admodum Cyrilli in Lucam reliquias nobis suppeditarunt. Duas quoque latinas ad Lucae evangelium catenas inspeximus, unam divi Thomae aquinatis, Balthassaris Corderii alteram: quae sicubi plus aliquid cyrillianum habuerunt, hoc latine nos dedimus in adnotationibus, ut Cyrilli textus, hac saltem lingua, utcumque expleretur. Sed haec, inquam, levia oppido incrementa sunt. Corderium autem fragmentorum suorum imperitum haud raro interpretem multis locis paene inviti redarguimus.

*Idem commentarius syriace inventus.*

Graecorum patrum ad Lucam catenam nuper, id est anno 1841, Oxonii curis viri cl. Crameri ex gallicano codice editam, sero accepi, postquam ego opus Cyrilli meum profligaveram: alioquin eius aliquot locis tempestive usus essem, si nihil aliud certe ad collationem. Iam vero hac inspecta, in Cyrilli quas refert partibus, statim agnovi nonnisi tenuem libri mei partem illic contineri, quum illa ex unico nec copioso codice, meus autem liber ex duodecim ms. catenis, quarum aliquot copiosissimae, prodeat. Etenim ubi quaterniones nostri pleni decurrunt, ibi interdum vel nihil codex gallicanus habuit, puta in capp. I. XVI. XXIV: vel singula vix fragmenta, puta in capp. III. et XV. Huc accedit quod in libro edito Cyrillus ceteris patribus interseritur, nullaque interpretatione latina scholiisve illustratur. Quae dum historialiter narro, haud hercle quicquam praestanti oxoniensi libro detrahere volo, cui omnis a me debetur honor ac porro defertur, propter rei sacrae utilitatem, typorum splendorem, editoris strenuam sedulitatem atque peritiam. Sed ecce aliud me vehementer commovit, gaudioque adfecit, quod ab ephemeridibus publicis nunciatum fuit, Cyrilli integros ad Lucam commentarios, in syriaticam linguam conversos, nuper ex Aegypto in Angliam esse perlatos: quod sane exemplar si nulla laesum lacuna sit, periteque ab interprete syro elaboratum, Cyrilli demum totum ordinatumque ac purum opus, in alieno saltem idiomate repraesentabit. Nam catenarum incommoda quae sint, nemo eruditus ignorat (quamquam et illa peculiaris harum et verissima laus est, quod meliorem cuiusque operis sucum delibare solent.) Eclogarii scilicet partes

(1) Huius codicis, nempe vat. 1411, specimen scripturae exhibuimus tom. IV. in tabula n. 1.

operum pro libito suo excerpunt, et ubi lubet collocant, et quandoque etiam interpolationibus violant. Cum autem volumen nostrum haud ex uno sed ex duodecim mss. codicibus sit conglutinatum, vix fieri potest ut partes omnes sedem propriam, post eclogariorum licentiam et discrepantiam codicum, retineant; quam rem nonnisi integrum operis corpus praestabit. Si igitur graeca nostra ante syriatici libri editionem in Angliam venerint, multum credo interpretando Cyrillo proderunt: sicuti vicissim nobis magnopere fuisset commodus anglicanus liber ordinandis graecis ac perpoliendis, si (quod fieri non poterat) ad nos maturo tempore pervenisset. Rei huius persimile exemplum est Eusebii theophania, in syriaco pariter codice his annis inventa, cuius graeca fragmenta a me antea vulgata, cl. Leus interpres et editor non habuit; nos autem libro eius accepto, graeca nostra excussis denuo vat. codicibus multum auximus et recensuimus: qua super re in quarto bibliothecae huius volumine satis diximus. Iam nemo nobis obiiciat, quod Cyrillum ex catenis, non autem ex codice proprio integroque, vulgemus: nam praeter quam quod nulla alia suppetebat rei conficiendae ratio, nihil nos inusitatum egimus. Ecce enim Origenem in genesim, in proverbia, et in psalmos, nonnisi ex catenis Ruaeus utcumque restituit: eiusdemque item hexapla magnam partem catenae suppeditarunt. Theodoretum et Athanasium in psalmos catenae solae Sirmondo et Montfauconio obtulerunt. Chrysostomi satis copiosas et egregias in Hieremiam explanationes nusquam nisi apud Ghislerii catenam habemus. Eusebium in Lucam, Polychronium in Danielem, Didymum in secundam ad Corinthios nos ipsi catenarum ope adiuti in lucem extulimus. Postremo qualis quantusque percipi ex hac Cyrilli editione fructus possit, lector per se quisque sentiet, et noster etiam rerum index partim demonstrabit, praesertim in re dogmatica, circa Christi divinitatem, originale peccatum, divinam gratiam, sacramenta baptismi, poenitentiae, atque eucharistiae, de quo postremo praesertim dogmate divinus est Cyrilli locus p. 417, quem nulla umquam haeresis neque praesens neque futura labefactabit. Sed de Cyrilli in Lucam commentario satis (1). Superest ut de reliqua voluminis continentia dicamus.

Contra Synusiastas et alios.

V. Est inter syriacos bibliothecae vaticanae codices pervetus quidam, numero 140. notatus, saeculo octavo ut Assemano videtur scriptus, qui Iohannis caesariensis inter quintum sextumque saeculum clari apologiam continet concilii chalcedonensis adversus contemporalem suum Severum patriarcham antiochenum, Acephalorum coryphaeum, et doctorem totius orientis pestilentissimum. Iohannes itaque ut adversarium, Cyrillo semper prout notum est abuti solitum, iisdem armis configat, multos, id est XLVI., Cyrilli locos ex operibus nunc deperditis, contra Synusiastas, et contra Diodorum tarsensem ac Theodorum mopsuestenum, nec non ex commentariis in Matth. Luc. et Paul. recitat; quos ego lubentissime in hoc volumine latine saltem

(1) Testimonia vetera pro Cyrilli in Lucam commentario olim nos citavimus, latinas catenas divi Aquinatis atque Corderii: item graecas vaticanas in prophetas ubi pauca fragmenta citata reperimus: deinde scholiastas aliquot vatic. Item catenas vat. in Luc., quarum nunc numerum auximus usque ad XII. Denique adest codex syriacus, de quo supra diximus. Nunc ecce haec scribens, in aliud testimonium incido Iohannis cyparissiotae decad. VI. Bib. PP. Lugd. T. XXI. p. 420, qui Turriano interprete ait. *Sanctus Cyrillus alexandrinus in explanationibus ad Lucam ait: factam esse dicimus transfigurationem (Domini) non sic quidem ut corpus humanum figuram amiserit, sed splendore quodam indutum fuerit* etc. usque ad *sustinere potuerunt*. Qui locus graece nunc apparuit in editione nostra Luc. IX. 29. p. 239, cum ea tantum levi varietate, quam sive Cyparissiota, sive eclogarii nostri, sollemni more fecerunt. Adde Iohannem caesariensem in hoc volumine p. 131. adn.

Digitized by Google

exposui: praesertim quia librorum contra Synusiastas et contra Diodorum ac Theodorum sex iam ego originalia compereram graeca fragmenta, quorum postea veritatem Iohannes caesariensis confirmavit.

Partes commentarii in Cantic. Salomonis.

Notissima et universalis ss. Patrum regula est, canticum Salomonis nonnisi spiritali sensu de Christo eiusque ecclesia esse intelligendum: quamobrem gravi reprehensione digni sunt, quicumque ab hac decentissima Patrum omnium norma discedere audent. Ecce autem et Cyrillus noster in eo explanando cantico a trito sollemnique ecclesiae more non declinat: cuius ego deperditi commentarii quum ante hos annos fragmenta graece tantum ediderim in Procopii catena (AA. class. T. IX.) nunc collato rursus vat. codice, et addita latinitate, in hac Cyrilli anecdotorum congerie commode exhibeo. Neque in his desunt singulares aliquot sacri textus lectiones, praeter eximiam auctoris pietatem, et de sancti chrismatis sacramento testimonium p. 465. His ego commentarii partibus cyrilliana quinque alia diversi argumenti fragmenta subtexenda curavi.

Homilia de vinea.

Sancti Cyrilli homiliam de evangelica vineae parabola, quam olim latine tantum Achilles Statius lusitanus ad Gregorium XIII. PP. impressam miserat, graece ego in Spicilegio rom. T. V. edideram ex ipso Statii codice in bibliotheca vallicelliana Romae superstite. Fuit enim Statius illius bibliothecae conditor, eiusque illic imago cum elogio ad perpetuam rei memoriam prostat. Nunc igitur ne Cyrilli homilia translatione latina careat, (etenim priscus et tenuis Statii libellus vix alicubi occurrit, et ipsi mihi ad manus non est) hoc quoque Cyrilli scriptum utraque lingua, me interprete, extare constitui. Et quoniam in Cyrilli homiliis versari coeperam, tres quoque eiusdem conciunculas de aegyptiis martyribus Cyro ac Iohanne, quas mihi S. Sophronius in sua praedictorum, quam edidi, martyrum historia obtulit, hoc idoneo loco non sine animadversionibus aliquot ponendas curavi.

Fragmenta multa minora.

Ne minora quidem Cyrilli fragmenta, quotquot inter edita a me scripta, vel in codicibus extiterunt, neglexi. Itaque primo undeviginti particulas sumpsi partim ex codice vaticano 1431, partim ex columnensi, et ex meis Leontio atque Anastasio. Deinde alias XXV. particulas ex deperditis adversus Iulianum libris, a Iohanne eclogario citatas, ut in monito p. 488. dictum est. Postremum, sed insigne magni Cyrilli apud nos segmentum est *adversus eunuchos*, de quo in monito p. 494. verba fecimus; nec non de iunioris quoque specimine p. 497. Atque haec omnia latinae translationis commoditate frui voluimus. Alteram voluminis nostri partem constituunt graece, latine, atque etiam aliquando syriace, diversa classicorum patrum opuscula, quorum titulos paulo post recitabimus. De quibus omnibus quum singula monita atque notitiam propriis in locis scripserim, nunc lectores diutius non morabor.

### PARERGON DE ALIQUOT AREOPAGITAE CODICIBUS.

Dionysii alex. scholia ad Areopagitam.

VI. Iam ut parergon aliquod praefationi huic, simulque volumini ornamentum addam, de tribus dicam breviter praestantibus Dionysii areopagitae vaticanis codicibus; quorum primus insignis et crassae molis, saeculi ferme XII, cuncta illius continet opera cum amplissimis scholiis, quibus prima in pagina praeponitur inscriptio haec: Διονυσίου Ἀλεξανδρείας σχόλια τῆσδε τῆς βίβλου, *Dionysii Alexandriae scholia libri huius*, videlicet de divinis nominibus. De alexandrino hoc Dionysio, areopagitae Dionysii scholiasta, satis disputatum video in utroque corderianae edi-

tionis tomo; quae quomodolibet se habeat opinio; et quamvis Ioh. Cyparissiota decad. I. 1. et II. 2. diserte Dionysium scholiastam a Maximo distinguat; ego tamen scholia haec vaticana alexandrino Dionysio inscripta, eadem prorsus esse comperiebam, tam in hoc quam in aliis Areopagitae libris, ac illa quae sub sancti Maximi nomine in Corderii editione extant. Nihilo tamen minus codex noster propter amplitudinem suam ac vetustatem dignus adhuc est quem eruditi homines consulant, si quando de Areopagita cogitabunt.

Areopagitae codex notis tachygraphicis scriptus.

Alter Areopagitae multo nobilior ac rarissimus codex, descriptus a me breviter fuit in Script. vet. T. VI. praef. p. 37, qui videlicet tachygraphicis notis exaratos continet libros, vel horum potius partes, de divinis nominibus et de eccl. hierarchia. Prioris libri quum amplum specimen in aerea tabula incidendum curaverim, volumini huic praeposui, quò philologi ad graecae tachygraphiae studium excitentur: etenim ne in illa quidem celebri Montfauconii palaeographia par aliquid huic nostro specimini invenient. Quia vero in codicis folio 216. b. excerpta quoque vidi tachygraphicis aeque notis scripta libri Enochi, horum item particula dedi operam ut in eadem tabula extaret. De Enochi libro, quem multi veteres ecclesiae patres cum honore laudarunt, docte scripsit Fabricius in V. T. codice pseudepigrapho. Attamen libri Enochi aethiopicum textum, de quo diu Ludolfus apud cit. Fabricium, nos ipsi superioribus *annis* intulimus in bibliothecam vaticanam; codicem nempe pulcherrimum ex publica auctione redemptum, qui Cardinalis Antonellii fuerat; quod iam dixi in calce catalogi codicum aethiopicorum bibl. vat. Script. vet. T. V. part. 2. p. 100, ubi etiam nuperam libri eius aethiopici editionem apud Anglos curatam commemoravi. Nunc graeci textus, et quidem tachygraphici, exiguam saltem particulam eruditionis causa vulgamus.

Scholia inedita ad epistolam Areopagitae.

Tertium iam memorabo vaticanum codicem, Areopagitae scriptis illustrandis idoneum. Nimirum in peramplo S. Maximi operum ms. volumine legebam ipsius Maximi in quartam Dionysii ad Caium epistolam copiosa scholia, quae in editionibus nondum apparuerunt, quia praedicto loco Corderius Pachymerae paraphrasim S. Maximi scholiis substituit. Horum, inquam, scholiorum quum se occasio aliqua obtulerit, rationem habebo. Interim, ut sit breve specimen, ad illa Dionysii verba ἐκ τῆς ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος: *ex hominum substantia ille, qui supersubstantialis est, sumpsit substantiam;* sic Maximus: οὐ γὰρ ψιλὸν μόνον ἐφάντασεν ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐν εἴδει σαρκὸς διαμόρφωσιν, κατὰ τοὺς Μανιχαίων λήρους· ἢ σάρκα συνουσιωμένην οὐράνοθεν ἑαυτῷ συγκατήγαγε, κατὰ τοὺς Ἀπολιναρίου μύθους, ἀλλ' αὐτὸς κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθὴς ἄνθρωπος γέγονε, προσλήψει δηλονότι σαρκὸς νοερᾶς ἐψυχωμένης, ἑνωθείσης αὐτῷ καθ' ὑπόστασιν: *non enim simplicem tantum ac phantasticam ostendit nobis sub carnis specie figuram, prout Manichaei nugantur: vel iam concretam carnem de caelo secum advexit, quae est Apollinaris fabula; sed ipse omnino substantialiter verus homo factus est, adsumendo scilicet mente praeditam atque animatam carnem, quam hypostatice sibi adunavit.* Et multis interiectis, rursus Maximus: τίς ἔγνω πῶς σαρκοῦται θεὸς, καὶ μένει θεός; πῶς μένων θεὸς ἀληθὴς, ἄνθρωπος ἐστὶν ἀληθὴς, ἄμφω δεικνὺς ἑαυτὸν, ἀληθῶς ὑπάρξει φυσικῇ; κ. τ. λ. *Quis novit quomodo Deus incarnetur, et Deus maneat? quomodo Deus verus manens, homo verus sit, duplicem semet ostendens, cum naturali vere substantia? etc.*

## VOLUMINE CONTINENTUR HAEC.

IN PARTE PRIORE

### S. CYRILLI ALEXANDRINI OPUSCULA.



IN PARTE POSTERIORE

### PATRUM ALIORUM SCRIPTA.



Digitized by Google

# ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
# ΚΥΡΙΛΛΟΥ
## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
### ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΖΩΟΠΟΙΟΥ ΤΡΙΑΔΟΣ (1).

# SANCTI PATRIS NOSTRI
# CYRILLI
## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE
### DE SANCTA ET VIVIFICA TRINITATE.

**Prooemium.**

Oporteret sane omnes, qui nomine servatoris nostri Iesu Christi praefulgent, ovesque esse gloriantur pastoris, qui suam pro nobis animam posuit, pastoris vocem audire, et ab eo demonstratam herbam depascere, et evangelicae fidei terminis mandatisque insistere, simplicemque apostolorum adamare doctrinam. Sed quia multi superbia pereiti, vanaeque gloriae cupidi, et suarum virium ignari, erroneae mentis suae conceptus inspiratae doctrinae anteponunt; et a recta, quae ad supernam civitatem ducit, via aversi multifidas mortiferasque semitas terunt, euncti quidem pariter aberrantes, quamquam non eandem erroris viam aeque sectantes, sed aliis aliisque modis cogitationum suarum sequentes fallaciam; existimo decere, ut ii qui

**ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.**

Ἔδει μὲν πάντας τοὺς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λαμπρυνομένους, καὶ πρόβατα εἶναι σεμνυνομένους τοῦ τὴν ψυχὴν τεθηκότος ποιμένος ὑπὲρ ἡμῶν, τῆς τοῦ ποιμένος ἀκούειν φωνῆς, καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνου δεικνυμένην νέμεσθαι πόαν, καὶ τοῖς τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως ὅροις καὶ νόμοις ἐμμένειν, καὶ τὴν ἁπλῆν τῶν ἀποστόλων στέργειν διδασκαλίαν· ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ πληγέντες τύφῳ (2), καὶ δόξης κενῆς ἐρασθέντες, καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοήσαντες, τὰ τῆς πεπλανημένης αὐτῶν ἐννοίας κυήματα, τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας προυτίμησαν, καὶ τῆς εὐθείας εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἀγούσης ὁδοῦ διατραπέντες, εἰς πολυσχιδεῖς καὶ θανατηφόρους ἐχώρησαν ἀτραπούς, πάντες μὲν ὁμοίως πλανώμενοι, οὐ τὴν αὐτὴν δὲ τῆς πλάνης ὁμοίως μετιόντες ὁδόν, ἀλλὰ διαφόρως τῇ τῶν λογισμῶν ἀκο-

(1) Hoc opusculum prorsus differt a thesauro eiusdem Cyrilli edito, in quo pariter agitur de sancta Trinitate, sed alia ratione et scopo, ut mox dicetur.

(2) Contemporaneus Cyrillo Augustinus cum illo conspirat, docens omnium haeresum matrem esse superbiam; nempe de vera relig. cap. XXV: *si superbia non esset, non essent haeretici neque schismatici*. Et serm. XLVI. n. 18: *diversis locis sunt diversae haereses; sed una mater superbia omnes genuit; sicut una mater nostra Catholica omnes christianos fideles toto orbe diffusos.*



Digitized by Google

λευθοῦντες ἀπάτῃ, ἡγοῦμαι πρέπειν τοῖς τὴν βασιλικὴν καὶ τετριμμένην ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ὁδεύουσιν, ἐλεεῖν τε τοὺς πλανωμένους, καὶ τὴν ἀπάτην γυμνοῦν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ὑποδεικνῦναι, καὶ ποδηγεῖν τοὺς ἑπομένους, καὶ τῆς ἑκατέρωσε παρατροπῆς ἀπείργειν, ἕως ἂν τὴν βασιλίδα πόλιν καταλάβωσι.

regiae tritaeque ab orthodoxis viae insistunt, errantium misereantur, et fraudem iis detegant, et sanam pietatem doceant, et sequacibus ducatum praestent, iisdemque quominus neutram in partem exorbitent caveant, donec ad regalem denique civitatem perveniant.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

### Ὅτι περὶ πολλοῦ ποιεῖται ὁ Θεὸς τὴν ἀνθρώπων σωτηρίαν.

Τούτου γὰρ χάριν καὶ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ εἰς τὴν οἰκουμένην ἀπέστειλε τῶν ἀποστόλων τὸν ἱερὸν χορὸν, ἵνα ταῖς ἀκτῖσι τῆς θεογνωσίας τοὺς ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας συντεθραμμένους φωτίσωσιν, ἵνα τὰ διεσκεδασμένα πρόβατα καὶ τοῖς λύκοις προκείμενα συναγάγωσί τε καὶ ποιμάνωσιν ἐμμελῶς, ἵνα τὴν ἀγριέλαιον εἰς καλλιέλαιον τῇ τοῦ πνεύματος μεταβάλλωσι τέχνῃ, ἵνα τοὺς κρυπτομένους τῷ βυθῷ τῆς ἀσεβείας, τῷ τῆς διδασκαλίας ἁλιεύσωσι λόγῳ· ἐπειδὴ τοίνυν καὶ τῷ ποιητῇ τῶν ἀνθρώπων πάντων ἥδιστον τῶν ἀνθρώπων ἡ σωτηρία, καὶ τῇ φύσει δὲ δοκεῖ τὸ τῷ πέλας ἐπαμύνειν δεομένῳ κηδεμονίας, τὸ δοθὲν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου τῆς γνώσεως τάλαντον ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας καὶ ἡμεῖς καταβάλλωμεν, ἵνα μὴ τῷ ἀργῷ συγκαταδικασθῶμεν οἰκέτῃ· καὶ τῶν θείων δογμάτων τὴν διδασκαλίαν προθήσομεν, τοῖς τε εἰδόσιν εἰς ἀνάμνησιν, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν εἰς μάθησιν.

## Capitulum I.

### *Quod Deus multum aestimet hominum salutem.*

Huius quippe rei causa omnium quoque Servator in universum mundum misit apostolorum sacrum chorum, ut divinae notitiae radiis, eos qui in ignorantiae tenebris enutriti fuerant, illuminarent; ut dispersas oves lupisque expositas congregarent diligenterque pascerent; ut silvestrem in mitem oleam spiritali arte immutarent; ut impietatis barathro mersos, magisterii expiscarentur sermone. Quoniam igitur et omnium hominum creatori iucundissima est hominum salus, et ipsius naturae lex est ut curam proximo egenti impendamus, datum nobis a Domino scientiae talentum apud nummularios nos quoque collocemus, ne cum inerte illo damnemur famulo: ideoque divinorum dogmatum doctrinam exponamus, scientibus quidem ad commemorationem, ignaris autem ad eruditionem.

### β′. Τίς ὁ χαρακτὴρ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου.

Κηρυττέτω δὲ τὴν εὐαγγελικὴν ὁ λόγος πίστιν ἁπλοϊκῶς οὕτω καὶ διδασκαλικῶς, μὴ διαλεκτικῶς μηδ᾽ ἀντιλογικῶς. ἀλλ᾽ ἐκκλησίας (1) Θεοῦ προσφόρως, κατανυκτικῶς μὴ ἐπιδεικτικῶς, διδακτικῶς μὴ δικανικῶς, τεχνολογίας ἀπηλλαγμένος, θεολογίᾳ κεχρημένος· μὴ πολυπραγμονῶν τὰ ἀνέφικτα, μὴ ἐρευνῶν τὰ ἀπερινόητα, μὴ νῷ καὶ λόγῳ τὰ ἀχώρητα περιγράφων, μὴ τεχνικαῖς τὴν ἀριστοτέχνην ὑπο-

### II. *Quae sit ecclesiasticae doctrinae forma.*

Praedicare debet sermo noster evangelicam fidem simplici prorsus ac didascalico modo, non dialectico vel pugnace, sed ecclesiae Dei conveniente, ad compunctionem non ad ostentationem, ad instructionem non ad contentionem: artificio careat, theologia abundet, inaccessa non scrutetur, inintelligibilia non exquirat, neque mente aut sermone incomprehensibilia comprehendere velit, neque artificialibus su-

(1) Codex ἐκκλήσιως; sed omnino scribendum videbatur ἐκκλησίας. Sic enim divus Paulus I. Cor. XI. 16: *si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei.*

2 1343 PH



premum artificem supponere methodis; neque omissa fide, pompam quaerat. Piscatores imitetur, coriarii vestigia premat, publicani ducatum sequatur, prophetica illuminetur lucerna, evangelico illustretur sole, nihil de suis excogitationibus admisceat, nullam nisi sanctissimi Spiritus adstruat doctrinam. Haec est enim divini magisterii definitio.

βάλλων μεθόδοις, μὴ τὴν πίστιν ἐῶν, καὶ τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτῶν· τοῖς ἁλιεῦσιν ἑπόμενος, τὸν σκυτοτόμον (1) ἰχνηλατῶν, ὑπὸ τοῦ τελώνου ποδηγούμενος, τῷ προφητικῷ καταυγαζόμενος λύχνῳ, τῷ εὐαγγελικῷ φωτιζόμενος ἡλίῳ, μηδὲν τῶν οἰκείων λογισμῶν ἀναμιγνὺς, πάντα δὲ τοῦ παναγίου πνεύματος ὑφαίνων διδάγματα· οὗτος γὰρ τῆς θείας διδασκαλίας ὁ ὅρος.

## III. *Quod haec instructio orthodoxis tradatur.*

Et haereticas quidem blasphemias aliis in scriptis coarguimus, singulasque seorsum persequentes, detracto fraudis velamine, nudam ostendimus impietatem. Nunc autem, Deo favente, fidei alumnis data ecclesiae divinitus dogmata exponemus: neque sermonis prolixitate satietatem studiosis inferentes, neque nimia brevitate curam debitam corrumpentes, sed utriusque termini medium tenentes: ita ut neque excessu molesti auditoribus simus, et tamen perspicuam divinae scientiae institutionem tradamus. Incipiam vero a supernis, ad ipsum bonorum fontem currens.

## γʹ. Ὅτι ὡς πρὸς εὐσεβεῖς ἡ διδασκαλία γενήσεται.

Τὰς μὲν οὖν αἱρετικὰς βλασφημίας ἐν ἑτέροις ἤδη συγγράμμασι διηλέγξαμεν (2), χωρὶς ἑκάστην διαλαβόντες, καὶ τοῦ τῆς ἀπάτης γυμνώσαντες προκαλύμματος, καὶ γυμνὴν δείξαντες τὴν ἀσέβειαν· νῦν δὲ, θεοῦ διδόντος, τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως τὰ τῆς ἐκκλησίας θεόσδοτα προθήσομεν δόγματα· μήτε τῷ μήκει τοῦ λόγου κόρον τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐπεισάγοντες, μήτε τῇ βραχυλογίᾳ τὴν ἀκρίβειαν διαφθείροντες, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν ἄκρων τὴν μέσην αἱρούμενοι· ἵνα μήτε τῷ πλήθει τῶν ἀκούοντας ἀποκναίσωμεν, καὶ σαφῆ τὴν διδασκαλίαν τῆς θεογνωσίας προσοίσωμεν· ἄρξομαι δὲ ἄνωθεν, πρὸς αὐτὴν δραμὼν τῶν ἀγαθῶν τὴν πηγήν.

## IV. *Quaenam sint opiniones tenendae de Deo patre.*

Nos Trinitatis amatores, adoratores, et praedicatores, magna voce sublimique animi conceptu, credimus in unum Deum patrem absque initio, ingenitum, qui semper pater extitit, non autem postea qualitatem hanc adsecutus est; non enim fuit tempus quo ipse non fuerit, sed et antea pater erat. Neque ipse fuit ante filius, deinde pater, ut corporum sequela postulat; sed ex quo existit, semper autem extitit, pater et est et vocatur.

## δʹ. Ὁποίας δεῖ διαλήψεις ἔχειν περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

Ἡμεῖς οἱ (3) τῆς τριάδος ἐρασταὶ καὶ προσκυνηταὶ καὶ κήρυκες μεγαλόφωνοί τε καὶ μεγαλόφρονες, πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, ἀεὶ ὄντα πατέρα, οὐχ ὕστερον τοῦτο κτησάμενον, οὐ γὰρ ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ἀλλ' ἄνωθεν ἦν πατήρ· οὐδὲ γέγονε πρῶτον υἱὸς, εἶτα πατὴρ κατὰ τὴν τῶν σωμάτων ἀκολουθίαν, ἀλλ' ἀφ' οὗπερ ἐστὶν, ἀεὶ δέ ἐστι, πατὴρ καὶ ἔστι καὶ καλεῖται.

(1) Paulum intellige qui pelles tabernaculorum consuebat.

(2) Scilicet in thesauri, ut iam diximus, sermonibus editis, quibus haereticos refutavit. Nunc autem fidei simplicem spondet orthodoxis expositionem Cyrillus.

(3) Codex evidenter δ, quod prorsus videbatur immutandum in οἱ.

Digitized by Google

### έ. Ὁποῖα δεῖ περὶ τοῦ υἱοῦ φρονεῖν.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα υἱὸν συναΐδιον τῷ γεννήσαντι, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντα, ἀλλ' ἀεὶ ὄντα, καὶ σὺν πατρὶ ὄντα· ἀφ' οὗ γὰρ πατὴρ, ἀεὶ δὲ πατὴρ, ἐξ ἐκείνου υἱός· ἀχωρίστως γὰρ ἔχει ταῦτα πρὸς ἄλληλα, τά τε ὀνόματα, καὶ τὰ πράγματα· εἰ οὐκ ἀεὶ δὲ ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἦν ὅτε οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀεὶ ὁ πατήρ· ἀφ' οὗ γὰρ ἐγέννησε, τοῦτο ἔχει τὸ ὄνομα· εἰ δὲ ἀεὶ ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ (βλάσφημον γὰρ τῷ ὄντι, ὑπὸ χρόνους ποιῆσαι τὸν τῶν χρόνων ποιητὴν, καὶ χρονικοῦ διαστήματος ἀποφῆναι δευτέραν τὴν ἄχρονον καὶ ὑπὲρ χρόνον γέννησιν) ἀεὶ ὁ υἱὸς, ἐκ τοῦ πατρὸς μὲν ἀῤῥήτως γεννηθεὶς, μετὰ τοῦ πατρὸς δὲ ἀεὶ ὢν, καὶ σὺν τῷ πατρὶ γνωριζόμενος.

### ς'. Ὅτι τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ συναΐδιον διδάσκουσιν αἱ γραφαί.

* Ioh. I. 1. Ἐν ἀρχῇ *, φησὶν, ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· ὁ δὲ ἐν ἀρχῇ ὢν, πότε οὐκ ἦν; οὔτε γὰρ εἶπεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐγένετο, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἦν· οἷον ἂν φιλονεικήσωμεν τοῖς λογισμοῖς ὑπερβῆναι τὸ ἦν, ἐπέκεινα γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐκ ἰσχύσομεν· πάντα δεύτερα τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος, καὶ χρόνος, καὶ αἰὼν, καὶ εἴ τι ἂν ἕτερον χρονικὸν ἐπινοηθείη διάστημα· εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνῆν ὁ υἱὸς, ὕστερον δέ ποτε προσεγένετο, ἀνάγκη χρόνον καὶ αἰῶνα πατρὶ καὶ υἱῷ μεσιτεύειν· εἰ δὲ τοῦτο δοίη τις, εὑρεθήσεται τὸ ποίημα τοῦ ποιητοῦ προϋπάρχον· πάντα γὰρ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, διὰ τοῦ υἱοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἓν δὲ τῶν πάντων ὁ αἰὼν ἢ ὁ χρόνος· καὶ
* Hebr. I. 2. ὁ μακάριος δὲ Παῦλος * ἐπ' ἐσχάτων, φησὶ, τῶν ἡμερῶν, ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν· εἰ δὲ τοῦ υἱοῦ οἱ

### V. *Quid de filio sentiendum sit.*

Credimus in unum filinm, coaeternum gignenti, qui initium existendi non habuit, sed semper, et quidem cum patre fuit. Etenim ex quo pater, semper autem fuit pater, ex ipso est filius. Namque haec invicem inseparabilia sunt, tum nomina, tum etiam res. Si autem non semper extitit filius, sed aliquando non fuit, ne pater quidem semper extitit: nam ex quo genuit, hoc habet nomen. Iam si semper Deus pater extitit (nam blasphemum revera fuerit, sub tempora redigere temporum creatorem, et temporali intervallo iuniorem adfirmare intemporalem ac supra omne tempus generationem) semper filius fuit, ex patre quidem ineffabiliter genitus, cum patre autem semper existens, et cum patre cognitus.

### VI. *Quod filium patri esse coaeternum docent scripturae.*

In principio, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Quod ergo in principio erat, quandonam haud fuit? Neque enim dixit, in principio factum esse, sed in principio fuisse. Quantumvis nos conemur cogitatione nostra superare dictionem ERAT, transcendere ultra principium non poterimus. Cuncta posteriora sunt existente in principio, nempe et tempus, et saeculum, et quodvis aliud temporale excogitari poterit intervallum. Si ergo non semper cum Deo patre extitisset filius, sed postea factus esset, necessario tempus et saeculum inter patrem ac filium interponeretur. Quod si quis concedat, invenietur factura faciente anterior. Omnia enim, ait evangelista, per filium facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Iam vero unum quid ex hac universitate saeculum quoque seu tempus reputandum est. Beatus vero Paulus ait: novissimis diebus locutus est nobis in filio, quem constituit

heredem universorum, per quem fecit et saecula. Quod si filii facturae sunt saecula, ea facientem non praecedunt. Iam saeculis non existentibus, exploratum est, ne tempus quidem fuisse, quod dies noctesque efficiunt et metiuntur: dies vero noctesque facit lucis ortus et occasus: quae quidem lux post caelum ac terram et aërem facta fuit. Haec porro omnia, et quicquid in eis est, Deus Verbum, beneplacito patris, verbo creavit.

Quum igitur tempora ac saecula cum aliis rebus omnibus a Verbo facta fuerint, nihil inter patrem et filium iacet, sed pater semper fuit Deus, semper autem cum patre filius. Quare etiam evangelista, in principio erat Verbum, clamat. Et apostolus Paulus ait: qui quum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius. Et alibi: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Et neque Iohannes ERAT omittit; neque item Paulus CUM ESSET et CUM EXISTERET; quandoquidem semper existentem uterque praedicant. Quapropter et paulo post evangelista, vita erat inquit, et vita erat lux hominum. Et denuo: erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et adhuc: unigenitus Dei filius qui est in sinu patris. Nec non in epistola: qui fuit, inquit, ab initio. Hanc theologiam a divino Spiritu tradere edocti fuerunt circa unigenitum Dei Verbum, ii qui ab initio spectatores ministrique verbi fuerunt. Quamobrem non connumerarunt cum creatura creatorem: non posuerunt in ordine factarum rerum factorem: nusquam creaturae nomine appellarunt venerabilem Dei genituram: nusquam dictionem FACTUM EST divinitati copularunt. Sed alius quidem dixit: in principio erat Verbum; non autem, in principio factum est Verbum. Alius vero: qui cum esset splendor gloriae, et figura substantiae. Non ait: factus est splendor et figura. Et rursus: qui cum in forma Dei esset; non autem

αἰῶνες ποιήματα, οὐ προϋπάρχουσι τοῦ ποιήσαντος· αἰώνων δὲ μὴ ὑπαρχόντων, εὔδηλον ὡς οὐδὲ ὁ χρόνος, ὃν ἡμέραι τε καὶ νύκτες ποιοῦσι καὶ μετροῦσιν· ἡμέρας δὲ καὶ νύκτας ἡ τοῦ φωτὸς ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐργάζεται· τὸ δὲ φῶς μετὰ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα ἐγένετο· ταῦτα δὲ πάντα, καὶ τὰ ἐν τούτοις, ὁ θεὸς λόγος εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς ἐδημιούργησε λόγῳ.

Τοίνυν τῶν χρόνων καὶ τῶν αἰώνων μετὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων ποιηθέντων ὑπὸ τοῦ λόγου, οὐδὲν ἂν ἦν μεταξὺ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλ' ἀεὶ μὲν πατὴρ ὁ θεὸς. ἀεὶ δὲ ὁ υἱὸς σὺν πατρί· διὸ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος βοᾷ. Καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος φησί· * ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Καὶ ἑτέρωθεν· * ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ· καὶ οὔτε ἐκεῖνος τὸ ἦν, οὔτε οὗτος τὸ ὢν καὶ ὑπάρχων, ἐᾷ· ἐπειδὴ τὸν ἀεὶ ὄντα κηρύττουσιν· οὗ χάριν καὶ μετ' ὀλίγα ὁ εὐαγγελιστής· ζωὴ ἦν, φησὶ, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ αὖθις· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. Καὶ πάλιν· * ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός. Καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ· ὃ ἦν, φησὶν, ἀπ' ἀρχῆς. Οὕτω θεολογεῖν ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον ἐδιδάχθησαν οἱ ἐξ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου γενόμενοι· διὸ οὐ συνηρίθμησαν τῇ κτίσει τὸν κτίσαντα· οὐ συνέταξαν τὸν ποιητὴν τοῖς ποιήμασιν· οὐδαμοῦ κτίσμα τὸ τίμιον τοῦ θεοῦ προσηγόρευσαν γέννημα· οὐδαμοῦ τὸ ἐγένετο συνέζευξαν τῇ θεότητι· ἀλλ' οὗτος μὲν, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· οὐκ ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος ἐγένετο· ἐκεῖνος δὲ, ὡς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως· οὐκ, ἐγένετο ἀπαύγασμα καὶ χαρακτήρ. Καὶ πάλιν· ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐ μορφὴ θεοῦ γενόμενος, ἀλλ' ὑπάρχων

* Hebr. I. 3.

* Philipp. II. 6.

* Ioh. I. 18. I. Ep. I. 1.

ἐν Θεοῦ μορφῇ. Καὶ ἑτέρωθι· * ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου· οὐκ εἶπεν, ὃς ἐγένετο εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, ἀλλ' ὅς ἐστιν.

* Colos. I. 15.

### ζ'. Ἀπόδειξις ἐκ τῆς παλαιᾶς, ὅτι ἀΐδιος ὁ υἱός.

Οὕτω τῇ θεολογίᾳ πανταχοῦ συνέζευκται τὸ ἦν, καὶ τὸ ὤν, καὶ τὸ ὑπάρχων, καὶ τὸ ἐστίν· οὕτω τῷ μεγάλῳ Μωϋσῇ ἑαυτὸν διαλεγόμενος προσηγόρευσεν· * ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. Καὶ πάλιν· τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Ὅτι δὲ τοῦ υἱοῦ ταῦτα τὰ ῥήματα, καὶ αὐτοὶ μὲν μαρτυροῦσι τῆς βλασφημίας οἱ πρόμαχοι, ἀχώρητον μὲν τὸν πατέρα λέγοντες, μεσίτην δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς κτίσεως τὸν υἱὸν ἀποκαλοῦντες, καὶ φάσκοντες αὐτὸν τοῖς πατριάρχαις καὶ τοῖς προφήταις ὀφθῆναι τε καὶ διαλεχθῆναι· σαφῶς δὲ ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος διδάσκει διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου * λέγων· ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ, καὶ τῷ οἴκῳ Ἰούδα διαθήκην καινήν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέραις ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Ζητήσωμεν τοίνυν τίς τὴν καινὴν δέδωκε διαθήκην· ἢ δῆλον ἅπασιν ὡς ὁ δεσπότης Χριστὸς ταύτης ἐστὶ χορηγός; αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις βοᾷ· * ἐρρέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ἐρρέθη * τοῖς ἀρχαίοις οὐκ ἐπιορκήσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὁμοίως τίθησιν, ὅτι ἐρρέθη μὲν τόδε, ἐγὼ δὲ τοῦτο τοιῶσδε νομοθετῶ, οὐκ ἀναρέπων τὸν κείμενον νόμον, ἀλλὰ τὴν νομοθεσίαν ἀκριβεστέραν ποιῶν, καὶ τῆς φυλακῆς τὸν τρόπον διδάσκων· τὴν νέαν τοίνυν διαθήκην ὁ δεσπότης ἡμῖν δέδωκε Χριστός· ὁ δὲ ταύτην παρεσχηκὼς, καὶ τὴν παλαιὰν μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς Αἰγύπτου δέδωκε τῷ Ἰσραήλ· ὁ δὲ ἐκείνην δεδωκὼς, καὶ τῆς αἰγυπτιακῆς δουλείας ἀπαλλάξας, αὐτὸς

* Exod. III. 14.
* Hierem. XXXI. 31.
* Matth. V. 21.
* v. 33.

dixit: forma Dei factus, sed cum esset in forma Dei. Et alibi: qui est imago Dei invisibilis. Non dixit: qui factus est imago Dei invisibilis, sed qui est.

### VII. *Ex vetere testamento sempiternus demonstratur filius.*

Sic in sermone theologico copulantur semper ERAT, et CUM ESSET, et EXISTENS, et EST. Sic se ipsum Deus, cum magno Moyse loquens, appellavit. Et mox: haec dices filiis Israhelis, qui est misit me ad vos. Iam vero qnod haec filii verba sint, testantur ipsi blasphemiae antesignani, qni patrem incomprehensibilem dicunt, filium autem inter patrem creaturamque medium appellant, aiuntque ipsum patriarchis et prophetis apparuisse cum iisque locutum. Manifeste vero nos ipse Deus Verbum docet per Hieremiam prophetam dicens: diebus illis, illoque tempore feriam cum Israhelia domo, et cum Iudae domo novum foedus, non iuxta foedus quod cum illorum parentibus pepigi, tempore quo manu mea captos ipsos de regione Aegypti reduxi. Quaeramus itaque, quis novum foedus tradiderit. Nonne omnibus patet, dominnm nostrum Iesum Christum eius esse datorem? Ipse enim in sacris evangeliis clamat: dictum est antiquis, non occides; ego autem dico vobis, omnis qui iratus fratri suo temere fuerit, reus erit iudicio. Dictum est antiquis: non periurabis; ego autem dico vobis, nec iurare omnino. Et alia similiter ponit: dictnm fuit quidem illud, ego antem hoc isthoc modo praecipio; haud sane existentem legem subvertens, sed perfectiorem legislationem faciens, eiusque observandae rationem docens. Novum igitur foedus dedit dominus nobis Christus. Qui autem hoc tradidit, idem vetus quoque post liberationem ex Aegypto dederat Israheli. Qui vero illud dederat, idem ut ex aegyptiaca servitute expediret, Moysem scilicet ad Pharaonem miserat. Idem

Digitized by Google

quoque dixit: haec dices filiis Israhelis: qui est misit me ad vos. Hoc et alibi propheta manifestum facit: hic est enim, inquit, Deus noster; neque aestimabitur alius adversus eum: adinvenit omnem viam disciplinae, et tradidit illam Iacobo puero suo, et Israheli dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est.

A postremo itaque initium facientes, propheticum indagemus sensum. Quisnam in terra visus est, et cum hominibus conversatus? exploratum est, ut reor, cunctis modo mente praeditis, quod nempe Verbum Deus, qui naturam nostram adsumpsit, qui rapinam non est arbitratus esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Hic ergo viam disciplinae tradidit Iacobo puero suo, et Israheli dilecto suo, veterem promulgans in deserto per Moysem legem. Qui vero legem illam tulit, ante quam eam traderet, cum Moyse loquens dixerat: haec dices filiis Israhelis, qui est misit me ad vos. Propterea propheta exclamavit: hic Deus noster est, non aestimabitur alius adversus eum. Quibus verbis, non tam eum minorem negat, quam incomparabilem affirmat. Animadvertite quomodo evangelicis dictis prophetica oracula consonent. Moyses ait QUI SUM; immo vero ipse Deus Verbum ait QUI SUM. Paulus autem saepe dicit QUI EST; dicit etiam EXISTIT; quae vocabula parem habent sensum. Similiter Iohannes theologus vocabulum QUI EST evangelicae scripturae multoties interserit; et ipsum quoque prohoemium huiusmodi vocabulis ornat, non semel aut iterum ac tertio, sed multoties praedicans ERAT.

ἀπέστειλε δηλονότι πρὸς Φαραὼ τὸν Μωϋσέα· αὐτὸς εἶπε· * τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· τοῦτο δὲ καὶ ἑτέρωθι ὁ (1) προφήτης σαφὲς ποιεῖ· * οὗτος γάρ, φησίν, ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ· μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη (2).

Κάτωθεν τοίνυν ἀρξάμενοι, τὴν προφητικὴν ἐρευνήσωμεν ἔννοιαν· τίς ὁ ἐπὶ τῆς γῆς ὀφθείς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; εὔδηλον, ὡς οἶμαι, πᾶσι τοῖς τὸν νοῦν ἔχουσιν ὡς ὁ θεὸς λόγος τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀναλαβών, ὁ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν κενώσας, καὶ μορφὴν δούλου λαβών· οὗτος τοίνυν τὴν ὁδὸν τῆς ἐπιστήμης ἔδωκεν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ, τὸν παλαιὸν διαγορεύσας ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ Μωϋσέως νόμον· ὁ δὲ τὸν νόμον ἐκεῖνον δεδωκώς, πρὸ τοῦ δοῦναι τὸν νόμον, τῷ Μωϋσῇ διαλεγόμενος ἔφη· τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Διὸ ὁ προφήτης ἐβόα· οὗτος ὁ θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· μαρτυρῶν αὐτῷ, οὐ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ τὸ ἀσύγκριτον. Ὁρᾶτε πῶς ἔοικε τοῖς εὐαγγελικοῖς διδάγμασιν τὰ προφητικὰ κηρύγματα· Μωϋσῆς κηρύττει τὸ ὤν· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος περὶ ἑαυτοῦ λέγει τὸ ὤν· Παῦλος δὲ πολλάκις λέγει τὸ ὤν, προστίθησι δὲ καὶ τὸ ὑπάρχων, ταὐτὸν δυνάμενον τῷ ὤν· λέγει καὶ τὸ ἐστὶν, ἰσοδυναμοῦν ἐκείνοις κατὰ τὴν ἔννοιαν· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης πολλαχοῦ τὸ ὢν τῇ τῶν εὐαγγελίων πραγματείᾳ ἐνέσπειρε, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ προοίμιον ταύταις τῶν φωναῖς ἀγλαΐζει, οὐχ' ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ πολλάκις κηρύττων τὸ ἦν.

* Exod. III. 14.
* Baruc. III. 36.

(1) In codice interseritur mendose *αὐτός idem*.
(2) Hunc Baruchi textum intelligit de Iesu Christo etiam auctor arianus in comm. ad Luc. V. 3. Script. vet. T. III. part. 2. p. 207.

## η΄. Ὅτι τὰ μὲν ἁρμόττει τῷ Θεῷ λόγῳ, τὰ δὲ τῇ ἀναληφθείσῃ φύσει.

Τῶν κηρύκων δὲ τῆς ἀληθείας τοιαῦτα διδασκόντων, τίς οὕτως ἄγαν θρασὺς καὶ αὐθάδης, ὡς ἀντὶ μὲν τοῦ ἦν, τὸ οὐκ ἦν εἰπεῖν (1); ἀντὶ δὲ τοῦ ὢν καὶ ὑπάρχων, κτίσμα προσαγορεῦσαι τὸν ἐκ πατρὸς μὲν ἀχρόνως καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντα, ἐν δὲ τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς ἱδρυμένον; ὁ γὰρ ὢν οὐ κτίζεται, ὁ ὑπάρχων οὐ δημιουργεῖται· τὸ γὰρ ἐγένετο, καὶ τὸ ἔλαβε, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐ θεολογοῦντες, ἀλλὰ τὴν οἰκονομίαν κηρύττοντες ἔλεγον οἱ τὰ τῆς θεογνωσίας ἐγχειρισθέντες μυστήρια· καὶ
* Ioh. I. 14. πρῶτος μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης *, καὶ ὁ λόγος, ἔφη, σὰρξ ἐγένετο· εἰπὼν τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ πολλάκις τὸ ἦν ἐπὶ τῆς θεότητος δεδωκὼς, εἰς τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ἐλθὼν, ἀναγκαίως τὸ ἐγένετο τέθεικεν· οὐ γὰρ ἦν ἀεὶ ἡ ἐξ ἡμῶν ληφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου ἀπαρχὴ, ἀλλὰ πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων ἐγένετο τε καὶ ἀνελήφθη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ λόγου· τοῦτο ποιεῖ καὶ ὁ μακάριος
Πιστεύομεν τοίνυν, ὡς ἔφην, εἰς θεὸν πατέρα ἄναρχον, καὶ εἰς θεὸν συναΐδιον φύσει υἱὸν, ἐκ πατρὸς μὲν γεννηθέντα, ἀεὶ δὲ τῷ πατρὶ συνόντα, κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φωνήν· ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἦν ὁ λόγος· πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εὐθὲς, τὸ ἡγεμονικόν. τὸ ἀγαθὸν, τὸ παράκλητον, τὸ ἐκ θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννηθέν· εἷς γὰρ μονογενής· οὔτε μὴν κτισθὲν, οὐδαμοῦ γὰρ εὑρίσκομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῇ κτίσει συναριθμούμενον, ἀλλὰ πατρὶ καὶ υἱῷ συνταττόμενον· ἐκπορευόμενον δὲ αὐτὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἠκούσαμεν, καὶ οὐ πολυπραγμονοῦμεν πῶς ἐκπορεύεται, ἀλλὰ στεργόμεν τοῖς τεθεῖσιν ἡμῖν ὅροις ὑπὸ τῶν θεολόγων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν.

### κ'. Ὅτι πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα συντάττεται.

Ἐδιδάχθημεν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς τριάδος συμπληρωτικὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· πορευθέντες γάρ, φησι [* Matth. XXVIII. 19.] * μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς. καὶ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τῷ δὲ πατρὶ καὶ υἱῷ συμμαρτυρούμενον. τῆς κτίσεως ἐστὶ πάσης ὑπέρτερον· διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος μετὰ πατρὸς αὐτὸ καὶ υἱοῦ κηρύττων διατελεῖ· [* II. Cor. XIII. 13.] * ἡ χάρις γάρ, φησι, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς (1), καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος μετὰ πάντων ὑμῶν.

### κα'. Ἀπόδειξις τῆς τοῦ πνεύματος δεσποτείας.

Καὶ πάλιν· [* I. Cor. XII. 4.] * διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσί. τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς ἐστὶ θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· αὐτοῦ δὲ κηρύττων τὴν ἐξουσίαν ἐβόα· [* v. 11.] * πάντα δὲ

### XIX. *De Spiritu sancto.*

Credimus ergo, ut iam dixi, in Deum patrem absque principio, et in Deum coaeternum naturalem filium, ex patre quidem genitum, sed tamen cum patre semper existentem, iuxta evangelicum dictum: in principio erat Verbum. Credimus etiam in Spiritum sanctum, rectum, dirigentem, bonum, consolatorem, ex Deo procedentem, non genitum; unus enim est Unigenitus; neque creatum, nusquam enim in divina scriptura eum comperimus rei creatae adnumeratum, sed in eodem cum patre ac filio ordine positum. Ipsum autem de patre procedentem audivimus, neque tamen quomodo procedat curiose scrutamur, sed his finibus contenti sumus, quos nobis theologi beatique viri statuerunt.

### XX. *Quod in eodem ordine cum patre filioque Spiritus collocatur.*

Namque ab ipso servatore nostro Iesu Christo edocti fuimus complementum esse Trinitatis Spiritum sanctum. « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. » Porro quem cum patre filioque confitemur, is omni rei creatae superior est. Quare et beatus Paulus cum patre ipsum filioque continuata serie praedicat: « gratia enim, inquit, domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei patris, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. »

### XXI. *Demonstratur Spiritus sancti dominatio.*

Rursus Paulus: « divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. » Eiusdem etiam potestatem prae-

(1) Vides apud Cyrillum recte additum καὶ πατρὸς, quae dictio deest in multis novi testamenti codicibus, et tamen necessaria heic est ad Trinitatis plenam enumerationem.

dicans clamabat: haec antem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens separatim singulis: prout vult distribuit dona. Per ipsum quippe recepimus peccatorum remissionem; per ipsum libertatem consequimur; per ipsum adoptionis gratia fruimur. « Non enim accepimus, inquit Paulus, spiritum servitutis iterum in timore, sed accepimus spiritum adoptionis in filios, in quo clamamus, abba pater. » Et alio loco: nam lex spiritus vitae liberavit me a lege peccati et mortis. Et alibi: Dominus autem Spiritus est: ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Qui autem alios liberat, is non servit. Qui enim fieri posset ut conservis daret quae ipse non habet, quod ipse consequi non valet, quo vellet quidem frui, uti par est, neque tamen posset? Quod si revera credentibus libertatem communicat, et servos liberat, non utique ipse servit, sed dominatur, libertatemque pro sua potestate quibus vult largitur. Quare et beatus Paulus ait: omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Quamobrem et propheta in vetere testamento potentiam illius praedicans clamabat: Dominus misit me et Spiritus eius. Et Dominus reprehendens Iudaeos: consilium, inquit, iniit, et non per me; et conventiones, sed non per Spiritum meum; participem ita demonstrans potestatis sanctum Spiritum. Et denique alibi: ideo, inquit, ego vobiscum sum, et Spiritus meus in medio vestrum stetit.

ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ἓν πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται διανέμει (1) τοῖς πιστεύουσι τὰ δῶρα· δι' αὐτοῦ γὰρ τὴν ἁμαρτημάτων ἐλάβομεν τὴν ἀπαλλαγήν· δι' αὐτοῦ τῆς ἐλευθερίας τυγχάνομεν· δι' αὐτοῦ τοῦ τῆς υἱοθεσίας χαρίσματος ἀπολαύομεν· οὐ γὰρ ἐλάβομεν πνεῦμα, φησὶν ὁ Παῦλος *, δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβομεν πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ. Καὶ ἀλλαχοῦ· * ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Καὶ ἑτέρωθεν· * ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμα ἐστίν· οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία· τὸ δὲ τοὺς ἄλλους ἐλευθεροῦν, οὐ δουλεύει· πῶς γὰρ ἂν τοῖς ὁμοδούλοις μεταδοίη ὧν οὐ μετέχει, οὗ τυχεῖν οὐκ ἰσχύει, οὗ ἀπολαῦσαι βούλεται μὲν, ὡς εἰκὸς, οὐ δύναται δέ; εἰ δὲ μεταδίδωσι τοῖς πιστεύουσιν ἐλευθερίας, καὶ ἐλευθεροῖ τοὺς δουλεύοντας, οὐ δουλεύει δηλονότι, ἀλλὰ δεσπόζει, καὶ δεσποτικῶς τὴν ἐλευθερίαν οἷς ἐθέλει χαρίζεται· διὸ καὶ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος *, ὅτι πάντα ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. Διὸ καὶ ὁ προφήτης ἐν τῇ παλαιᾷ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ κηρύττων ἐβόα· * κύριος ἀπέστειλέ με, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Καὶ ὁ θεὸς ἐγκαλῶν τοῖς ἰουδαίοις, ἐποιήσατο, φησὶ *, βουλὴν, καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, καὶ συνθήκας οὐ διὰ τοῦ πνεύματός μου· κοινωνὸν τῆς δεσποτείας δεικνὺς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ ἑτέρωθεν· διό, φησιν *, ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ τὸ πνεῦμα μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν.

* Rom. VIII. 15. — * Idem VIII. 2. — * II. Cor. III. 17. — * I. Cor. XII. 11. — * Is. XLVIII. 16. — * Idem XXX. 1. — * Agg. II. 6.

## XXII. *Quod Paraclitus sit creator.*

Iobus quoque creatorem dominumque ipsum Spiritum credens, non ministrum neque creaturam, Spiritus divinus, inquit, qui fecit me, et spiramen omnipotentis quod erudit me. Iam si humanam naturam creavit, sequitur ut eiusdem cum patre ac filio substantiae sit. Namque in hominis creatione dixit Deus: faciamus ho-

## κβ'. Ὅτι δημιουργὸς ὁ παράκλητος.

Καὶ ὁ Ἰὼβ δημιουργὸν αὐτὸ καὶ δεσποτικὸν εἶναι πιστεύων, ἀλλ' οὐχ ὑπουργικὸν, οὐδὲ ποίημα· πνεῦμα θεῖον, φησὶν *, τὸ ποιῆσάν με, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με· εἰ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἐδημιούργησε, τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἔχει πατρὶ καὶ υἱῷ· ἐν γὰρ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ποιήσει εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ'

* Iob. XXXII. 8.

(1) Ita codex διανέμει, sine ulla antea vel postea interpunctione.

εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· ὧν δὲ ἡ εἰκὼν μία, τούτων δηλονότι καὶ ἡ οὐσία μία.

κγ'. Ὅτι ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ὅτι δὲ οὐσίας θείας ὑπάρχει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸς ὁ θεὸς ἡμᾶς διδάσκει
* Iohel II. 28. διὰ τοῦ προφήτου λέγων Ἰωήλ· * ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· διδάσκει δὲ ἡμᾶς ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς τοὺς μαθητὰς λέ-
* Matth. X. 19. γων· * ὅταν δὲ παραδώσωσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί λαλήσετε· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· καὶ πά-
* Rom. VIII. 9. λιν ὁ Παῦλος· * ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι· εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰ-
* v. 14. κεῖ ἐν ὑμῖν. Καὶ μετ' ὀλίγον· * ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ
* I. Cor. II. 10. seq. θεοῦ· καὶ ἀλλαχοῦ· * ἡμῖν δὲ, φησιν, ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ πνεύματος αὐτοῦ· τὸ γὰρ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ· τίς γὰρ ἀνθρώπων οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ· ἐξ ὧν εὔδηλον ὡς οὐκ ἀλλόφυλον, οὐδὲ ἑτεροούσιον, ἀλλὰ τῆς θείας φύσεώς ἐστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· διὸ καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ γινώσκει, καὶ ἐπίσταται τὰ τοῦ θεοῦ, ὡς ἡ ἡμετέρα ψυχὴ τὰ οἰκεῖα· εἰ δέ τις ἄγνοιαν τὸ ἐρευνᾶν νομίζει, τοῦτο καὶ ἐπὶ πατρὸς
* Rom. VIII. 27. κείμενον εὑρήσει· ὁ γὰρ ἐρευνῶν, φησὶ *, τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα (1) τοῦ πνεύματος· εἰ δὲ ὁ τῶν ὅλων θεὸς οὐκ ἀγνοῶν ἐρευνᾷ, ἀλλὰ σαφῶς ἐπίσταται πρὶν γενέσθαι τὰ πάντα, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ τὸ ἅγιον οὐ δι' ἄγνοιαν ἐρευνᾷ τοῦ θεοῦ τὰ βάθη· πῶς γὰρ ἂν ἁρμόσειε τῷ ἀγνοοῦντι, ὅτι ὡς οἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἐν αὐτῷ, οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ; ἐναντίον γὰρ τῇ ἐρεύνῃ ἡ εἴδησις· ἡ δὲ ψυχὴ οὐκ ἐρευνᾷ τὰ ἑαυτῆς ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπί-

minem ad imaginem nostram ac similitudinem. Quorum autem una est imago, eorum videlicet una quoque substantia est.

XXIII. *Quod ex Deo sit Spiritus sanctus.*

Quod autem divina constet substantia Spiritus sanctus, ipse nos Deus docet per Iohelem prophetam dicens: in novissimis diebus effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Docet vero nos Christus dominus dum ait discipulis: quum autem vos tradiderint, ne curae vobis sit quomodo aut quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Rursusque Paulus: vos autem in carne non estis sed in Spiritu; si tamen Spiritus Dei in vobis habitat. Et paulo post: quicumque enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Et alibi: nobis autem, inquit, Deus revelavit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et quae Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus qui ex Deo est. Ex quibus egregie constat, non esse extraneum neque diversae substantiae, sed reapse praeditum divina natura sanctum Spiritum. Quamobrem arcana quoque Dei novit, et quicquid Dei est novit, sicut anima nostra quae sunt sui ipsius. Quod si quis forte vocabulo scrutandi ignorantiam denotari putat, idem de patre quoque dictum comperiet. Nam qui scrutatur, inquit, corda, qui sit sensus Spiritûs novit. Iam si universalis Deus non ideo scrutatur quia nesciat, sed praeclare novit omnia ante quam fiant; sanctus quoque Dei Spiritus, haud propter ignorantiam profunda Dei scrutatur. Nam quomodo ignoranti congruerent citata verba: quod sicuti novit spiritus hominis quae sunt in ipso, ita et ea quae sunt Dei nemo nisi Spiritus Dei cognoscit? Adversatur enim scrutationi

(1) Vocabulum hoc S. Augustinus, ut adnotat Sabaterius, explicat *quid sapiat*. Alii vero *sensum*.

Digitized by Google

scientia; anima vero res proprias non scrutatur, sed apprime scit. Igitur Spiritus sanctus accuratam Dei notitiam habet: et sicuti patrem nemo novit nisi filius, neque filium nisi pater; ita, ait, nemo novit quae Dei sunt, nisi Spiritus Dei. Ex dictis igitur naturae communionem edocemur.

Quia tamen cunctos impudentiae fines egressi, Arii atque Eunomii blasphemiae discipuli, ipsum Deum aiunt esse Spiritum Dei, necessario beatus Paulus personam Spiritus demonstrat: « nos enim, inquit, haud mundi spiritum accepimus, sed qui ex Deo est Spiritum: ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis; quae et loquimur non suasoriis humanae sapientiae verbis, sed doctrinâ Spiritus sancti, spiritalibus spiritalia comparantes. Animalis autem homo non recipit quae sunt Spiritûs Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere, quia spiritaliter diiudicatur. Quis enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus. » Dum ait itaque: nos spiritum mundi non accepimus, sed qui ex Deo est Spiritum, demonstravit non esse mundo homogeneum Spiritum sanctum, sed divina natura praeditum. Insuper demonstravit, nequaquam se de Deo patre loqui, sed de sancto Spiritu, cuius gratiam credentes accipiunt. Ideo et dixit, Spiritum qui ex Deo est, docens eum a patre habere existentiam, et illius esse naturae, non profecto genitum, sed eo modo quem solus ille scit qui filium novit, et qui patrem novit filius, et is denique qui solus patrem filiumque novit; quam quidem rem a Deo didicimus, sed modum edocti non fuimus. Contenti itaque simus data notitiae mensura, neque imperite scrutemur quae comprehendi non queunt.

σταται· οὐκοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκριβῆ τὴν γνῶσιν τοῦ θεοῦ ἔχει· * καὶ ὥσπερ τὸν πατέρα * Matth XI. 27.
οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ υἱὸς, οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὕτω, φησὶν, οὐδεὶς οἶδεν τὰ τοῦ θεοῦ, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ· ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τὸ κοινὸν τῆς φύσεως διδασκόμεθα.

Ἐπειδὴ δὲ οἱ νοσοῦντες πᾶσαν ἀναισχυντίαν, οἱ τῆς τοῦ Ἀρείου, φημὶ, καὶ Εὐνομίου μαθηταὶ βλασφημίας, αὐτόν φασιν εἶναι τὸν θεὸν τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ, ἀναγκαίως ὁ μακάριος Παῦλος δείκνυσι τὸ τοῦ πνεύματος πρόσωπον· ἡμεῖς γὰρ, φησιν *, οὐ * 1. Cor. II. 12. seq.
τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ πνεῦμα· ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν, οὐκ ἐν διδακτοῖς (1) ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ᾽ ἐν διδακτοῖς πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ θεοῦ· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται· (2) τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, ὃς συμβιβάσει αὐτόν; ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν· οὐκοῦν τῷ εἰπεῖν ὅτι οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἐδίδαξεν οὐχ᾽ ὁμογενὲς (3) τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ τῆς θείας ὑπάρχον οὐσίας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πρὸς τούτῳ ἐδίδαξεν, ὡς οὐ περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἔχει τὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὗ τὴν χάριν λαμβάνουσιν οἱ πιστεύοντες· διὸ τὸ πνεῦμα εἶπε τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ, διδάσκων ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς ἔχει ὕπαρξιν, κἀκείνης ὑπάρχει τῆς φύσεως, οὐ δὲ γεννητικῶς, ἀλλ᾽ ὡς οἶδε μόνος ὁ τὸν υἱὸν γεννησάμενος, καὶ ὁ μόνος τὸν πατέρα γινώσκων. καὶ τὸ μόνον πατέρα (4) καὶ υἱὸν γεννησάμενον· ὃ ἐκ θεοῦ μεμαθήκαμεν, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐδιδάχθημεν· ἀρκούμεθα δὲ τοῖς δοθεῖσι μέτροις τῆς γνώσεως. καὶ οὐ πολυπραγμονοῦμεν ἀγνοήτως τὰ ἀνέφικτα.

(1) Itala vetus, verborum graecorum, ut ait Augustinus, tenacior, apud Ambrosium de Sp. sancto, adnotante Sabaterio, διδακτοῖς interpretatur *suasoriis*.

(2) Aeque tenax verbi itala vetus *diiudicatur*. Immo hoc ipsum vocabulum ἀνακρίνεται explicat pariter *diiudicatur* vulgatus interpres 1. Cor. XIV. 24.

(3) Cod. mendose ὁ μονογενὲς, vel certe ὁμοιογενὲς.

(4) Heic in cod. iterum inseritur καὶ τὸ μόνον πατέρα γινώσκων, quod mendosum visum est et excludendum.

### κδ'. Ὅτι ὁ μέγας ἀπόστολος Θεὸν εἶδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

* I. Cor. VI. 11. * I. Cor. VI. 19. * I Cor. III. 16.

Ὅτι δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, πάλιν ὁ Παῦλος ἡμᾶς διδάσκει· ἀπελούσασθε, λέγων *, καὶ ἡγιάσθητε καὶ ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· τίνος γὰρ ἕνεκεν ναοὶ προσαγορευόμεθα Θεοῦ διὰ τοῦ βαπτίματος τὴν τοῦ πνεύματος δεχόμενοι χάριν, εἰ μὴ Θεὸς ὑπάρχει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὅτι δὲ ναοὶ τοῦ πνεύματος οἱ πιστοὶ προσαγορεύονται, ὁ αὐτὸς ἡμᾶς ἀπόστολος διδάσκει λέγων· * οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστι, οὗ ἔχεται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς· ὁ δὲ ναὸς τὸν ἐνοικοῦντα κηρύττει θεόν· διὸ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν· * οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς τοῦ θεοῦ ἐστὲ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ ναὸς ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς· εἰ τοίνυν τὴν χάριν τοῦ πνεύματος διὰ τοῦ βαπτίσματος λαμβάνουσιν οἱ πιστεύοντες, ταύτης δὲ τῆς δωρεᾶς ἀξιούμενοι, ναὸς Θεοῦ χρηματίζομεν, Θεὸς ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τούτου χάριν εἰ ἐνοίκησις καὶ ναὸς Θεοῦ οἱ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος ἀπολαύοντες εἰσὶ καὶ καλοῦνται, τῆς Θείας φύσεως δῆλον ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πατρὶ καὶ υἱῷ ὁμοούσιον· εἰ δὲ κτίσμα, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας τυγχάνει. οὐκ εἰκότως ἂν ναοὶ προσαγορευθεῖεν Θεοῦ οἱ τῆς τούτου τυγχάνοντες δωρεᾶς· εἰ δὲ ναοὶ Θεοῦ ὀνομάζονται. οἱ μερικῆς τινὸς καὶ βραχείας παρὰ τούτου χάριτος ἀπολαύοντες, ἐκ τῆς προσηγορίας νοήσομεν τὴν συγγένειαν· τοῦτο καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ κολοφὼν ἐν ταῖς πράξεσι διδάσκει, τὴν Ἀνανίου τὴν κλοπὴν διελέγχων.

### XXIV. *Quod magnus apostolus Spiritum sanctum Deum esse scivit.*

Quod autem Dei sit Spiritus sanctus, denuo Paulus nos docet: abluti estis, dicens, et sanctificati, atque iustificati in nomine domini nostri Iesu Christi, et in Spiritu Dei nostri. Cur enim templa Dei appellamur, qui per baptismum Spiritus gratiam recepimus, nisi ipse sanctus Spiritus Deus est? Quod autem Spiritûs templa fideles appellentur, ipse nos docet apostolus dicens: nescitis, quoniam corpora vestra templum sunt eius qui in vobis est sancti Spiritus, quem a Deo habetis, nec estis vestri? Empti enim estis pretio. Templum autem, inhabitantem praedicat Deum. Quare et superius aiebat: nescitis vos templum Dei esse, et in vobis habitare Spiritum Dei? Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Si ergo Spiritus gratiam per baptismum recipiunt credentes, qui vero hoc dono digni fuimus, templum Dei efficimur, sequitur ut Deus sit Spiritus sanctus. Propterea si habitaculum templumque Dei, ii qui gratia Spiritus fruuntur, sunt et appellantur, exploratum est divina natura esse praeditum Spiritum sanctum, et patri filioque consubstantialem. Nam si creatura diversaeque substantiae foret, haud recte templa Dei appellarentur ii, qui huius donum sunt adepti. Quod si templa Dei appellantur qui parte aliqua et quidem exigua gratiae eius utuntur, de appellatione aestimabimus consortium eius. Rem hanc apostolorum quoque apex in actibus docet dum Ananiae furtum coarguit.

### κε'. Ὅτι καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος συνῳδὰ περὶ τοῦ πνεύματος δέχεται.

* Act. V. 3.

Ἀνανία *, γάρ φησιν, ἵνα τί ἠπάτησεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ νοσφίσασθαί σε ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ

### XXV. *Quod etiam divus Petrus consonam de Spiritu sancto gerit sententiam.*

Anania, inquit enim, cur seduxit Satanas cor tuum ut Spiritu sancto mentireris, et de agri pretio fraudares? Et mox:

Digitized by Google

non es mentitus hominibus sed Deo. Nam quia ille putaverat latere apostolos, utpote homines, dum de praedii pretio quam libuit partem subtraheret, apostolorum princeps eum docet, eos qui Spiritus gratia pollerent, cuncta aperte cognoscere quae clam acta essent. Non nobis mentitus es, inquit, sed Spiritui sancto. Ne igitur homines te fefellisse putes: Deo enim tu rem falsam dixisti: namque hominibus non es mentitus, sed Deo. Haud quippe nobis tu illusisti, sed Spiritui sancto, qui Deus est, ex Deo existentiam habens, et eiusdem naturae socius. Hoc etiam Lucas in actibus ostendit, dum narrat, quod antea ministrantibus Domino et ieiunantibus fratribus Antiochiae, dixit Spiritus sanctus:

## XXVI. *Multifariam demonstratur Deum esse Spiritum sanctum.*

Segregate mihi Paulum et Barnabam in opus ad quod eos advocavi. Pergit autem dicere, ipsos a sancto Spiritu missos abiisse Seleuciam. Atque ubi narravit quomodo peragrantes Cyprum, Lyciam, Lycaoniam, Pamphyliam atque Bithyniam, evangelium praedicaverint, subiungit: et inde navigantes Antiochiam Barnabas ac Saulus, unde fuerant traditi gratiae Dei in opus quod compleverant; cum illuc venissent, et ecclesiam congregassent, retulerunt quanta fecisset cum illis Deus. Et quidem quum superius Spiritûs meminisset, ceu qui Paulum et Barnabam ad destinatum a se opus elegisset, Spiritum rursus post reditum nominat, bisque illi Dei nomen attribuit; primo dicens, quod Antiochiam navigaverint unde erant traditi gratiae Dei propter opus quod reapse compleverant: iterum dum ait, quod congregatae ecclesiae ea narraverint, quae cum ipsis Deus fecisset. Profectu a Spiritu sancto erat miraculorum donum, ipse sapientiam prudentiamque suppeditabat, ipse praedi-

χωρίου; καὶ μετ' ὀλίγα· οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ· ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνον ᾠήθη λανθάνειν ὡς ἀνθρώπους τοὺς ἀποστόλους ὑφελόμενος τὸ τοῦ κτήματος τιμῆς, ὃ ἠθέλησεν, ὁ κορυφαῖος αὐτὸν διδάσκει τῶν ἀποστόλων. ὅτι τοῦ πνεύματος τὴν χάριν οἱ ἔχοντες, πάντα σαφῶς ἐπίστανται τὰ κρύβδην γινόμενα· οὐχ ἡμᾶς γάρ, φησιν, ἐψεύσω. ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· μὴ τοίνυν ἀνθρώπους ἠπατηκέναι νόμιζε· θεὸς γάρ ἐστιν ὁ διαψευσθεὶς παρὰ σοῦ· οὐκ ἐψεύσω γὰρ ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ· οὐχ' ἡμεῖς γάρ φησιν ὑπὸ σοῦ παρεκρούσθημεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅπερ ἐστὶ θεός, ἐκ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, κἀκείνης ὑπάρχον τῆς φύσεως· τοῦτο καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι * δῆλον ποιεῖ· εἰπὼν γὰρ ἀνώτερον ὅτι λειτουργούντων τῷ κυρίῳ, καὶ νηστευόντων τῶν ἀδελφῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ, εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον·

* Act. XIII. 2.

## κϛ'. Ἐκ πλειόνων ἀπόδειξις θεὸν εἶναι τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Ἀφορίσατέ μοι τὸν Παῦλον δὴ καὶ τὸν Βαρνάβαν εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς· εἶτ' ἐπαγαγὼν ὅτι ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν. καὶ διηγησάμενος ὅπως περινοστήσαντες τὴν Κύπρον. καὶ τὴν Λυκίαν, καὶ Λυκαονίαν. καὶ Παμφυλίαν. καὶ Βιθυνίαν. ἐκήρυξαν τὸ εὐαγγέλιον, ἐπιφέρει· * κἀκεῖθεν ἀποπλεύσαντες εἰς Ἀντιόχειαν οἱ περὶ Βαρνάβαν καὶ Παῦλον. ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν· παραγενόμενοι δέ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν συναγαγόντες, ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν μετ' αὐτῶν ὁ θεός· μνημονεύσας ἄνωθεν τοῦ πνεύματος, ὡς ἀφορίσαντος τὸν Παῦλον καὶ τὸν Βαρνάβαν εἰς ὃ προσκέκλητο αὐτοὺς ἔργον, τοῦτο μετὰ τὴν ἄνοδον ἀποκαλεῖ· καὶ δὶς τίθησι τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν· πρῶτον μὲν λέγων ὅτι εἰς Ἀντιόχειαν ἀπέπλευσαν, ὅθεν ἦσαν παραδεδομένοι τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ εἰς τὸ ἔργον ὃ ἐπλήρωσαν· δεύτερον δὲ ὅτι συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησεν μετ' αὐτῶν ὁ θεός· καὶ μὴν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν τὸ θαυματουργοῦν, τὸ σο-

* Idem XIV. 25.

φίζον, τὸ σύνεσιν χορηγοῦν, τὸ τοὺς κηρύτ-
τοντας ἐνδυναμοῦν, τὸ ἐμπνέον αὐτοῖς τὸν τῆς
* 1. Cor. XII. 8. διδασκαλίας λόγον· διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· *
ᾧ μὲν γὰρ δίδοται διὰ τοῦ πνεύματος λόγος
σοφίας. ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ
πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύ-
ματι. ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων. καὶ τὰ
ἑξῆς· εἶτα διδάσκων ὡς οὐχ' ὑπουργοῦν
ταῦτα διανέμει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ
* v. 11. δεσποτικῶς οἷς θέλει χαρίζεται, ἐπήγαγε· *
πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ
πνεῦμα διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βού-
λεται· εἰ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ταῦτα
διὰ τῶν ἀποστόλων εἰργάζετο ὡς ἠβούλετο,
συναγαγόντες δὲ οἱ περὶ Παῦλον καὶ Βαρ-
νάβαν τὴν ἐκκλησίαν ἀνήγγειλαν ὅσα ἐποίησε
μετ' αὐτῶν ὁ Θεὸς, Θεὸς ἄρα τὸ πνεῦμα
τὸ ἅγιον κατὰ τὴν ἀποστόλων φωνήν.

Τοῦτο γεγονὸς καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις ὁ
* Act. XV. 12. θειότατος διηγεῖται Λουκᾶς· * ἐσίγησε γάρ
φησι ἅπαν τὸ πλῆθος, καὶ ἤκουε τοῦ Βαρνάβα
καὶ τοῦ Παύλου ἐξηγουμένων, ὅσα ὁ θεὸς ἐποίη-
σεν σημεῖα δι' αὐτῶν, καὶ τέρατα ἐν τοῖς
ἔθνεσι· θεὸς οὖν ἄρα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὸ
γὰρ αὐτὸ θαυματουργεῖ τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέ-
ρατα· διὸ καὶ ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις
* Matth. XII. 28. ἔλεγεν· * εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλ-
λω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ
βασιλεία τοῦ θεοῦ. Καὶ πάλιν ἐν ταῖς πράξεσιν
* Act. XV. 40. ὁ Λουκᾶς τὸν Παῦλον φησὶν * ἐπιλεξάμενον τὸν
Σίλαν ἐξελθεῖν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῶν
ἀδελφῶν παραδοθέντα· θεὸν αὖθις καλέσας
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ διὰ τῶν ἀδελφῶν ἐν
Ἀντιοχείᾳ ἀφορίσαν αὐτὸν εἰς ὃ προσεκα-
λέσατο αὐτὸν ἔργον. Πάλιν ὁ μακάριος Παῦ-
* 1. Cor. XII. 28. λος ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους * (1) φησὶν,
οὓς ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺς μὲν
προφήτας καὶ ἀποστόλους, τοὺς δὲ ποιμένας
καὶ διδασκάλους καὶ εὐαγγελιστὰς, πρὸς κατ-
* Ephes. IV. 12. αρτισμὸν τῶν ἁγίων· * ἐν δὲ Μιλήτῳ συντατ-
τόμενος τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τῆς δοθείσης ἀνα-
μιμνήσκων χάριτος, προσέχετε οὖν ἑαυτοῖς,
* Act. XX. 28. φησὶν *, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ ἐν ᾧ ὑμᾶς

cantibus vim ingerebat, ipse his inspirabat magisterii sermonem. Unde et Paulus aiebat: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae: alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alii gratiae sanitatum in uno Spiritu, et reliqua. Deinde docens, quod non ministri vice haec distribuit Spiritus sanctus, sed potentialiter quibus vult largitur, subdit: haec autem omnia operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsum singulis prout vult. Si ergo haec Spiritus sanctus per apostolos pro suo libito peragebat, Paulus vero ac Barnabas congregatae ecclesiae nunciabant, quanta cum ipsis fecisset Deus, utique Deus est Spiritus sanctus, iuxta apostolorum loquelam.

Hoc idem evenisse Hierosolymis quoque praeclarissimus Lucas narrat: tacuit, enim inquit, omnia multitudo, et audiebant Barnabam et Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa et prodigia in gentibus per ipsos. Deus ergo est Spiritus sanctus: ipse enim signa et prodigia mirabiliter operatur. Unde etiam Dominus in evangeliis aiebat: quod si ego in Spirito Dei daemonia eiicio, utique pervenit in vos regnum Dei. Rursusque in actibus Lucas ait, Paulum electo Sila profectum esse, traditum gratiae Dei a fratribus. Quo item loco Deum appellat Spiritum sanctum, qui nempe per fratres Antiochiae segregaverat ipsum ad destinatum opus. Adhuc beatus Paulus in epistola ad Corinthios ait: quos Deus posuit in ecclesia partim prophetas et apostolos, partim pastores et doctores atque evangelistas ad aedificationem sanctorum. Mileti autem fratribus vale dicens, et datam commemorans gratiam, attendite igitur vobismet ipsis, inquit, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere

(1) Pars quidem prior testimonii huius est ex epistola ad Corinthios; pars altera tamen adsuitur ex loco parallelo epistolae ad Ephesios.

ecclesiam Domini, quam acquisivit sanguine suo.

ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου (1), ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου.

Videte rursus hinc etiam, Deum adfirmari Spiritum sanctum. Quum enim illic dixisset Deum constituisse pastores, doctores, et evangelistas, heic de Spiritu ait: quo in grege vos collocavit Spiritus sanctus episcopos ob regendam pastorali cura ecclesiam: docens videlicet Deum esse Spiritum sanctum, perindeque dici Deum ac Spiritum, propter naturae communionem. Nam iis quae a Deo patre fiunt, cooperantur filius ac Spiritus sanctus: vicissimque iis, quae a filio et Spiritu perficiuntur, consentit pariter Deus pater. Rursusque alibi beatus Paulus Deum esse Spiritum praedicat. Nam si, inquit, omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt: et ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis sit. Nam quia prophetia donum Spiritûs est, et per revelationem Spiritus, manifesta fiunt cordis occulta, Dei vero proprium est mentem hominum cognoscere, necessario is qui convincitur a prophetia, diiudicatus adorabit Deum, pronuncians quod vere Deus in vobis sit. Porro illi gratiam Spiritûs habebant. Quod si Deus in ipsis erat, quia Spiritûs gratia fruebantur, superest ut Deus et ex Deo Spiritus sanctus sit.

Ὁρᾶτε πάλιν κἀνταῦθα τὴν θεολογίαν τοῦ πνεύματος· ἐκεῖ γὰρ τοῦ θεοῦ μνημονεύσας ὡς ποιμένας, καὶ διδασκάλους, καὶ εὐαγγελιστὰς χειροτονοῦντος, ἐνταῦθα περὶ τοῦ πνεύματός φησι, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν· διδάσκων ὡς θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὅτι ταὐτόν ἐστιν εἰπεῖν θεὸν, καὶ πνεῦμα, διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως· τοῖς τε γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γινομένοις συνεργεῖ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τοῖς τε ὑπὸ τοῦ υἱοῦ (2) καὶ τοῦ πνεύματος τελουμένοις συνευδοκεῖ ὡσαύτως ὁ θεὸς καὶ πατήρ. Καὶ ἑτέρωθεν πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος θεὸν εἶναι τὸ πνεῦμα κηρύττει· * [* I. Cor. XIV 24.]
ἐὰν γάρ φησι προφητεύωσι πάντες, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων (3), τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται· καὶ οὕτως πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ πνεύματος ἡ προφητεία χάρισμα, διὰ δὲ τῆς ἀποκαλύψεως τοῦ πνεύματος φανερὰ τὰ τῆς καρδίας κρυπτὰ γίνεται, θεοῦ δὲ ἴδιον τὸ τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων ἐπίστασθαι, ἀναγκαίως ὁ ἐλεγχόμενος διὰ τῆς προφητείας, ἀνακρινόμενος προσκυνήσει τῷ θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὄντως ὁ θεὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν· εἶχον δὲ τὴν χάριν ἐκεῖνοι τοῦ πνεύματος· εἰ δὲ θεὸς ἦν ἐν αὐτοῖς, ἐπειδὴ τῆς τοῦ πνεύματος ἀπήλαυον χάριτος, θεὸς ἄρα, καὶ ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

### XXVII. *Quod absque creatione ex Deo sit Spiritus sanctus, ideoque et aeternus vocetur.*

### κζʹ. Ὅτι ἀκτίστως ἐκ θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὸ καὶ αἰώνιον καλεῖται.

Praeclarissimus quoque Petrus in catholicis epistolis: si exprobramini, inquit, in nomine Christi, beati estis, quoniam glo-

Καὶ ὁ θειότατος δὲ Πέτρος ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐπιστολαῖς· * εἰ ὀνειδίζεσθε, φησὶν, [* I. Petr. IV. 14.]
ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μακάριοι ἐστὲ,

(1) Ita cod. κυρίου, ut nonnulli alii codices actuum apost. Sed tamen multo communior est lectio θεοῦ *Dei*, quam interpres quoque lat. vulgatus retinet.

(2) Cod. θεοῦ *Deo*, sed videbatur omnino scribendum υἱοῦ *filio*.

(3) Tria haec verba desunt mendose in codice propter ὁμοιοτέλευτον praetermissa, sed infra apparet lecta revera fuisse a Cyrillo.

ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως καὶ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται· καὶ ὁ μακάριος
* I. Ioh. IV, 13. Ἰωάννης ἐν τῇ ἐπιστολῇ *, ἐν τούτῳ, φησὶ, γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν· τὸ δὲ ἐκ τοῦ Θεοῦ κηρυττόμενον, οὐ κτίσμα, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας οὐσίας ὑπάρχον· διὸ καὶ αἰώνιον εἰς ἀρχὴν τὸ εἶναι μὴ εἰληφὼς, ὁ μακάριος αὐτὸ Παῦ-
* Hebr. IX, 13. λος ἀποκαλεῖ· * εἰ γὰρ αἷμα, φησὶ, τράγων καὶ ταύρων, καὶ σποδὸς δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους ἁγιάζει πρὸς τελειότητα (1), πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα Χριστοῦ, ὃς διὰ πνεύματος ἁγίου ἑαυτὸν προσένεγκεν; Εἰ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αἰώνιον, καὶ ὁ Θεὸς αἰώνιος, δῆλον τὸ συναγόμενον· ἀλλὰ πάσας μὲν τὰς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυρίας, τὰς καὶ θεὸν αὐτὸ καὶ κύριον κηρυττούσας, καὶ πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένον λεγούσας, συλλέξειν τοῖς φιλοπόνοις καταλίπωμεν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ τέλος ἐπειγώμεθα τῆς προκειμένης διδασκαλίας.

riae, virtutis, et Dei Spiritus super vos requiescit. Beatus quoque Iohannes in epistola: in hoc, inquit, cognoscimus, nos in eo manere, et ipsum in nobis, quoniam de Spiritu suo nobis dedit. Quod autem ex Deo esse praedicatur, haud creatura est, sed ex Dei substantia. Quare et ipsum beatus Paulus aeternum, et qui initium non habuerit nuncupat: si enim sanguis, inquit, hircorum et taurorum, et cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad perfectionem, quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semet ipsum obtulit? Si ergo; Spiritus sanctus aeternus est, et Deus qnoque aeternus, manifesta conclusio est. Sed enim cuncta de sancto Spiritu testimonia, quae ipsum et Deum esse et Dominnm praedicant, eundemque cum patre ac filio pari ordine collocant, stndiosis colligenda relinquimus: nos vero ad huius institutionis terminum properamus.

## κη'. Ἀνακεφαλαίωσις τῆς πίστεως.

Τοίνυν μίαν τῆς τριάδος τὴν φύσιν εἶναι πιστεύομεν. μίαν οὐσίαν ἐν τρισὶν ἰδιότησιν γνωριζομένην, τὴν ἐξουσίαν ἀμέριστον, τὴν βασιλείαν ἀδιαίρετον, μίαν θεότητα τε καὶ κυριότητα· οὕτω γὰρ καὶ μονὰς ἐν τῷ ταὐτῷ τῆς οὐσίας δείκνυται, καὶ ἡ τριὰς οὐκ ἐν ψιλοῖς τοῖς ὀνόμασι, ἀλλ' ἐν ταῖς ὑποστάσεσι γνωρίζεται· οὐ γὰρ ἓν λέγομεν τριώνυμον, κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Μαρκέλλου συναίρεσίν τε καὶ σύγχυσιν· οὐ τρία ἀλλόφυλά τε καὶ ἑτεροούσια, ἄνισα καὶ ἀνόμοια. ἀλλήλων ὑπερκείμενα, νῷ καὶ γλώττῃ μετρούμενά τε καὶ ταλαντευόμενα, κατὰ τὴν Ἀρείου διαίρεσίν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν καὶ δυσσεβῆ πολυπραγμοσύνην· ἀλλὰ τρεῖς μὲν τὰς ὑποστάσεις, μίαν δὲ τῆς τριάδος τὴν φύσιν ἀσώματον, ἄτρεπτον, ἀναλλοίωτον, ἀτελεύτητον, ἀθάνατον, ἄπειρον, ἄφθαρτον,

## XXVIII. (2) *Fidei summa*.

Igitur unam Trinitatis naturam esse credimus, nnam substantiam in tribus personis spectatam, potentiam impartibilem, regnum indivisnm, unam deitatem ac dominationem. Sic enim et unitas in nna eademque substantia demonstratur, et trinitas non in nudis nominibus, sed in hypostasibus agnoscitur. Non enim nos dicimus unum trionymum, iuxta Sabellii, Photini, ac Marcelli contractionem et confusionem. Neque item tria invicem extranea et diversâ substantiâ praedita, inaequalia, ac dissimilia, mutuoque superiecta, quae nos mente ac lingua metiamur ac ponderemus, iuxta Arii divisionem, diversitatem, et impiam curiositatem: sed tres hypostases, unam autem Trinitatis naturam incorpoream, invertibilem, immntabilem, fine

(1) Ita est apud Cyrillum; quamquam etiam codex biblicus vaticanus ille πάνυ habeat cum ceteris: πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα.

(2) Mirum est, quod illud etiam editum sub Cyrilli falso, ut mox dicemus, nomine, diversum ab hoc nostro, opusculum *de Trinitate*, postremo aubertinae editionis tomo, in capitula XXVIII. tribuitur.

carentem, immortalem, infinitam, incorruptibilem, incircumscriptam, illimitatam, invisibilem, arcanam, ineffabilem, inenarrabilem, incomprehensibilem, tactui mentique imperviam, suapte natura viventem, lucem intellectualem, fontem bonorum, sapientiae thesaurum, rerum omninm creatricem et gubernatricem, sapientiam quae universae rei creatae naviginm dirigit. Hanc nos fidem tenemus: hanc enim a theologis viris docti fuimus. Iis autem qui humano ratiocinio disputant (1), dicimus: haec pars tua, haec sors; nostra autem pars Dominus, quem sequentes a recta via non deficiemus. Habemus enim divinam quoque scripturam magistram. Ideo merito clamamus: lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis. Hoc lumine illustrati, praecedentium vestigia patrum agnoscamus, eosque sequamur, donec omnes occurramus in resnrrectione mortuorum Christo Iesu domino, cui gloria per saecula. Amen.

ἀπερίγραπτον, ἀπερίληπτον, ἀόρατον, ἀσαφῆ, ἄῤῥητον, ἄφραστον, ἀκατάληπτον, ἀνέφικτον, ἀπερινόητον, αὐτοζωήν, φῶς νοερόν, πηγὴν ἀγαθῶν, θησαυρὸν σοφίας, δημιουργὸν τῶν ὅλων, κυβερνῶσαν τὰ πάντα, σοφίαν ἰθύνουσαν τὸ τῆς κτίσεως σκάφος· ταύτην τὴν πίστιν κατέχομεν· ταύτην γὰρ παρὰ τῶν θεολόγων ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ συλλογισμῶν διαλεγομένους (2), εἴπωμεν· ἐκείνη σου ἡ μερίς, ἐκεῖνος ὁ κλῆρος, ἡμῶν δὲ μερὶς κύριος, ᾧ ἀκολουθοῦντες τὴν ὀρθὴν ὁδὸν οὐ καταλείψομεν· ἔχομεν γὰρ καὶ τὴν θείαν γραφὴν διδάσκουσαν· διὸ βοῶμεν εἰκότως, λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου· * τούτῳ τῷ φωτὶ περιλαμπόμενοι, τῶν προωδευκότων πατέρων τὰ ἴχνη γνωρίσωμεν, ἐκείνοις ἀκολουθήσωμεν μέχρις ἂν καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν (3).

* Ps. CXVIII 105.

(1) Contra vanae rationalitatis amatores, quam sectam irreligiosam nunc denuo suscitatam videmus.

(2) Heic perspicue rationalitatis humanae abusum Cyrillus denuo vituperat.

(3) Episcopatum Cyrillus alexandrinae civitatis gerens, in qua superioribus annis Arius scelestissimam haeresim propagaverat, nihil impensius in suis scriptis concionibusque egit, quam ut illius haeresiarchae, atque adseclarum, praesertimque recentioris Eunomii, venenata scripta redargueret, plebemque curae suae pastorali creditam in orthodoxa fide conservaret. Princeps et maximus de hoc argumento liber Cyrilli est *Thesaurus*, quo veluti ampliore armamentario ea continentur arma, quae in hoc quoque minore de Trinitate cernuntur opusculo, quod planius atque contractius atque ad rudis populi usum accommodatius, (sicut etiam in sequente *de incarnatione* ipsemet dicit) composuit Cyrillus. Alterum insigne de Trinitate scriptum Cyrilli, *dialogi septem* sunt luculentissimi *ad Hermiam*, qui pariter foecundissimum Auctoris ingenium, infinitumque orthodoxiae zelum demonstrant. Tertium *de Trinitate quoddam opusculum* edidit primus sub Cyrilli nomine Wegelinus: verumtamen id nihil fere esse aliud quam interpolationem atque compendium operis Ioh. damasceni de fide orthodoxa, ideoque abiudicandum Cyrillo, iamdiu critici docuerunt. Sed praeter haec nominatim de Trinitate inscripta opera, passim Cyrillus in voluminibus suis pro hoc praecipuo dogmate pugnat; et quidem etiam in praeclaris, quos nos hoc tempore edidimus, commentariis ad Pauli epistolas et ad psalmos. Nunc genuinum istud Cyrilli de Trinitate novum opusculum, quod nos vulgavimus, christiani lectores aequi bonique consulant.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ (1).

# SANCTI EIUSDEM CYRILLI

## DE INCARNATIONE DOMINI.

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

*Ὅτι ὠφέλιμον τοῖς ἀκούουσιν ἡ τῆς θείας οἰκονομίας ἀνάμνησις.*

Ὁ μὲν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὡς ἐν εὐσεβῶν συλλόγῳ, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν πειθομένων, ἀποχρώντως ἡμῖν, ὡς οἶμαι, λόγος διήνυσται· οὐ γὰρ ἀντειπεῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος τοῖς ἀσεβέσιν, ἀλλὰ τοῖς φοιτηταῖς τῶν ἀποστόλων ἐκθέσθαι πίστιν προὐθέμεθα· ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν θείων εὐεργεσιῶν τὸ μέγεθος ὑφάπτειν οἶδε μειζόνως τῶν φιλοθέων τὸν πόθον, καὶ θερμοτέρους αὐτοὺς καθίστησιν ἐραστὰς τοῦ θεοῦ. ἀναγκαίως καὶ ἐπὶ τοῦτον βαδιοῦμαι τὸν λόγον, τῇ θεολογίᾳ τὴν οἰκονομίαν συνάπτων, καὶ δεικνὺς ἡλίκα καὶ ὅσα ὁ ποιητὴς τὸ ἡμέτερον εὐηργέτησε γένος· οὐ γὰρ ἐπαύσαντο πώποτε τῶν θείων δωρεῶν αἱ πηγαὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἀγαθὰ ἀναβλύζουσαι.

*β'. Διήγησις τῶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ γεγενημένων εἰς τὴν ἀνθρώπου εὐεργεσίαν ἐξ ἀρχῆς.*

Ἀλλ' ἀφ' οὗπερ τόνδε τὸν παναρμόνιον κόσμον ἐδημιούργησεν, ταῖς ποικίλαις εὐεργεσίαις τὴν ἡμετέραν ἐπικλύζει φύσιν ὁ ποιητής· καὶ πρῶτον μὲν μὴ ὄντα πεποίηκε, καὶ διαπλάττων ἐτίμησεν, καὶ τὸν χοῦν εἰς ἀνθρώπου φύσιν μετέβαλεν ὡς ἠθέλησε, καὶ τῷ δυσειδεῖ πηλῷ κάλλος ὁμοῦ καὶ ψυχὴν

### Capitulum I.

*Quod utilis sit audientibus divinae incarnationis commemoratio.*

Satis, ut puto, de sancta Trinitate tamquam in orthodoxorum concione, et evangelicis dogmatibus credentium, disseruimus. Non enim contradicere in praesenti irreligiosis, sed apostolorum discipulis fidem exponere, propositum nobis fuit. Quia vero et divinorum beneficiorum magnitudo magnopere solet succendere Deo addictorum affectum, eosque fervidiores efficere Dei amatores, ideo necessario hunc quoque adgredior libellum, ut praeterito sermoni de Deo connectam incarnationis mysterium, demonstremque qualia et quanta creator generi nostro beneficia contulerit. Numquam enim cessarunt divinorum donorum fontes quominus bona hominibus effunderent.

*II. Narratio eorum, quae Deus ad hominum iam inde ab initio utilitatem contulit.*

Ex quo hunc optime temperatum mundum creavit Deus, variis simul beneficiis naturam nostram cumulat. Et primo quidem eam quae non erat fecit, et formatam honoravit, pulveremque in hominis naturam, prout voluit, convertit; et deformi luto pulchritudinem simul animamque

(1) Sequentia cuncta capitula opus constituunt prorsus diversum ab illis iamdiu editis sancti Cyrilli scholiis de incarnatione Domini.

Digitized by Google

largitus est, oculorum claritatem, vultus hilaritatem, genarum laevitatem, linguae flexibilitatem, sanguinis rivulos ad omnia corporis discurrentes membra, et congruam carni nervis atque cuti rigationem ministrantes, ossium duritiem, et inclusarum his medullarum utilitatem, et quotquot alia in humano animali videre est. Et praeter haec, mentem dedit ducem et gubernatricem, sapientia imbutam, artis omnis scientiaeque capacem; et rationalem exhibuit luteam statuam, atque ad imaginem suam conformavit pulvereum simulacrum; imperativam vim, liberum arbitrium, et quidvis fabricandi potentiam intellectuali immortalique animae concedens. Deinde hominem beluarum, et quadrupedum, ac reptilium, aquatilium, et amphibiorum, et volatilium avium regem constituit. Ante haec autem, quoddam veluti iucundissimum cubiculum desuper extendit caelum, siderum amoenitates inserens, quae usum simul delectationemque praebent; solem oriri iubens et occumbere, diesque et noctes efficere, cursuque suo tempora metiri; lunam minui et augeri, suisque frequentibus revolutionibus delectare pariter, et annuum circulum significare. Iam tellurem heic inferius substravit, eique varium ornatum dedit, silvis, arvis, pratisque distinguens; montes in sublimitates curvans, valles excavans, campos supinos aequabilesque ostendens, fontesque de meditullio scaturire iubens, et flumina perenniter discurrere, atque alia omnia quotquot terram mareque exornant.

ἐδωρήσατο, ὀφθαλμῶν λαμπρότητα, καὶ γαλήνης καθαρότητα. καὶ παρειῶν λειότητα. καὶ γλώττης ἁπαλότητα. καὶ αἵματος ὀχετοὺς εἰς ἅπαντα τοῦ σώματος διαθέοντας μέλη, καὶ ἀρδεῖαν ἀποχρῶσαν σαρκὶ καὶ νεύροις χορηγοῦντας καὶ δέρματι, ὀστῶν ἀντιτυπίαν. καὶ τὸ ἐν τούτοις ἀποκειμένων μυελῶν τὸ χρειῶδες, καὶ τ' ἄλλα ὅσα τοῦ ἀνθρωπείνου ζώου τὸ ὁρώμενον ἔχει· καὶ πρὸς τούτοις, νοῦν ἔδωκεν ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην, σοφίας πληρώσας, τέχνης ἁπάσης καὶ ἐπιστήμης ἐμπλήσας, καὶ λογικὸν ἀπέφηνε τὸ πήλινον ἄγαλμα. καὶ οἰκείαν εἰκόνα πεποίηκε τὸν χοϊκὸν ἀνδριάντα, τὸ ἀρχικὸν καὶ αὐτοκρατορικὸν καὶ δημιουργικὸν τῇ νοερᾷ ψυχῇ καὶ ἀθανάτῳ δωρησάμενος· εἶτα βασιλέα κτηνῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν, νηκτῶν, καὶ ἀμφιβίων, καὶ τῶν ἀεροπόρων ὀρνίθων ἐχειροτόνησε· πρὸ δὲ τούτων ὥσπερ τινὰ παστάδα χαριεστάτην ἄνωθεν ἐξέτεινεν οὐρανὸν, λειμῶνας ἀστέρων ἐγκαταπήξας, χρείαν τε ὁμοῦ καὶ τέρψιν παρέχοντας· ἥλιόν τε ἀνίσχειν κελεύσας, καὶ δύεσθαι, καὶ ποιεῖν ἡμέρας, καὶ νύκτας, καὶ τῷ δρόμῳ τὸν χρόνον μετρεῖν· σελήνην φθίνειν καὶ πλήθειν, καὶ ταῖς πυκναῖς μεταβολαῖς ἥδειν τε ὁμοῦ καὶ σημαίνειν κύκλον τὸν ἐνιαύσιον· γῆν δὲ κάτωθεν ὑπεστόρεσε, καὶ ποικίλον αὐτῇ κόσμον δέδωκεν, εἰς ἄλση καὶ λήϊα καὶ λειμῶνας διακρίνας· ὄρη κιρτώσας εἰς ὕψος, καὶ νάπας κοιλάνας. καὶ πεδία ὕπτια καὶ ἰσόπεδα δείξας, καὶ πηγὰς ἀναβλύζειν ἐν μέσῳ κελεύσας καὶ ποταμοὺς τρέχειν ἄπαυστα, καὶ τ' ἄλλα ὅσα γῆν καλλωπίζει καὶ θάλατταν.

## III. *Cur hominem appellaverit Adamum.*

Quum sic primum hominem condidisset, et imaginis suae honore auxisset, donorumque copia obruisset, nomen ei naturae ipsius proprium imposuit; etenim Adamum nuncupavit, quod vocabulum in Hebraeorum lingua pulverem significat. Atque haec etiam erga hominem providen-

## γ'. Διὰ τί τὸν ἄνθρωπον προσηγόρευσεν Ἀδάμ.

Οὕτω δημιουργήσας τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῇ εἰκόνι τιμήσας, καὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ἀποκλύσας, τίθησιν αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα· Ἀδὰμ γὰρ αὐτὸν προσηγόρευσεν· τοῦτο δὲ τὸν χοῦν δηλοῖ τῇ ἑβραίων φωνῇ· μία δὲ καὶ αὕτη περὶ τὸν ἄνθρωπον κηδεμονία· ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε τοσού-



Digitized by Google

τοις ἀγαθοῖς ἐντρυφήσειν, καὶ τοσούτων ἄρχων ἀνηγορεύθη καὶ βασιλεὺς, ἵνα μὴ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν ὑπερμαζήσας, καὶ τῷ ὕψει τῆς ἡγεμονίας ἐπαρθεὶς κατασκιρτήσῃ τοῦ κτίσαντος, καὶ μεγίστην ἐκ τῆς τυραννίδος ἀπενέγκηται βλάβην, κατὰ τὸν πρῶτον ἀποστάτην ἐκεῖνον τὸν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα δι' ἀλαζονείαν. ἀναγκαίως ὁ σοφὸς τῶν ὅλων πρύτανις κωλύων αὐτοῦ τὸν ὄγκον τοῦ φρονήματος, Ἀδὰμ προσηγόρευσεν, ἵνα ἐκ τῆς προσηγορίας ἐννοῶν τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς ἀφορμὰς τῆς φύσεως λογιζόμενος, καὶ τὸν πρόγονον χοῦν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεώμενος, ἑαυτὸν μὲν γνωρίζῃ, προσκυνῇ δὲ τὸν τοσαύτην εὐπρέπειαν αὐτῷ καὶ μεγαλοπρέπειαν δωρησάμενον· αὕτη πρώτη περὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδείχθη τοῦ ποιητοῦ μετὰ τὴν δημιουργίαν πρόνοια· οὕτως ἐξ ἀρχῆς οἷά τις πατὴρ καὶ ἰατρὸς καὶ διδάσκαλος, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ ἰατρεύων καὶ διδάσκων αὐτὸν τὴν ἀρετὴν, διετέλεσεν.

### δ'. Διὰ τί τὴν γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς ἐδημιούργησε.

Οὕτως αὐτὸν διαπλάσας, οὕτως προσαγορεύσας, βοηθὸν αὐτῷ καὶ συνεργὸν καὶ τοῦ βίου κοινωνὸν παραχρῆμα ἐδημιούργησεν· οὐκ ἐκ μόνης δὲ τῆς γῆς, ὡς ἐπ' ἐκείνου, λαμβάνει τὰς ἀφορμὰς τῆς διαπλάσεως, ἀλλὰ μίαν τῶν πλευρῶν ἐκείνου λαβὼν, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ κρηπῖδι καὶ θεμελίῳ χρησάμενος, τὴν γυναικείαν φύσιν ποιεῖ· οὐχ' ὕλης ἀπορίᾳ, μόνη γὰρ αὐτῷ βουλὴ πρὸς τὴν ὅλων δημιουργίαν ἤρκεσεν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τῆς ὁμονοίας θελήσας ἐνθεῖναι τὸν σύνδεσμον. Φυτεύει καὶ παράδεισον, καὶ φυτοῖς αὐτὸν κατακοσμεῖ παντοίοις, καὶ τοῦτον ἐνδιαίτημα τῷ ἀνθρώπῳ χαρίζεται, δεδωκὼς αὐτῷ γυμνάσιον ἀρετῆς, ἐντολὴν οὐκ ἐπίπονον, οὐδὲ γέμουσαν ἱδρῶτος, ἀλλὰ μάλα σωφρονοῦντι ῥᾳδίαν.

### ε'. Διὰ τί νόμον αὐτῷ τέθεικεν.

Πάντων γὰρ τῶν φυτῶν τοῦ παραδείσου κελεύσας ἀπολαύειν, ἑνὸς ἀπηγόρευσε τὴν μετάληψιν· οὐχ' ἁπλῶς οὐδὲ τοῦτο πε-

tia fuit. Nam quia tantis bonis fruiturus erat, totque creaturarum princeps constitutus erat et rex, ne donorum multitudine lasciviens et principatus excelaitate elatus adversus creatorem petulans fieret, maximumque ex hac veluti tyrannide detrimentum caperet, more illius primi apostatae, qui tamquam fulgur superbiae suae causa caelo excidit, necessario sapiens rerum omnium curator, tumorem ipsius mentis comprimens, Adamum appellavit, ut ex nomine conditionem suam reputans, et naturae primordia considerana, parentemque suum pulverem prae oculis habens, se ipsum qnidem cognosceret, adoraret autem illum, qui tantum ei decorem ac speciositatem donavit. Prima haec erga hominem factoris post creationem providentia extitit. Ita is iam inde ab initio ceu pater quidam et medicus et magister, ornans simul et sanans virtutemque docens, se gessit.

### IV. *Cur mulierem ex viri latere formaverit.*

Postquam eum ita formaverat atque appellaverat, auxiliarem eidem et cooperatricem vitaeque sodalem ilico fabricavit. Haud tamen ex sola terra, sicut in ipso fecerat, materiam plasmatis sumpsit; sed unam ex viri costis capiens, atque hac ceu basi et fundamento ntens, femineam naturam composuit: haud sane materiae penuria, sola enim ei voluntaa ad cuinsvis rei creationem sufficiebat, sed quia concordiae vinculum naturae indere voluit. Hortum quoque consevit, eumque plantis omnigenis exornavit, idque habitaculum homini concessit, praebens illi virtutis exercitium, haud laboriosum neque multi sudoris praeceptum imponens, sed modesto certe perfacile.

### V. *Cur ei legem constituerit.*

Nam quum omnibus horti plantis vesci eum iussisset, unius gustum vetuit; neque id ipsum temere fecit, sed ut homo au-

ctorem suum agnosceret, atque instar ingi cuiusdam legem creatoris haberet; utque sciret, se quidem in terra regnare, sed tamen factorem suum vicissim sibi dominari, praeesse et subiici, imperare et imperari, ducere et duci. Sed et alioquin congrua est rationalibus legislatio: est enim brutorum proprium sine lege vivere. Mandatum autem circa escam creator illi imposuit, quia alius cuiusvis legis tunc fuisset inutilis latio. Quid enim ei vetandum erat? Num ne occideret? Atqui nemo erat, in quem caedes caderet. Num ne moecharetur? Atqui ne si vellet quidem id poterat, quum alia femina non esset. Num ne furaretur? At cuius bona? Cuncta enim in eius potestate erant. Erat igitur ille mundus tempori suo conveniens, neque tantummodo illis qui duo soli erant, verum etiam pueris recenter natis idoneus.

## VI. *De Adami exilio.*

Sed postquam invidiâ diaboli, et mulieris simplicitate errorem commisit, (namque hanc utpote debiliorem fallens, primo per ipsam, ceu persuadendo aptiorem, Adamum nostrae salutis hostis circumvenit) pulsus ilico paradiso fuit, et ad connaturalem suam terram dimissus est, sudori, labori, aerumnaeque deditus, ac veluti freno quodam, agriculturae labore, aliorumque vitae malorum perpessione constrictus. Quia enim illam labore omni ac dolore liberam vitam non cum grato animo tulerat, calamitate deinceps implicitus fuit, ut contractum prosperitate morbum, laboribus depelleret. Tum etiam morte peccati cursum legislator interrupit, et poenam ipsam instar clementiae intulit. Quum enim transgressioni mortem decrevisset legislator, factus vero transgressor homo in eam poenam incurrisset, operam ille dedit ut poena in salutem vergeret. Namque hoc animal mors dissolvit, malitiae actionem sistit, laboribus subtrahit, sudoribus liberat, doloribus curisque eripit, finem cor-

ποιηκὼς, ἀλλ' ἵνα τὸν πεποιηκότα γνωρίζῃ, καὶ ὥσπερ τινὰ ζυγὸν ἔχῃ τὸν νόμον τοῦ δημιουργήσαντος, ἵνα γινώσκῃ ὡς βασιλεύει μὲν τῶν ἐν τῇ γῇ, βασιλεύεται δὲ ὑπὸ τοῦ πλάσαντος. ἄρχει καὶ ἄρχεται, δεσπόζει καὶ δεσπόζεται, ἡγεῖται καὶ ἄγεται· ἄλλως δὲ καὶ πρόσφορος ἡ νομοθεσία τοῖς λογικοῖς· ἀλόγων γὰρ ἴδιον τὸ νόμων χωρὶς πολιτεύεσθαι. τὸν δὲ περὶ βρώσεως νόμον τέθεικεν αὐτῷ ὁ ποιητὴς, ἐπεὶ τῶν ἄλλων νόμων ἡ θέσις περιττὴ τηνικαῦτα ἦν· τί γὰρ αὐτῷ καὶ ἀπαγορεύειν ἐχρῆν; μὴ φονεῦσαι; ἀλλ' οὐκ ἦν ὁ τοῦτο πεισόμενος· ἀλλὰ μὴ μοιχεῦσαι; ἀλλ' οὐδὲ βουληθεὶς οἷός τε ἦν, γυναικὸς ἄλλης οὐκ οὔσης· ἀλλὰ μὴ κλέψαι; τὰ τίνος; αὐτοῦ γὰρ ἦν ἅπαντα· ἁρμόδιος τοίνυν ὁ κόσμος ἐκεῖνος ἦν τῷ τότε καιρῷ. καὶ οὐ μόνον τοῖς μόνοις οὖσιν, ἀλλὰ καὶ παιδίοις ἀρτιγενέσιν συμβαίνων.

## ϛʹ. Περὶ τῆς ἐξορίας τοῦ Ἀδάμ.

Ἐπειδὴ δὲ φθόνῳ διαβόλου, καὶ γυναικὸς εὐκολίᾳ τὴν ἀπάτην ἐδέξατο (ταύτην γὰρ ὡς ἁπαλωτέραν φενακίσας, πρότερον δι' αὐτῆς, ὡς πιθανωτέρας, τὸν Ἀδὰμ ὁ τῆς ἡμετέρας φύσεως ἀλάστωρ ἐπολιόρκησεν) ἐξεβλήθη μὲν εὐθὺς τοῦ παραδείσου, καὶ πρὸς τὴν συγγενῆ γῆν παρεπέμφθη, ἱδρῶτι καὶ πόνῳ καὶ ταλαιπωρίᾳ συγκληρωθεὶς, καὶ οἷόν τινι χαλινῷ τῇ γηπονίᾳ καὶ κακοπαθείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ βίου πονηρίαις παραδοθείς. Ὡς γὰρ τὴν ἄπονον ἐκείνην καὶ ἄλυπον οὐκ ἐνεγκὼν εὐγνωμόνως ζωὴν, τῇ δυσημερίᾳ συζεύγνυται. ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς εὐημερίας φερομένην νόσον, διὰ τῶν πόνων ἀποσκεδάσηται. Διακόπτει δὲ καὶ θανάτῳ τὸν δρόμον τῆς ἁμαρτίας ὁ νομοθέτης, καὶ αὐτὴν δείκνυσι τὴν τιμωρίαν φιλανθρωπίαν· ἐπεὶ γὰρ τῇ παραβάσει νομοθετῶν συνέζευξε θάνατον, παραβὰς δὲ ὑπὸ τὴν τιμωρίαν ἐκείνην ἐγένετο, οἰκονομεῖ τὴν τιμωρίαν σωτηρίαν γενέσθαι· διαλύει γὰρ τοῦτο τὸ ζῷον ὁ θάνατος, καὶ παύει μὲν τὴν τῆς πονηρίας ἐνέργειαν, ἀπαλλάττει δὲ πόνων, καὶ ἱδρώτων ἐλευθεροῖ, λύπας καὶ φροντίδας ἐλαύνει, τέλος τοῖς

τοῦ σώματος δίδωσι πάθεσι· τοσαύτῃ φιλανθρωπίᾳ τὴν τιμωρίαν ἐκέρασεν ὁ κριτής.

### ζʹ. Διήγησις τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀχαριστίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας.

Ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν τὸ ἀχάριστον γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπώνατο· μείζοσι δὲ ἀγνωμοσύναις τὸν εὐεργέτην ἠμείψατο· εὐθὺς γὰρ ἀδελφοκτονία τολμᾶται, καὶ φθόνος, καὶ ψεῦδος, ἀκολασίαι τε, καὶ ἀσέλγειαι, ἀδικίαι, καὶ ἀλληλοφονίαι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἁρπαγαὶ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐβλάστησεν ἡ ἁμαρτία κακά. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ὁ ποιητὴς ἣν διέπλασεν ἀπηγόρευσεν φύσιν· σοφῶς δὲ αὐτὸ καὶ διαφόρως ἐτέλεσεν. ἰατρεύων, ἐπιτιμῶν, ἐγκαλῶν, εἰσηγούμενος τὸ δέον, συμβουλεύων. ἀπειλῶν, ἐπάγων τὴν ἀπειλὴν, κολάζων τοὺς πονηροὺς, στεφανῶν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ τὸν μὲν ἀνακηρύττων, τὸν δὲ μετατιθεὶς, τὸν δὲ ξύλῳ μετὰ τοῦ γένους διασώζων, καὶ σπινθῆρα τῇ φύσει διατηρῶν, ἐπικλύζων τὴν γῆν, διαφθείρων ὕδατι τοὺς ἐργάτας τῆς πονηρίας, αὔξων αὖθις τὸ ἀνθρώπινον γένος, μερικαῖς τιμωρίαις κοινὰς ἰατρείας ποιούμενος, πόλεις ἀσεβείαις συζώσας πυρὶ καταφλέγων οὐρανίῳ. τὸν σὺν αὐτοῖς μὲν οἰκοῦντα, τῆς δ' ἀσεβείας οὐ κοινωνοῦντα, τῆς τιμωρίας ἐλευθερῶν, εὐετηρίαις δωρούμενος, ἐν καιρῷ ὑετὸν χαριζόμενος. αὔξων ἀῤῥήτως τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων καταβαλλόμενα σπέρματα, καρπῶν ἀφθονίας βρύειν τὰ δένδρα κελεύων, λιμῷ παιδεύων τοὺς οὐδὲν ἐκ τῆς εὐθηνίας ὠφεληθέντας, νόσους ἐπάγων, καὶ πάλιν ταύτας ἐλαύνων, χαλασφενδονῶν τὰς τῆς ζωῆς ἀφορμὰς, νέφεσιν ἀκρίδος τὸν ἥλιον κρύπτων καὶ τοὺς καρποὺς διαφθείρων, νεύων αὖθις. καὶ τὰ λυπηρὰ μεταβάλλων, τοὺς τὴν εὐσέβειαν ἀγαπήσαντας οὐκ ἐῶν, καὶ τούτοις φαινόμενος, καὶ φιλικῶς διαλεγόμενος, καὶ διὰ τούτων προσημαίνων τὰ μέλλοντα.

### ηʹ. Ὅτι φιλανθρωπίας γέμει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνανθρώπησις.

Ἐπειδὴ δὲ ταῦτα, καὶ τ' ἄλλα τὰ μυρία, καὶ δυσδιήγητα τῆς θείας οἰκονομίας

poris imponit passionibus. Tanta nimirum clementia poenam temperavit iudex!

### VII. *Quam ingrati homines fuerint, et quam providus Deus, narratur.*

Sed nihil inde genus hominum ingratum percepit utilitatis: immo et peioribus maleficiis benefactorem remuneratus est. Statim enim fraternae caedis facinus, invidia, mendacium, intemperantia, luxuriae, iniuriae, mutuae occisiones, alienae rei rapinae, et alia huiusmodi quae peccatum peperit mala. Sed ne sic quidem quam formaverat abiecit Deus naturam: sed varia sapientia ad eum finem usus est, medens scilicet, increpans, incusans, ad officium erudiens, consilia suggerens, comminans, minas ipsas in rem conferens, malos puniens, bonos munerans, et alium quidem laude ornans, alium de mundo transferens, alium arca lignea cum genere salvans, et naturae scintillam conservans; terram diluvio obruens, et nequitiae operatores aquis praefocans; multiplicans rursus humanum genus, singularibus poenis generales medelas faciens, civitates sceleribus deditas igne exurens caelesti; virum illarum quidem incolam, sed scelerum minime participem, poenae eripiens: annuos proventus suppeditans, imbrem opportune largiens, augens arcano modo iacta ab hominibus semina, fructuum ubertate arbores luxuriare iubens, fame aliquando erudiens illos quos abundantia non iuverat, morbos inmittens, atque hos rursus depellens; grandine verberans vitae subsidia; locustarum nimbis solem obscurans, frugesque corrumpens; favens iterum, et molestias avertens, religiosos homines non deserens, his etiam apparens, amice colloquens, perque hos futura portendens.

### VIII. *Quod summam demonstrat clementiam incarnatio Dei.*

Postquam vero tum haec tum alia innumera vixque effabilia divinae providen-

tiae genera, paucis oppido profuerunt, reliqui autem homines insanabiles permanebant, tunc demum magnum atque ineffabile peractum fuit incarnationis mysterium. Ipsum enim Dei Verbum, rei universae creatae auctor, immensus ille, incircumscriptus, immutabilis, vitae fons, lumen de lumine, viva patris imago, splendor gloriae, figura substantiae, humanam naturam adsumpsit, propriamque imaginem peccato corruptam instauravit, statuam a filio iniquitatis antiquatam renovavit, et priore pulchriorem ostendit, haud iam ex terra, ut olim, eam formans, sed ipsemet in se recipiens: haud sane divinam naturam in humanam convertens, sed divinae humanam copulans. Manens enim qnod erat, id quod non erat suscepit. Quam rem nos docet beatus Paulus clamans: « hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. » Unde patet, Dei formam in eo quod erat manentem, servi formam sumpsisse. Formam antem appellat non id tantummodo hominis quod apparet, sed totam prorsus hominis naturam. Nam sicuti Dei forma, substantiam Dei significat (de cetero enim sine specie Deus est et sine figura, nemoque nisi forte delirans, diceret Deum formam habere, et membrorum distictionem, quum sit incorporeus ac simplex); ita servi forma non hoc quod cernitur solum, sed totam hominis demonstrat naturam.

## IX. *Reprehensio haereticae pravitatis.*

Nonnulli rectae religioni contraria sentientes, dum apostolicis dictis nituntur veritatis dogmata vulnerare, Arius quidem et Eunomius inanimem hominem a Deo Verbo adsumptum adfirmant: Apollinaris autem animatum quidem sed mente ex-

εἴδη, ὀλίγους μὲν εὐεργέτησεν, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων ἀνηκέστως διέκειντο, τότε δὴ τότε τὸ μέγα καὶ ἄρρητον γίνεται τῆς οἰκονομίας μυστήριον· αὐτὸς γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ὁ δημιουργὸς ἁπάσης τῆς κτίσεως, ὁ ἀχώρητος, ὁ ἀπερίγραπτος, ὁ ἀναλλοίωτος, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ἡ ζῶσα τοῦ πατρὸς εἰκών, τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαμβάνει, καὶ τὴν οἰκείαν εἰκόνα νεοποιεῖ τῇ ἁμαρτίᾳ διαφθαρεῖσαν, καὶ τὸν ἀνδριάντα τὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς πονηρίας παλαιωθέντα ἀνανεοῖ, καὶ τῆς πρώτης χαριέστερον δείκνυσιν, οὐκ ἀπὸ γῆς ὡς πάλαι τοῦτον δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς καταδεξάμενος· οὐ τὴν θείαν φύσιν εἰς ἀνθρωπείαν μεταβαλών, ἀλλὰ τῇ θείᾳ τὴν ἀνθρωπείαν συνάψας· μένων γὰρ ὃ ἦν, ἔλαβεν ὃ οὐκ ἦν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς διδάσκει ὁ μακάριος Παῦλος βοῶν· « τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· ἐξ ὧν εὔδηλον, ὡς ἡ τοῦ θεοῦ μορφή, μένουσα ὃ ἦν, ἔλαβε τὴν δούλου μορφήν· μορφὴν δὲ καλεῖ οὐ τὸ φαινόμενον μόνον τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπου φύσιν· ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ μορφή, τὴν θεοῦ τὴν οὐσίαν σημαίνει, ἀνείδεον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ οὐδεὶς ἂν εἴπῃ μὴ παραπαίων, μορφὴν ἔχειν, καὶ μελῶν διαίρεσιν, τὸ ἀσώματον καὶ ἀσύνθετον, οὕτως ἡ τοῦ δούλου μορφή, οὐ τὸ ὁρώμενον τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πᾶσαν τοῦ ἀνθρώπου δηλοῖ τὴν οὐσίαν. * Philip. II. 6.

## θ'. Ἔλεγχος τῆς τῶν αἱρετικῶν ἀσεβείας.

Τινὲς δὲ τῶν τἀναντία φρονούντων τῆς εὐσεβείας, ἐπειδὴ τοῖς ἀποστολικοῖς ῥητοῖς πειρῶνται κατατοξεύειν ἀληθείας τὰ δόγματα. Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος ἄψυχον ἄνθρωπον ἀνειλῆφθαι παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου διαβεβαιούμενοι (1). Ἀπολινάριος δὲ

(1) Sic plane in tertio decimo ex Arianorum fragmentis, quee nos edidimus Script. vet. T. III. part. 2. p. 228, ubi videais in adnot. alia testimonia.

ἔμψυχον, νοῦ δὲ ἐστερημένον, οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι νοῶν τὴν ἀνθρωπείαν ψυχήν. Μαρκίων δὲ καὶ Μάνης, καὶ ἡ λοιπὴ τῆς ἀσεβείας ἐκείνη συμμορία, τὸ τῆς οἰκονομίας ἅπαν ὁμοῦ ἀρνεῖται μυστήριον· καὶ τὴν μὲν ἄῤῥητον τῆς ἁγίας παρθένου σύλληψίν τε. καὶ κύησιν, μῦθον εἶναι καὶ πλάσμα νομίζουσι· φαντασίᾳ δὲ σώματος τὴν θεότητα συγκαλυφθῆναι διαγορεύουσι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις ἄνθρωπον ἀναφανῆναι. Ἀναγκαῖον τῶν ἀποστολικῶν ῥητῶν σαφῆ τὴν διάνοιαν παραστῆσαι τοῖς εὐσεβέσιν, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ φησὶν ὑπάρχων, οὐχ᾽ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ταῦτα τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἕκαστος οἰκειούμενος, τῶν βδελυρῶν δογμάτων κατασκευάζει τὸ ψεῦδος. Ἄρειος μὲν καὶ Εὐνόμιος καὶ Ἀπολινάριος καὶ οἱ κατὰ τούτους, τὴν τοῦ δούλου μορφὴν καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ φαινόμενον τῆς ἡμετέρας φύσεως σημαίνειν διαγορεύοντες· οἱ δὲ τῆς μυσαρωτέρας φάλαγγος, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὁμοίωμα εἰς σκιάν τινα καὶ εἰκόνα καὶ φαντασίαν σώματι ἐοικυῖαν λαμβάνοντες.

### ι΄. Ἑρμηνεία τοῦ ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων. *

* Philip. II. 6.

Φρενοβλάβειαν δὲ τὴν ἀμφοτέρων παραυτίκα ἡμεῖς διελέγξομεν· μορφὴν γὰρ δούλου τὴν οὐσίαν, ὡς ἀπεδείξαμεν, προσαγορεύει τοῦ δούλου· εἰ γὰρ ἡ τοῦ θεοῦ μορφὴ τὴν οὐσίαν δηλοῖ τοῦ θεοῦ, εὔδηλον ὡς καὶ ἡ τοῦ δούλου, τῆς οὐσίας ἐστὶ τοῦ δούλου σημαντική· τὸ δὲ ἐν ὁμοιώματι τοῦ ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, οὐχ᾽ ὡς τῆς φύσεως ὀνόματα τέθεικεν ὁ ἀπόστολος, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας· ἐπειδὴ γὰρ ὁ δεσπότης Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν, τὴν ἡμετέραν οὐ κατεδέξατο πονηρίαν, ἀλλ᾽ ἁπάσης
* Is. LIII. 9. ἐλεύθερος. ὡς ὁ προφήτης βοᾷ *, ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν. οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης
* Ioh. I. 29. Ἰωάννης συμμαρτυρεῖ λέγων *, ἴδε ὁ ἀμ-

pertem, qui de humana anima quid aestimet nescio. Marcion vero ac Manes, et reliqua illa impietatis factio, universum incarnationis pessum dant mysterium. Hi ineffabilem sanctae Virginis conceptum graviditatemque, fabulam ac simulamentum arbitrantur: corporis autem specie phantastica velatam divinitatem dictitant, atque hoc modo hominibus hominem apparuisse. Necesse est igitur apostolicorum verborum perspicuum sensum sistere orthodoxis, nempe « qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo. » Verba haec praedictorum unusquisque haereticorum ad suum sensum trahens, detestandorum dogmatum fabricat falsitatem. Arius quidem, et Eunomius, atque Apollinaris, et horum similes, servi forma et habitu et similitudine hominis, externam naturae nostrae speciem denotari praedicant: qui autem detestabilioris adhuc agminis sunt, habitum et similitudinem ad umbram quandam et imaginem, ac phantasiam corpori similem, sententia sua trahunt.

### X. *Interpretatio verborum « qui quum in forma Dei esset. »*

Nos itaque utriusque factionis vesaniam confestim refutabimus. Nam formam servi, substantiam, ut iam demonstravimus, servi appellat. Nam si Dei forma substantiam Dei significat, patet servi quoque formam, servi substantiam significare. Verba autem in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, non tamquam naturae vocabula apostolus posuit, sed operationis. Nam quia Christus dominus nostram habens naturam, haud tamen nostram in se recepit malitiam, sed omni peccato caruit, ut propheta clamat, nempe qui iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore eius; nec non deserti incola Iohannes contestatur dicens: *ecce agnus*, qui

mundi peccatum tollit; idcirco beatus Paulus, in similitudinem hominis factum ipsum necessario dixit, et habitu inventum ut hominem, prava omni hominum operatione alienum. Propterea alibi quoque aiebat: « nam quod impossibile erat legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum; ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. »

Animadvertite quomodo per haec illorum solvit obscuritatem. Deus, inquit, filium suum mittens in similitudinem carnis peccati: non simpliciter dixit, in similitudinem carnis, nempe ut impiorum dogmatum blasphemiam dissiparet; etenim omnia praevidet gratia Spiritus; sed in similitudinem carnis peccati, ut intelligamus, vocabulum « similitudo » ab eo positum, quia peccato omni Servator noster caruit. Homo enim natura factus, secundum peccatum factus est homo. Ideo in similitudine carnis peccati damnavit in carne peccatum: humanam quidem naturam adsumens, attamen tyranni hominum peccati iugum non subiens, sed huius omnem dominatum respuens, demonstransque fieri posse ut in humana natura peccati tela vitemus. Sic damnavit in carne peccatum, debilitatem eiusdem coarguens, tyrannidem cohibens, atque ita ad victoriam homines erudiens. Ideo addidit beatus Paulus: ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum. Ergo fuimus iustificati, peccato in carne damnato. Damnavit autem in carne peccatum, cum in similitudinem carnis peccati Servator noster factus est; humanam quidem naturam adsumens, minime tamen dominans ei peccatum admittens. Sic divus Paulus verbis paucis universum haereticorum agmen pro-

νὸς ὁ αἴρων τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν· ὁ μακάριος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου αὐτὸν ἀναγκαίως ἔφη γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, τῆς πονηρᾶς ἐνεργείας τῶν ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον· διὸ καὶ ἑτέρωθι ἔλεγε· * τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ * Rom. VIII. 3.
νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα (1).

Ὁρᾶτε πῶς διὰ τούτων, ἐκείνων λύει τὴν ἀσάφειαν. Ὁ Θεός, φησι, τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας· οὐχ' ἁπλῶς εἶπεν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς, διαλύων τὴν ἀσεβῶν δογμάτων τὴν βλασφημίαν· προγινώσκει γὰρ ἅπαντα ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἵνα μάθωμεν ὡς τὸ ὁμοίωμα, διὰ τὸ πάσης ἁμαρτίας ἀπηλλάχθαι τὸν ἡμέτερον σωτῆρα, τέθεικεν· ἄνθρωπος γὰρ γενόμενος τὴν φύσιν (2), κατὰ τὴν ἁμαρτίαν γέγονεν ἄνθρωπος· διὸ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· ἀνθρωπείαν μὲν φύσιν ἀναλαβὼν, τῆς δὲ τυραννούσης ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἁμαρτίας τὸν ζυγὸν μὴ δεξάμενος, ἀλλὰ πᾶσαν ταύτης ἀποῤῥίψας τὴν δεσποτείαν, καὶ δείξας, ὡς δυνατὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει τῶν τῆς ἁμαρτίας περιγενέσθαι βελῶν· οὕτως κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς ἐλέγξας, καὶ τὴν τυραννίδα παύσας, καὶ νικᾷν οὕτω τοὺς ἀνθρώπους διδάξας· διὸ ἐπήγαγεν ὁ μακάριος Παῦλος, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα τοῦ νόμου περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα· οὐκοῦν ἐδικαιώθημεν, τῆς ἁμαρτίας ἐν σαρκὶ κατακριθείσης· κατέκρινε δὲ ἐν σαρκὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας γενόμενος ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τὴν μὲν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀναλαβὼν, τὴν δὲ πάλαι ταύτης δεσπόζουσαν μὴ καταδεξάμενος ἁμαρτίαν. Οὕτως ὁ θεσπέσιος

(1) Legesis Cyrillum in commentariis suis ad hunc Pauli locum apud nos.
(2) Haud scio an heic interponenda sit negativa particula οὐ, non.

Παῦλος ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν ἅπαν τῶν αἱρετικῶν τὸ στῖφος διέλυσεν. Ἀρείου μὲν καὶ Εὐνομίου τὴν μανίαν ἐλέγξας, ἐν τῇ τῶν προειρημένων ῥημάτων ἀρχῇ· τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων. οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· οὐ γὰρ εἶπεν ἐν μορφῇ Θεοῦ γενόμενος, ἀλλ' ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων· οὐδὲ εἶπεν οὐχ' ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα ἑαυτῷ, ἢ ἴσα ἀγγέλοις ἢ ἴσα τῇ κτίσει. ἀλλ' ἴσα ἔφη Θεῷ τῷ πατρὶ τῷ γεννήσαντι. ἀνάρχῳ τῷ ἀγεννήτῳ τῷ ἀπεράντῳ, τῷ τῶν ὅλων δεσπότῃ.

Ἄρειος μὲν οὖν καὶ Εὐνόμιος (1), ἰσχυρὸν ἐντεῦθεν ἐδέξαντο τῆς οἰκείας ἀσεβείας τὸν ἔλεγχον. καὶ Σαβέλλιος δὲ καὶ Μάρκελλος καὶ Φωτεινὸς οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ἀρνούμενοι, καὶ τὰς τῆς θεότητος συγχέοντες ἰδιότητας, ἐντεῦθεν βλασφημοῦντες ἐλέγχονται· ἕτερος γὰρ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἕτερος ἐκεῖνος οὗ ἐν μορφῇ ὑπάρχει· καὶ ἄλλος πάλιν ὁ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, παρ' ἐκεῖνον οὗ ἴσος ὑπάρχει. ἀλλ' οὐχ' ἥρπασεν τὴν πρὸς αὐτὸν ἰσότητα. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ὁ ψευδώνυμος Παῦλος (2), ὁ τὴν μὲν πρὸ αἰώνων γέννησιν τοῦ σωτῆρος ἀρνούμενος, ἰουδαϊκῷ δὴ κεχρημένος φρονήματι. καὶ τὴν ἐκ παρθένου μόνην ὁμολογῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν τούτων λόγων. τὴν ἀξίαν τῆς ἀσεβείας αἰσχύνην καρποῦται· διδάσκεται γὰρ ὑπὸ τοῦ θείου Παύλου τὸν λαβόντα Θεὸν λόγον. καὶ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τὴν ληφθεῖσαν. τὴν προϋπάρχουσαν μορφὴν τοῦ Θεοῦ καὶ ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων προσληφθεῖσαν ἀπ' ἐκείνης τοῦ δούλου μορφήν. Διδάσκεται δὲ πάλιν Ἀπολινάριος σὺν Ἀρείῳ καὶ Εὐνομίῳ, ὡς οὐχ' ὁ Θεὸς λόγος ὁ ἄτρεπτος, εἰς σαρκὸς φύσιν ἐτράπη. ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ἀναλαβὼν οὐσίαν, τὴν ἡμετέραν ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν. Ἀπεδείξαμεν δὲ δι' ὧν εἰρήκαμεν. μορφὴν δούλου τὴν τοῦ ἀνθρώπου προσαγορευομένην οὐσίαν· εἰ γὰρ ἡ μορφὴ τοῦ

fligavit; Arii utique et Eunomii insaniam refutans praedictorum verborum initio: boc enim sentite in vobis quod et in Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens. Non enim dixit, in forma Dei factus, sed quum in forma Dei esset. Neque item dixit: non rapinam arbitratus est esse se aequalem sibimet aut angelis, aut aequalem creaturae, sed aequalem dixit Deo patri qui se genuerat, patri inquam absque principio, ingenito, infinito, rerum omnium domino.

Arius igitur atque Eunomius validam hinc pertulerunt impietatis suae redargutionem: insuperque Sabellius et Marcellus atque Photinus, qui negant tres hypostases, et deitatis confundunt proprietates, hinc blasphemi coarguuntur. Alius est enim secundum hypostasim ille qui in forma Dei erat, et alius ille cuius in forma erat: et alius rursus qui rapinam non arbitrabatur esse se aequalem Deo, et alius ille cui est aequalis, sed non sibi aequalitatem cum illo rapuit. Praeterea ille etiam falsi nominis Paulus, qui Servatoris ante saecula generationem negavit, iudaicam sententiam fovens, et de Virgine tantummodo natum confessus est, ex his ipsis verbis dignam impietate sua capit ignominiam. Docetur enim hinc a divo Paulo et Dei Verbum quod suscepit, et humanam susceptam naturam, et praeexistentem Dei formam, et in fine saeculorum adsumptam ab eadem servi formam. Docetur pariter Apollinaris cum Ario atque Eunomio, quod nequaquam Deus Verbum, quod est immutabile, in carnem fuerit immutatum, sed quod nostra substantia adsumpta salutem nostram sit operatum. Porro superius dictis demonstravimus, formam servi appellatam esse hominis naturam. Nam si forma Dei, est substantia Dei (caret enim revera forma

(1) In hoc et sequente opusculo nullum haereticum recentiorem Eunomio nominat Cyrillus.
(2) Intelligit Paulum samosatensem.

Digitized by Google

et quavis specie Deus, qui est simplex, incompositus, et omni figura destitutus) sequitur ut servi forma, aeque servi substantia intelligatur. Servi autem substantia, id est hominis, non est corpus hoc tantummodo quod apparet, sed tota hominis natura a prudentibus existimatur. Praeterea et illi impietatis antesignani, et blasphemiae adversus rectam fidem primi auctores, qui christianorum quidem sibi nomina imposuerunt, sed idololatricum polytheismi errorem superarunt, Marcion, inquam, et Manes, et ceteri pestilentis illorum cathedrae consectanei et discipuli, ex his ipsis apostoli verbis suam vesaniam satis cognoscunt. Nam quum ipsi Domini secundum carnem nativitatem et humanitatem non admittant, audiunt praeclarissimum Paulum docentem, quod Dei forma, servi formam susceperit. Servi autem forma haud phantasia quaedam erat, neque umbra, neque aëreum simulacrum, neque aliud quidvis huiusmodi appellatur, sed servi natura.

Quod si subsequentia illa verba nobis obiiciant: in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo; nec non illa ad Romanos: in similitudinem carnis peccati; primo quidem stultitiam ipsorum convincemus. Nam si verba « in similitudinem hominis, et habitu inventus ut homo, phantasiam aliquam humanam denotant, servi autem forma, natura hominis est; contradicentia posuit apostolus. Iam si apostoli verba minime invicem contradicunt, sane discimus, servi formam, servi esse substantiam. Porro in hominum similitudinem fieri, et habitu ut hominem inveniri, sic intelligemus; nempe dominum nostrum Iesum Christum, naturam nostram habentem, non in cunctis nobis fuisse aequalem. Namque et ipse natus est de muliere, sed alia ac nos ratione; quippe qui de virginali prodiit vulva. Et homo quidem perfectus erat aeque ac nos; sed praeter rem nostram, habuit etiam Deum Ver-

θεοῦ, οὐσία τοῦ θεοῦ, ἀμόρφωτον γὰρ καὶ ἀνείδεον τὸ θεῖον, ἁπλοῦν δὲ καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ δηλονότι οὐσία δούλου εἰκότως ἂν νοηθείη· οὐσία δὲ δούλου. τουτέστιν ἀνθρώπου, οὐ τὸ φαινόμενον σῶμα μόνον. ἀλλὰ πᾶσα τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις παρὰ τοῖς σωφρονοῦσιν νενόμισται. Πρὸς δὲ τούτοις οἱ πρωτοστάται τῆς ἀσεβείας, καὶ πρῶτοι τὴν βλασφημίαν κατὰ τῆς εὐσεβείας βλαστήσαντες, καὶ χριστιανῶν μὲν ὄνομα ἑαυτοῖς ἐπιθέντες, πᾶσαν δὲ τὴν πολύθεον τῶν εἰδώλων πλάνην ὑπερακοντίσαντες, Μαρκίων, φημὶ. καὶ Μάνης. καὶ οἱ τῆς λοιμικῆς αὐτῶν καθέδρας μύσται καὶ γείτονες, δι' αὐτῶν τούτων τῶν ῥημάτων, τὴν οἰκείαν παραπληξίαν μανθάνουσι· τὴν κατὰ σάρκα γὰρ τοῦ κυρίου γέννησίν τε. καὶ ἐνανθρώπησιν οὐ δεχόμενοι, ἀκούουσι τοῦ θειοτάτου Παύλου διδάσκοντος. ὡς ἡ τοῦ θεοῦ μορφὴ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἡ δὲ τοῦ δούλου μορφὴ οὐ φαντασία τις ἦν, οὐδὲ σκιὰ, οὐδὲ ἀέριον ἴνδαλμα, οὐδ' ἄλλο τί τῶν τοιούτων προσαγορεύεται, ἀλλ' ἡ τοῦ δούλου φύσις.

Εἰ δὲ τὰ ἐπαγόμενα ἡμῖν προβάλλοιντο *, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος. καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους *, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, πρῶτον αὐτῶν τὴν ἄνοιαν διελέγξωμεν· εἰ γὰρ τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος. φαντασίαν τινὰ ἀνθρωπείαν δηλοῖ. ἡ δὲ μορφὴ τοῦ δούλου, φύσις ἀνθρώπου. ἐναντία τίθησιν ὁ ἀπόστολος· εἰ δὲ οὐκ ἐναντία τοῦ ἀποστόλου τὰ ῥήματα μάθωμεν ὡς ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, οὐσία δούλου τυγχάνει. Τὸ δὲ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων * γενέσθαι, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον. οὕτως νοήσομεν, ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἡμετέραν ἔχων φύσιν. οὐ κατὰ πάντα ἶσος ἡμῖν ἐτύγχανεν· ἐγεννήθη μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς καὶ αὐτὸς, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἡμῖν· ἐκ παρθενικῆς γὰρ ἐβλάστησε μήτρας· καὶ τέλειος μὲν ἄνθρωπος ἦν ὡς ἡμεῖς· εἶχε δὲ πλέον ἡμῖν τὴν θεοῦ λόγου τὴν ἐνοίκησίν τε καὶ ἕνωσιν· καὶ σάρκα μὲν εἶχεν ἔμψυχόν τε

* Philip. II. 7.

* Rom. VIII. 3.

* Ita heic cod. ut in edd.



Digitized by Google

καὶ λογικὴν ὡς ἡμεῖς, τῶν δὲ τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἠνέσχετο κινημάτων ὥσπερ ἡμεῖς. ἀλλ' ἐν σώματι ὑφ' ἁμαρτίας πολεμουμένῳ, τὴν τῆς ἁμαρτίας τυραννίδα κατέλυσε· διὰ τοῦτο ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὄνομα τῆς ταπεινώσεως δηλοῖ τὴν τῆς ταπεινῆς ἀνάληψιν φύσεως. Ἄλλως τε περὶ τοῦ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχοντος διαλεγόμενος, ἐπήγαγεν· ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, διδάσκων ὅτι ὁ ἀσώματος θεοῦ λόγος ὡς ἄνθρωπος ὤφθη, φύσιν ἀνθρωπείαν ἀναλαβών· διὸ καὶ τὸ ὡς ἄνθρωπος τέθεικεν, ἵνα μὴ τροπήν τινα γεγενῆσθαι νομίσωμεν τοῦ ἀοράτου θεοῦ, ἀλλὰ πιστεύσωμεν ὅτι σάρκα λαβὼν ἔμψυχόν τε καὶ λογικήν, θεὸς ὢν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου ἐγένετο, καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος· οὕτως ὁ μέγας τῆς εὐσεβείας προαγωνιστής, ὁ μακάριος λέγω Παῦλος, τὰ ποικίλα καὶ διάφορα τῶν αἱρετικῶν κατέλυσε στόματα. Ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἡμᾶς ὁ λόγος παρήνεγκε, τὴν τῶν αἱρετικῶν ἐλέγχων ἐμβροντησίαν, καὶ δῆλα ποιῶν τοῖς τροφίμοις τῆς εὐσεβείας τῆς ἀληθείας τὰ δόγματα· ἀναχωρεῖν οὖν, ὅθεν ἐξέβην, καιρός.

bum inhabitans et unitum. Carnem habuit animatam et rationalem uti nos, at peccati commotiones non seque ae nos expertus est; sed in corpore quod peccato solet esse obnoxium, peccati tyrannidem debellavit. Propterea in similitudinem hominis factus, et habitu inventus ut homo, semet humiliavit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Et quidem ipsum humiliationis vocabulum demonstrat humilis naturae adsumptionem. Aliunde etiam, de eo qui in forma Dei erat disserens, addidit: in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo; docens incorporeum Dei Verbum uti hominem apparuisse, humana scilicet adsumpta natura. Ideo et dixit « ut homo » ne mutationem aliquam factam existimemus invisibilis Dei; sed credamus potius, ipsum carne adsumpta animata ac rationali, quum Deus esset, in similitudinem hominis factum, et habitu inventum ut hominem. Sic magnus rectae fidei propugnator, beatus inquam Paulus, diversa se varia haereticorum ora dissipavit. Sed ulterius iam nos provexit sermo noster, dum haereticorum vesaniam coarguit, et rectae fidei alumnis dogmata veritatis pandit. Ergo iam tempus est illuc, unde discessimus, revertendi.

ια'. Τίνος χάριν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ θεὸς ἀνέλαβε λόγος.

XI. *Cuius rei gratia humanam naturam Deus Verbum adsumpserit.*

Τοίνυν τὴν ἡμετέραν φύσιν ὁ ποιητὴς οἰκτείρας ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πολεμουμένην, καὶ τοῖς πικροῖς τῆς ἁμαρτίας βέλεσι βαλλομένην, καὶ τῷ θανάτῳ παραπεμπομένην, ἐπαμύνει τῇ εἰκόνι, καὶ τοὺς πολεμοῦντας καταγωνίζεται, οὐ γυμνῇ τῇ δυνάμει χρησάμενος τῇ θεότητι, οὐδὲ τῇ ἐξουσίᾳ τῆς βασιλείας καταπλήξας τοὺς ἀντιπάλους, οὐκ ἀγγέλους στρατεύσας, οὐδὲ τοὺς ἀρχαγγέλους εἰς συμμαχίαν λαβών, οὐδὲ κεραυνοὺς, ἢ πρηστῆρας κατὰ τῶν ἐναντίων ὁπλίσας, οὐδὲ μετὰ τῶν χερουβὶμ φανεὶς ἐπὶ τῆς ἠπείρου καὶ τῶν ἡμετέρων ἀντιδίκων δικαστικῶς καταψηφισάμενος*. ἀλλ' εἷς τῶν ὑπευθύνων καὶ πολεμουμένων γινόμενος, καὶ κατακρύψας

Igitur naturam nostram creator miserans a malo daemone oppugnatam, et acerbis peccati sagittis vulneratam, mortique addictam, propriam ultus est imaginem, hostesque propulsavit, haud solis deitatis viribus utens, neque maiestatis potentis colluctatores profligans, non angelorum aciem instruens, neque archangelos auxiliares assumens, non fulmina aut turbines contra inimicos armans, neque cum cherubinis in terra apparens adversarios pro tribunali condemnans; sed tamquam unus de reis oppugnatisque factus, deitatisque magnificentiam vilitate humanitatis

* cod. mendose καταψησάμενος.

celans; visibilem hominem ad pugnam corroboravit, et victorem coronavit: et iam inde a pueris virtutem edocuit, atque ad iustitiae culmen provexit, invictum servans, et peccati telis immunem, permittens simul ut morti succumberet, quò peccati iniustitiam coargueret, et mortis potentiam destrueret.

Nam si eorum qui peccato succubuerunt poena mors est, is qui peccato prorsus fuerat alienus, vita scilicet frui, non mortem pati dignus erat. Porro victum peccatum, quum ipsum victorem morti addixisset, eandemque adversus dominatorem suum sententiam tulisset, quam perpetuo contra subditos suos exercebat, iniuste agere deprehensum est. Nam quamdiu peccatum subditos suos morte multabat, cum iure id agens non prohibebatur: sed ubi innocentem et nullius culpae reum, immo praemiis et summis laudibus dignum, eidem poenae addixit, necessario posthinc utpote iniustum potentia sua depulsum fuit. Atque hoc docens beatus Paulus aiebat: quod erat impossibile legi, in quo per carnem infirmabatur, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, et pro peccato, damnavit in carne peccatum, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum.

Quod vero ait, hoc est. Scopus legis erat hominum naturam iustificare: baud tamen id poterat, non propriae infirmitatis causa, sed propter audientium ad recte agendum ignaviam: namque ad carnis voluptatem proclives, mandatorum legis laborem defugiebant, corporisque delectationibus adhaerebant. Propterea, inquit, universalis Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, hoc est cum humana quidem natura, sed tamen peccato aliena, et pro peccato, damnavit in

τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς θεότητος τῇ εὐτελείᾳ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον εἰς πάλην ἀλείψας, καὶ νικήσαντα στεφανώσας· καὶ παιδόθεν μὲν τὴν ἀρετὴν ἐκδιδάξας, καὶ δικαιοσύνης εἰς ἀκρότατον ἀγαγὼν, ἀήττητον δὲ φυλάξας, καὶ τῶν βελῶν τῆς ἁμαρτίας ἐλεύθερον, συγχωρήσας δὲ ὅμως ὑπὸ θάνατον γενέσθαι, ἵνα τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀδικίαν ἐλέγξῃ, καὶ τοῦ θανάτου καταλύσῃ τὸ κράτος.

Εἰ γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν γεγενημένων ὁ θάνατος ἐπιτίμιον, ὁ ταύτης ἀπηλλαγμένος παντάπασι, δηλονότι ζωῆς ἀπολαύειν, ἀλλ' οὐ θανάτου, δίκαιος ἦν· τοίνυν ἡττηθεῖσα ἡ ἁμαρτία, καὶ τὸν νικητὴν κατακρίνασα θανάτῳ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐξενεγκοῦσα κατὰ τοῦ νενικηκότος ψῆφον, ἣν ἀεὶ κατὰ τῶν ἡττωμένων ἐξέφερεν, ἀδικοῦσα ἑάλω· μέχρι μὲν γὰρ τῶν ὑπηκόους τῷ θανάτῳ παρέπεμπεν, ὡς δίκαια ποιοῦσα συνεχωρεῖτο τοῦτο ποιεῖν· ἐπειδὴ δὲ τὸν ἀθῷον καὶ ἀνεύθυνον καὶ στεφάνων καὶ ἀναρρήσεων ἄξιον τοῖς αὐτοῖς ἐπιτιμίοις ὑπέβαλλεν, ἀναγκαίως λοιπὸν ὡς ἄδικος τῆς ἐξουσίας ἐκβάλλεται. Καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· * τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς (1), ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας, ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα.

* Rom. VIII. 3.

Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτο ἐστί· σκοπὸς, φησὶν, ἦν τῷ νόμῳ δικαιῶσαι τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων· ἀδυνάτως δὲ εἶχε τοῦτο ποιεῖν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ῥᾳστώνην· ἐπιρρεπῶς γὰρ ἔχοντες περὶ τὴν τῆς σαρκὸς ἡδονὴν, ἔφυγον μὲν τὸ τῶν νομίμων ἐπίπονον, ταῖς δὲ τοῦ σώματος προσεχώρουν ἡδυπαθείαις· διὰ τοῦτο, φησὶν, ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὸν ἑαυτοῦ πέμψας υἱὸν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, τουτέστιν ἀνθρωπίνῃ μὲν φύσει, ἁμαρτίας δὲ ἀπηλλαγμένῃ, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν

(1) Confer quae hac super re dicit idem Cyrillus in expl. epist. ad Rom. ed. nostr. p. gr. 20, lat. 18.

ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, ἐλέγξας αὐτῆς τὴν ἀδικίαν. ὅτι τὸν ἀνεύθυνον καὶ ἁμαρτίας ἐλεύθερον τοῖς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐπιτιμίοις ὑπέβαλλεν· οὐχ' ἵνα δὲ δικαιώσῃ ὃν ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, ταῦτα πεποίηκεν. ἀλλ' ἵνα, φησὶ, τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα· ἐπὶ γὰρ πᾶσαν τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐεργεσία χωρεῖ· ὅτι καθάπερ τῷ προπάτορι Ἀδὰμ, καὶ τῆς ἀρᾶς ἐκοινωνήσαμεν, καὶ γεγόναμεν ἅπαντες ὑπὸ τὸν θάνατον ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ καὶ τὴν νίκην οἰκειούμεθα. καὶ τῆς δόξης συμμεθέξομεν, καὶ τῆς βασιλείας συναπολαυσόμεθα. Καὶ τούτων μάρτυς ὁ μακάριος Παῦλος, τῶν τε παλαιῶν καὶ τῶν νέων ἀναμιμνήσκων. καὶ δεικνὺς τῶν προτέρων λύσιν γεγενημένην, τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δικαιοσύνην.

ιβ'. Ὥσπερ τῷ τοῦ Ἀδὰμ θανάτῳ ἐκοινωνήσαμεν, οὕτω καὶ τῇ τοῦ κυρίου ζωῇ.

* Rom. V. 15. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς, φησὶ *, παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πολλοὺς
* v. 18. ἐπερίσσευσε. Καὶ μετὰ βραχέα· * ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους τὸ κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος δικαίωσις ζωῆς· ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοὶ, οὕτω καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατασταθήσονται οἱ πολλοί. Ταῦτα καὶ ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους
* 1. Cor. XV. 22. ἐπιστολῇ σαφέστερον διδάσκει λέγων· * ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται· ἐξ ὧν εὔδηλον, ὡς ἡμετέρα νίκη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡ νίκη· καὶ γὰρ ἧττα κοινὴ γέγονεν ἡ τοῦ προπάτορος ἡμῶν ἧττα· καὶ δεῖ καθάπερ ἐκείνῳ τῆς κοινωνίας (1) ἐκοινωνήσαμεν, οὕτως ἡμᾶς συναπολαῦσαι τῶν ἀγαθῶν τῷ ἐξ ἡμῶν μὲν ἀναληφθέντι, ὑπὲρ ἡμῶν δὲ στεφανωθέντι· διὸ καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος ἔλε-
* Rom. VIII. 29. seqq. γεν *, ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε συμ-

carne peccatum, iniustitia eius coarguta, quia innocentem et peccato liberum peccantium poena adfecisset. Non autem id egit, ut quem susceperat hominem iustificaret, sed ut, inquit, legis iustificatio impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Namque ad universam hominum naturam Servatoris nostri beneficium pertingit: ut sicuti progenitoris Adami maledictioni communicavimus, et cuncti ut ille sub mortis iura devenimus, ita servatoris Christi et victoriam ceu nostram faciamus, et gloriam participemus, et regno congaudeamus. Atque horum testis est beatus Paulus, dum vetera simul et nova memorat, et priorum factam dissolutionem per Servatoris nostri iustitiam demonstrat.

XII. *Sicut Adami mortem participavimus, ita etiam Domini vitam.*

Nam si unius, inquit, lapsu multi sunt mortui, multo magis gratia Dei, et donum cum gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Et paulo post. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines condemnatio, ita et per unius iustitiam iustificatio vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obeditionem iusti constituentur multi. Haec in epistola quoque ad Corinthios apertius docet dicens: sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Unde constat, victoriam nostram revera esse Servatoris nostri victoriam. Nam et communis clades fuit, illa progenitoris nostri clades: oportetque sicut progenitoris contaminationem participavimus, ita bonis nos simul perfrui cum illo qui de nobis sumptus est, et pro nobis coronatus. Quare et divus apostolus aiebat: quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse

(1) Ita cod. κοινωνίας, quae si lectio sana est nihilve deest, videtur idiotismus, uti est κοινὸς in sacris bibliis pro *pollutus, profanus.*

primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et iustificavit: quos autem iustificavit, hos et glorificavit. Et alibi ait: si autem filii, utique et heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi; si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Et alibi: si sustinuerimus, etiam conregnabimus. Pro universa ergo natura nostra Dei Verbum Deus inchoationem nostram suscepit, ut eam per omnem virtutem deducens, ad certamen provocaret adversarium, suum vero athletam invictum praestaret: et hunc quidem coronaret, illius autem cladem proclamaret, et omnibus adversus illum audaciam augeret. Idcirco in sacris evangeliis modo aiebat: videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Nunc vero: nisi quis in fortis domum intraverit, fortemque alligaverit, quomodo vasa eius diripiet? domum fortis dicens humanam naturam, ceu quae ad illum profugerit, et omnia ipsius mandata exsequi passa fuerit, servitiumque sibi sponte imposuerit. Et alibi quoque: confidite, inquit, ego vici mundum. Et alio loco: nunc iudicium est mundi, nunc mundi princeps eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me ipsum. Et porro pergens, id ipsum clarius dicit:

### XIII. *Quod commune erga homines beneficium fuerit Servatoris incarnatio.*

De iudicio quidem, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Et rursus: venit mundi huius princeps, et in me non habet quicquam: namque omni crimine alienus, nulla diaboli semina habebat. Unde et hunc tyrannide deposuit, et foras eiecit, et illorum qui antea ei serviebant pedibus subiecit, adhortans dicensque: ecce ego dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici. Atque ut ipsam adversus diabolum luctam spectemus, ad evan-

μόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσε· καὶ οὓς ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Καὶ ἑτέρωθεν λέγει· * εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ· εἴπερ καὶ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Καὶ ἀλλαχοῦ· * εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν. Ὑπὲρ πάσης τοίνυν τῆς ἡμετέρας φύσεως ὁ τοῦ θεοῦ θεὸς λόγος τὴν ἡμετέραν ἀπαρχὴν ἀνελάβετο, ἵνα διὰ πάσης αὐτὴν ἀρετῆς ἀγαγὼν, εἰς πάλην μὲν προκαλέσηται τὸν ἀνταγωνιστὴν, δείξῃ δὲ τὸν ἀθλητὴν ἀήττητον· καὶ τοῦτον μὲν στεφανώσῃ, ἐκείνου δὲ τὴν ἧτταν κηρύξῃ, καὶ καταθαῤῥεῖν αὐτοῦ πάντας παρασκευάσῃ· διὸ ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ἔλεγε· * νῦν μὲν, εἶδον τὸν σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα· νῦν δὲ *, ἐὰν μή τις εἰσέλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ, καὶ τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ, πῶς τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσει; οἰκίαν λέγων τοῦ ἰσχυροῦ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ὡς πρὸς ἐκεῖνον αὐτομολήσασαν, καὶ πᾶν τὸ κελευσθὲν ὑπ᾽ ἐκείνου ποιεῖν ἀνασχομένην, καὶ αὐθαίρετον δουλείαν ἐπισπασαμένην. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ *, θαρσεῖτε, φησὶν, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. Καὶ ἑτέρωθεν· * νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ * ἐὰν ἀπὸ τῆς γῆς ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν· καὶ προϊὼν δὲ τοῦτο λέγει σαφέστερον·

* Rom. VIII. 17.
* II. Tim. II. 12.
* Luc. X. 18.
* Matth. XII. 29.
* Ioh. XVI. 33.
* Idem XII. 31.
* v. 32.

### ιγ'. Ὅτι κοινὴ τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσία ἡ τοῦ σωτῆρος οἰκονομία.

Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται· * καὶ αὖθις *, ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου τούτου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν· πάσης γὰρ ἀπηλλαγμένος αἰτίας, οὐδὲν εἶχε τῶν τοῦ διαβόλου σπερμάτων· διὸ καὶ τὸ τυραννεῖν κατέπαυσεν, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω, καὶ ὑπὸ τῶν πάλαι δουλευόντων πατεῖσθαι πεποίηκε, παρεγγυῶν, καὶ λέγων· * ἰδοὺ δίδωμι ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ἵνα δὲ καὶ αὐτὴν ἴδωμεν τὴν πρὸς τὸν διάβολον πάλην,

* Idem XVI. 11.
* Idem XIV. 30.
* Luc. X. 19.

ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν ἱστορίαν τῶν εὐαγγελίων.
Ἀνήχθη ὑπὸ τοῦ πνεύματος Ἰησοῦς εἰς τὴν
ἔρημον μετὰ τὸ βάπτισμα πειρασθῆναι ὑπὸ
τοῦ διαβόλου· ἀνήχθη δὲ οὐχ' ὁ θεὸς λόγος,
ἀλλ' ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὑπὸ τοῦ θεοῦ
λόγου ληφθεὶς ναός· οὐ γὰρ τὸν θεὸν λό-
γον εἰς τὴν πρὸς τὸν διάβολον πάλην ἀπή-
γαγε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ὃν ἐν τῇ
παρθένῳ διέπλασε τῷ θεῷ λόγῳ ναόν·
ἄσιτος διετέλεσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα,
καὶ νύκτας ἰσαρίθμους· οὐ γὰρ ἠθέλησεν
ὑπερβῆναι τῶν πάλαι νενηστευκότων τὸ μέ-
τρον, ἵνα μὴ φύγῃ τὴν πρὸς αὐτὸν ὁ ἀντί-
παλος μάχην, ἵνα μὴ γνωρίσας τὸν κρυ-
πτόμενον, φύγῃ τὴν πρὸς τὸν φαινόμενον πά-
λην· τούτου χάριν μετὰ τὸν προειρημένον ἀριθ-
μὸν τῶν ἡμερῶν, τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸ
πάθος ὑποφαίνει, καὶ συγχωρεῖ τῇ πείνῃ
χώραν λαβεῖν, λαβὴν ἐκείνῳ διὰ τῆς πεί-
νης διδούς· οὐ γὰρ προσελθεῖν ἐτόλμα,
πολλὰ περὶ αὐτὸν θεοπρεπῆ γινόμενα θεω-
ρῶν· καὶ γὰρ ἄγγελοι τεχθέντος ἐχόρευον,
ἀνατείλας ἀστὴρ μάγους ἐποδήγησεν εἰς προσ-
κύνησιν τοὺς τῆς αὐτῆς φάλαγγος κορυφαίους,
καὶ αὐτὸν ἑώρα πᾶσαν ἐκ παιδὸς μετιόντα
δικαιοσύνην, βδελυττόμενον κακίαν, μυ-
* cod. ταυτην. σαττόμενον πονηρίαν· καὶ ταῦτα * κατὰ τὴν εἰς
αὐτὸν γεγενημένην πρόῤῥησιν ὑπὸ τοῦ προ-
* Is. VII. 16. φήτου *, ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι αὐτὸν ἀγαθὸν
ἢ κακὸν, ἀπειθεῖ πονηρίᾳ τοῦ ἐκλέξασθαι τὸ
* Ioh. I. 29. ἀγαθόν· ἐβόα δὲ καὶ Ἰωάννης· * ἴδε ὁ ἀμνὸς
τοῦ θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου·
* Matth. III. 17. πατὴρ ἄνωθεν ἐμαρτύρησεν· * οὗτός ἐστιν ὁ
υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα· τοῦ
πνεύματος ἡ χάρις ἐφοίτησε· ταῦτα καὶ ὅσα
τοιαῦτα τὸν διάβολον καταπλήττοντα προσ-
ελθεῖν οὐκ εἴα τῷ τῆς ἡμετέρας φύσεως
ἀθλητῇ· ὡς δὲ τῆς πείνης τὴν προσβολὴν ὑπε-
δέξατο, καὶ τροφῆς αὐτὸν εἶδεν ἀνθρωπίνης
δεόμενον, καὶ καρτερεῖν περαιτέρω τῶν πα-
λαιῶν ἀνδρῶν οὐ δυνάμενον, προσέρχεται,
λαβὴν οἰόμενος εὑρηκέναι μεγίστην. καὶ
νικήσειν ῥᾳδίως πιστεύων.

gelicam historiam veniamus. Ductus est a Spiritu in desertum Iesus post baptismnm, ut tentaretur a diabolo. Ductnm est antem non Dei Verbum, sed illud ex Davidis semine a Deo Verbo templnm adsumptum. Non enim Denm Verbnm ad luctandum cum diabolo abduxit Spiritus sanctus, sed illud inquam quod ex Virgine formaverat Deo Verbo templum. Perseveravit ieiunus quadraginta diebus, totidemque noctibus. Non enim voluit eorum qui olim ieiunaverant mensuram excedere, ne adversus se pugnam adversarius defugeret, ne inquam eo qui occultus erat agnito, lnctari cum manifesto recusaret. Huius rei causa, post praedictum dierum numerum, humanae naturae passionem patefecit, permisit fami aditum, fame videlicet ansam diabolo praebens. Non enim accedere audebat, quia multa ab eo digna Deo facta observaverat. Namqne et angeli eo nato tripudiaverant, et exortum sidus magos deduxerat ad adorationem, nempe eiusdem ordinis antesignanos, et ipsum viderat iam inde a pueritia omni iustitiae deditum, a nequitia abhorrentem, malitiae osorem; atque haec secundum editum de eo a propheta vaticinium: quoniam priusquam cognoscat ipse bonum vel malum, non credet malitiae, ut eligat quod bonum est (1). Clamabat quoque Iohannes: ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Pater desuper testabatur: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Gratia denique Spiritus sancti supervenit. Haec et eiusmodi alia diabolum terrefacientia, non sinebant accedere ad nostrae naturae athletam. Sed postquam is famis accessum admisit, ipsumque vidit humani nutrimenti indigum, neque ultra antiquorum hominum terminum durare valentem, tunc accessit, ansam existimans se cepisse maximam, facilemque credens victoriam relaturum.

(1) Ita se habet graecus textus tum in bibliis tum apud Cyrillum; atque ita apud Sabaterium interpretantur SS. Ambrosius atque Fulgentius; neque abludit Irenaeus qui tamen pro *non credet*, scribit *non consentiet*. Vulgatus autem interpres differt, quia hebraicum textum sectatur.

## XIV. *Quomodo diabolum debellaverit Christus dominus.*

Ac quemadmodum in proeliis cum quis vult aliquem cataphractum telo appetere, totum oculis circumtuetur, eminus observans, nudum aliquod membrum explorans, ut illuc sagittam dirigens adversarium vulneret; sic diabolus omni iustitia Christum videns armatum, situmque idoneum scrutans ad quem telum dirigeret, ut emergentem vidit famem, audacter accedit ceu re quaesita potitus, quia ipsam progenitoris passionem in eo deprehenderat. Namque et illum esca oblata felici vita spoliaverat, et sudori, aerumnae, ac morti implicuerat. Ergo ita dicens accedit: si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Certe id non fecisset, nisi famis passionem Servator admisisset. Quam rem ex iis quae postea evenerunt quilibet manifeste cognoscet. Siquidem statim ac victus in lucta fuit, expertusque didicit, hunc esse quem prophetae omnes praedixerant, ne aspectum quidem eius accedentis ferre ausus est, sed ilico aufugit, nunc clamans: quid nobis et tibi, fili Dei? cur venisti ante tempus torquere nos? Nunc autem: novi quod filius Dei sis; adiuro te, ne me torqueas. Adeo illum timebat, iudicemque fatebatur! Tunc autem ante experientiam, haud talibus verbis utebatur, sed confidenter accedebat dicens: dic ut lapides isti panes fiant. Nam supernam, inquit, vocem audivi, filium te vocitantem; ignoro autem, donec experientiam magistram nactus fuero. Factis mihi persuade, qui appellaris, eum te esse revera. Nam si hoc didicero, fugiam, evadam, quominus tecum collucter deprecabor. Etenim quantum inter nos duos intersit, scio. Demonstra ergo prodigium, tuamque miracula patrandi efficaciam; doce me prodigii auctorem; dic ut lapides isti panes fiant.

Ergo his auditis, celat deitatem Christus, humanaeque naturae more loquitur:

## ιδʹ. Τίνι τρόπῳ κατηγωνίσατο τὸν διάβολον ὁ δεσπότης Χριστός.

Καὶ καθάπερ ἐν τοῖς πολέμοις τὸν πανταχόθεν τῇ πανοπλίᾳ κεκαλυμμένον, κατατοξεῦσαι τὶς ἐθέλων, ὅλον τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπῶν, πόῤῥωθεν ἐρευνῶν, μέλος γεγυμνωμένον ἐπιζητῶν, ἵνα τὸ βέλος ἐκεῖ ῥίψας τὸν ἀντίπαλον πλήξῃ, οὕτως ὁ διάβολος πάσῃ δικαιοσύνῃ τὸν Χριστὸν καθωπλισμένον ὁρῶν, καὶ τόπον ζητῶν ἁρμόδιον, ἵνα τὸ βέλος ἐκεῖ ἀκοντίσῃ, ὡς εἶδε τὴν πεῖναν ἀναφανεῖσαν, προσέρχεται θαρσαλέως ὡς εὑρὼν τὸ ζητούμενον, ὡς τὸ τοῦ προπάτορος ἐν αὐτῷ θεωρήσας τὸ πάθος· καὶ γὰρ ἐκεῖνον διὰ βρώσεως στερήσας τῆς ἀλύπου ζωῆς, ἱδρῶτι καὶ ταλαιπωρίᾳ καὶ θανάτῳ συνέζευξε· προσέρχεται τοίνυν λέγων· * εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται· οὐκ ἂν δὲ τοῦτο πεποίηκεν, εἰ μὴ τὸ πάθος τῆς πείνης ὁ σωτὴρ κατεδέξατο· καὶ τοῦτο μάθοι τὶς ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα σαφῶς· ὡς γὰρ ἡττήθη παλαίσας, καὶ διὰ τῆς πείρας ἔμαθεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὃν οἱ προφῆται προεκήρυξαν ἅπαντες, οὐδὲ τὴν θέαν αὐτοῦ προσιόντος φέρειν ἐτόλμησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἐδραπέτευσεν, νῦν μὲν βοῶν *, τί ἡμῖν καὶ σοὶ υἱὲ τοῦ Θεοῦ; τί ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; νῦν δὲ, οἶδα σε τίς εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁρκίζω σε μή με βασανίσῃς· * οὕτως ἐδεδοίκει, καὶ κριτὴν ὡμολόγει· τότε πρὸ τῆς πείρας οὐ τοιούτοις ἐκέχρητο ῥήμασιν, ἀλλὰ θαῤῥῶν προσῄει λέγων· εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται· τῆς μὲν γὰρ ἄνωθεν ἐλθούσης φωνῆς ἤκουσα φησὶ, τοῦτό σε καλεσάσης, ἀπιστῶ δὲ ἕως ἂν λάβω τὴν πεῖραν διδάσκαλον· πεῖσόν με διὰ τῶν πραγμάτων, ὡς ὃ κέκλησαι, ἀληθῶς ὑπάρχεις· ἂν γὰρ τοῦτο μάθω, φεύξομαι, καὶ δραπετεύσω, καὶ τὴν πρὸς σὲ παραιτήσομαι πάλην· οἶδα γὰρ ὅσον ἐμοῦ καὶ σοῦ τὸ διάφορον· δεῖξον τοίνυν τὸ θαῦμα καὶ τὴν θαυματουργίαν, δίδαξον με τὸν τοῦ θαύματος ποιητήν· εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται.

Τούτων ἀκούσας κρύπτει μὲν τὴν θεότητα, ἐκ δὲ τῆς ἀνθρωπείας διαλέγεται φύσεως·

* Matth. IV. 3.
* Idem VIII. 29
* Luc. VIII. 28.

Digitized by Google

οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ, λέγων, ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι διὰ στόματος ἐκπορευομένῳ Θεοῦ· δύναμαι, φησὶν, ἄνευ ἄρτου τραφῆναι· οὐ μόνον γὰρ ἄρτοις ἡ τῶν ἀνθρώπων συγκροτεῖται ζωὴ, ἀλλὰ ῥῆμα Θεοῦ ἀρκεῖ πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων διαθρέψαι τὴν φύσιν· οὕτως ὁ ἰσραηλιτικὸς διετράφη λαὸς, τεσσαράκοντα ἔτη συλλέγων τὸ μάννα, καὶ θήρας ἀπολαύων ὀρνίθων πεπεδημένης βουλῇ θεοῦ· καὶ Ἠλίας κόρακας ἑστιάτορας ἔσχε· καὶ Ἐλισαῖος ἀγρίοις λαχάνοις τοὺς θιασώτας διέθρεψε· καὶ τί με δεῖ τὰ παλαιὰ καταλέγειν; Ἰωάννης οὗτος ὁ ἔναγχος ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βαπτίζων, πᾶσάν τε τὴν ἡλικίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ διατελέσας, ἀκρίσι τρέφεται, καὶ μελιττῶν ἀγρίων καρπῷ· οὐδὲν τοίνυν ἀπεικὸς, καὶ ἡμᾶς ἀπὸ Θεοῦ ξένῃ ἑστιαθῆναι τροφῇ, καὶ ἄρτου μὴ δεηθῆναι.

Τούτων ἀκούσας ὁ διάβολος ἤλγησε μὲν ὡς ἡττηθεὶς, οὐκ ἀπηγόρευσε δὲ τὴν νίκην, ἀκούσας ὡς ἄνθρωπος εἴη· διὸ δευτέραν αὐτῷ καὶ τρίτην αὖθις πεῖραν προσάγει, πῆ μὲν λέγων, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν ἄνωθεν κάτω· πῆ δὲ τὰς βασιλείας τῆς οἰκουμένης ὑποδεικνὺς, καὶ ταύτας ἀντιδώσειν ὑπισχνούμενος, εἰ πρότερον παρ' αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν λάβοι· ὡς δὲ πάλιν αὐτὸν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀνέμνησε, γέγραπται λέγων, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ ἐδίδαξεν ὅτι οὐκ ἀνέξεται ἑτέρῳ τινὶ τὸ θεῖον γέρας προσενεγκεῖν, καὶ ἑτέρων δὲ ὑπομέμνησε ῥημάτων τοῦ Θεοῦ καὶ διδαγμάτων διαγορευόντων μὴ πειράζειν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ὁ μὲν ἀπέδρα τῆς ἥττης τὴν αἰσχύνην οὐ φέρων, καὶ δειλιῶν, καὶ τρέμων, καὶ τῆς τυραννίδος ἐκβληθήσεσθαι προσδοκῶν· πάντα γὰρ αὐτοῦ κενώσας τὰ βέλη, καὶ πάσας αὐτοῦ τῆς ἀπάτης τὰς πάλας προσενεγκὼν, ἄτρωτον εὗρε, καὶ ἀήττητον τὸν ἀθλητήν· καὶ ὡς τῷ Ἀδὰμ προσελθὼν, οὐχ' εὗρεν ὃν προσεδόκησεν· ἄγγελοι δὲ τῷ νικητῇ προσιόντες οἱ πόῤῥωθεν ἑώρων τὴν πάλην, καθάπερ τινὲς ἐρασταὶ διηκόνουν, ἐχόρευον, εὐφήμουν τὸν ἀθλητὴν, ἐστεφάνουν, ἀνεκήρυττον, ἔχαι-

non ex solo pane vivit homo, sed ex omni verbo quod procedit de ore Dei. Possum, inquit, sine pane nutriri. Neque enim panibus tantum vita hominum sustentatur, sed Dei verbum sufficit universae hominum alendae naturae. Sic israheliticus pastus fuit populus, quadraginta annis manna colligens, et avium venatu fruens quae Dei voluntate irretiabantur. Item Elias corvos altores habuit; Elisaeus autem agresti olere sodales suos nutrivit. Sed cur vetera enumero? Iohannes qui nuper apud Iordanem baptizabat, omnemque aetatem in deserto transegit, locustis alitur et apum silvestrium fructu. Haud ergo incredibile est, nos quoque insolito a Deo cibo nutriri, et pane non indigere.

Haec audiens diabolus, victum quidem se doluit; sed tamen eum intelligens hominem esse, de victoria non desperavit. Propterea secundam illi tertiamque admovet tentationem; modo dicens: si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Modo regna mundi ostendens, eaque se daturum promittens, si se prius adorasset. Sed ubi Christus illi prisca dicta in mentem revocavit, scriptum est, inquiens, dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies; admonuitque, numquam se commissurum ut cuivis alii divinum obsequium offerret; atque alia insuper Dei effata ac praecepta commemoravit, quae universalem Deum tentare vetabant; ille quidem fugiebat, ignominiam cladis non ferens, timens tremensque, et se tyrannide depulsum iri expectans. Nam quum tela omnia insumpsisset, cunctasque fraudis luctas ipsi admovisset, invulnerabilem invictumque athletam esse cognovit. Etenim quum eum Adami instar fuisset adgressus, non qualem expectabat, comperit. Porro angeli ad victorem accedentes, qui eminus antea luctam spectaverant, ceu quidam amatores iam ministrabant, choream agebant, athletam magnificabant, coronabant, praedica-

bant, gratulabantur conservorum hominum libertati, adversarii cladem spectantes gaudebant.

XV. *Nisi Christus mentem quoque adsumpsisset, nihil nostrùm interesset victoria de diabolo. Contra Apollinarem.*

Haec stultum Apollinaris deliramentum refutant, qui mentis loco Deum Verbum in adsumpta carne inhabitavisse dicit. Nam si forte humanam mentem adsumpta natura non habuisset, Deus utique solus cum diabolo decertasset, Deus victoriam retulisset; Deo autem victore, ego nihil de victoria profecissem, quia ad eam nil contulissem. Sed et omni ob eam gaudio carerem, quia alieno tantum trophaeo gloriarer. Diabolus vero laetaretur, gloriaretur, superbiret, seque iactaret, ceu cum Deo proeliatus, et a Deo victus. Magnum quid enim ipsi esset a Deo vinci. Nam si Deus Verbum, mentis loco, in suscepto corpore fuisset, probabilibus fortasse excusationibus usus esset diabolus; etenim haud absurde dixisset: ego, domine et rerum omnium auctor, haud contra te pugnam suscepi: novi enim dignitatem tuam, scio potentiam, agnusco dominatum, meum confiteor famulitium, quamquam apostata factus sum. Cedo autem de victoria ipsis angelis cunctisque caelestibus coetibus, quorum infelix ego pars olim fui. Sed proelium contra hunc suscepi, quem de limo formatum ad imaginem tuam condidisti, rationis usu exornasti, et paradisi civem constituisti, terraeque et maris dominum exhibuisti. Hunc ego ad hanc usque diem vincens et vulnerans et morti addicens persto. Huic in stadium adducto, et mecum luctari coacto, velim ipse spectator adsis et certaminum praeses. Quod si magistri quoque vis fungi vice, doce eum luctari, demonstra illi victoriae artificia, instrue ut

ρον ἐπὶ τῇ τῶν ὁμοδούλων ἀνθρώπων ἐλευθερίᾳ, ἐγάννυτο τῶν ἀντιπάλων τὴν ἧτταν ὁρῶντες.

ιε'. Ὅτι εἰ νοῦν οὐκ ἀνέλαβεν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ἡ κατὰ τοῦ διαβόλου νίκη. Κατὰ τοῦ Ἀπολιναρίου (1).

δείκνυται· καὶ ὅτι κἂν ἄνθρωπος ὀνομάζη-
ται, οὐ δίχα τῆς θεότητος ὀφείλει καθ'
ἑαυτὸν ἄνθρωπος ὀνομάζεσθαι· τίς γὰρ τολ-
μήσει λέγειν ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα ἐνεργή-
σειν τὰ προειρημένα; λέγω δὴ τὴν ἐξ οὐρα-
νοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ, καὶ
τὴν περὶ πάντων δικαίαν κρίσιν· τοῦ ἱεροψάλ-
* Ps LXIV. 2. του μάλιστα Δαβὶδ ᾄδοντος * “ σοὶ πρέπει
ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσε-
ται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ· εἰσάκουσον προσ-
* v. 3. ευχῆς· “ πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. * „ Τί
γὰρ ἕτερον ἐστὶν τοῦτο, ἀλλ' ἢ ὅπερ τὸν υἱὸν τοῦ
* Matth. XXV. 31. ἀνθρώπου ποιήσειν μεμαθήκαμεν *; “ τότε
γὰρ, φησὶν, καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐ-
* v. 32. τοῦ *, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ
πάντα τὰ ἔθνη. „ Ὁρᾷς ὅπως τοῦ Δαβὶδ ὡς
πρὸς θεὸν λέγοντος, πρός σε πᾶσα σὰρξ
ἥξει, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο πληροῦ-
σθαι μέλλον ἀποδέδεικται; θεὸς οὖν ἐστὶν
ἄρα ἐνανθρωπήσας ὁ ἐκ Μαρίας τεχθεὶς,
τῶν θείων ἡμῖν γραφῶν τοῦτο διὰ πολλῶν
ἀποδείξεων ἐναργῶς ἐμφαινουσῶν· θεοτόκος
δὲ πάντως καὶ αὐτὴ ἡ καλλιπάρθενος, κἂν
οὗτοι μὴ βούλωνται· εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἦν
ὁ ἐξ αὐτῆς προελθὼν Ἰησοῦς Χριστὸς, πῶς
ὁ Παῦλος Γαλάταις ἐπιστέλλων ἔγραφε,
* Gal. I. 1. “ Παῦλος ἀπόστολος *, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων,
οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ; „
δῆλον ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ θεὸς
ἐνηνθρωπηκὼς ἐστίν· μὴ τοίνυν σκανδαλι-
ζέσθωσαν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις φωναῖς οἱ ἀπαί-
δευτοι, ἀλλὰ διδασκέσθωσαν τοῦ θείου μυ-
στηρίου τὴν οἰκονομίαν, καὶ προσκυνείτωσαν

gloriae suae, iustam de omnibus sententiam ferens. Et, « nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis. »

18. Audin manifeste Deum Verbum hominis appellatione, propter suam cum carne adunationem, nominatum? Nam quis alius de caelo descendisse putandus est? Noli itaque diutius scandalum pati, cum is ait: « nunc me quaeritis occidere, hominem qui veritatem vobis dixi: » sed incarnationis mysterium reputans, pie dictum admitte. Namque his verbis, unionis potissimum dispensatio monstratur: et quod, etiamsi homo appelletur, non tamen absque divinitate seorsum per se homo nuncupatur. Quis enim ausit dicere hominem, qui qualia supradicta sunt effecturus sit? Futurum videlicet de caelo adventum eius, iustumque de omnibus faciendum iudicium. Cum praesertim sacer psalmista David canat: « te decet hymnus, Deus, in Sione; et tibi offeretur oratio in Hierusalem. » Audi orationem: « ad te omnis caro veniet. » Quid enim hoc aliud est, quam quod filium hominis facturum esse didicimus? « Tunc enim, inquit, sedebit in throno gloriae suae, et congregabuntur coram ipso omnes gentes. » Vides, quomodo quum David Deo dixerit: « ad te omnis caro veniet » rem hanc in filio hominis exitum habituram demonstratum sit? Deus est igitur humanatus quem Maria peperit, divinis nobis scripturis rem hanc argumentorum multitudine evidenter ostendentibus. Deipara autem omnino est ipsa quoque egregia Virgo, quantumvis isti nolint. Nam si homo fuisset qui ex ipsa prodiit Iesus Christus, quomodo Paulus in epistola ad Galatas scripsisset: « Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum? » Plane patet non esse hominem tantummodo, sed Deum humanatum. Ne ergo his vocibus scandalizentur indocti, sed divini mysterii dispensationem discant, adorentque deinceps Christum et ipsi cum an-

gelis. « Quum enim, inquit, introducet primogenitum in mundum, dicit: et adorent eum angeli Dei. Et in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum: et omnis lingua confiteatur, dominum Iesum Christum in gloria esse Dei patris. » Meminerint, Christum Iesum communi consensu dominum dictum, neque conturbentur, cum eum hominem secundum dispensationem vocatum audiunt.

19. Sic et aliae locutiones intelligendae sunt pro rei natae usu et dispensatione dictae, veluti etiam Petri illud apostoli effatum est. « Iesum enim nazarenum virum adprobatum a Deo inter vos » ait Iudaeos alloquens Petrus. Oportet enim ab eo, qui divinis litteris utitur, et personas spectari, et tempus, et quam ob causam quodvis dicatur, reputari. Sic enim singulis dictis convenientem accommodare sensum quispiam cum Spiritus gratia poterit. Quia igitur hanc quoque locutionem illi ad suae irreligiositatis confirmationem obiiciunt, videamus quidnam Petrus iuxta dispensationis regulas significare volens, ita locutus sit. Immo vero ab eo quaeramus ut nos doceat, quaenam eum causa ad id dictum impulerit. Quid ais, o beate? Hominem praedicas Christum, atque ut huic credamus suades, ut creaturam adorare nos doceas? Atqui alius apostolus increpat eos, qui creaturae cultum volunt exhibere. Praeterea quomodo ipse a Christo interrogatus, quemnam existimares esse filium hominis, respondisti: tu es filius Dei viventis? Siquidem ea tunc interrogatio iis qui non satis dispensationis mysterium noverant, fortasse aliquam huiusmodi cogitationem iniicere poterat, nempe ut eum hominem esse existimarent. Quemnam enim, ait, homines dicunt esse filium hominis? Tunc igitur quum audires ipsum esse filium hominis, Dei filium esse respondisti; nunc vero, post tot aliorum visam miraculorum potentiam, postquam beatae eius-

λοιπὸν τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν ἀγγέλων καὶ αὐτοί· « ὅταν γὰρ, φησὶν *, εἰσαγάγῃ τὸν πρωτό- * Hebr. I. 6.
τοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ * * Phil. II. 10.
ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· * καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, * v. 11.
ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός· » μνημονευέτωσαν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον ὁμολογούμενον, καὶ μὴ ταραττέσθωσαν ὅταν ἄνθρωπον διὰ τὴν οἰκονομίαν ἀκούωσιν.

ιθʹ. Οὕτω νοείτωσαν καὶ τὰ διά τινα χρείαν ἢ οἰκονομίαν περὶ αὐτοῦ εἰρημένα· οἷόν ἐστιν καὶ τὸ ὑπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου λεγόμενον· * « Ἰησοῦν γάρ, φησιν, τὸν ναζω- * Act. II. 22.
ραῖον ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς » πρὸς ἰουδαίους διαλεγόμενος ὁ Πέτρος· χρὴ γὰρ τὸν τοῖς θείοις λόγοις ἐντυγχάνοντα, καὶ τὰ πρόσωπα θεωρεῖν, καὶ τὸν χρόνον, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ἕκαστον εἴρηται, λογίζεσθαι· οὕτω γὰρ ἑκάστῳ ῥητῷ τὴν πρέπουσαν ἐφαρμόσαι θεωρίαν τίς τῇ τοῦ πνεύματος δυνήσεται χάριτι· ἐπεὶ οὖν καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν ἐκεῖνοι πρὸς σύστασιν τῆς αὐτῶν δυσσεβείας προβάλλονται, εἴδωμεν τί δήποτε ὁ Πέτρος οἰκονομῆσαι βουλόμενος, οὕτω λελάληκεν· μᾶλλον δὲ αὐτὸν ἐπερωτήσωμεν τὴν αἰτίαν ἀγγεῖλαι ἡμῖν, δι' ἣν οὕτω λέγειν προήχθη· τί φῂς, ὦ μακάριε; ἄνθρωπον κηρύττεις τὸν Χριστὸν, καὶ τούτῳ πιστεύειν ἡμᾶς ἀναπείθεις, ἵνα κτίσματι λατρεύειν διδάξῃς; καὶ μὴν ἕτερος ἀπόστολος μέμφεται τοὺς τῇ κτίσει λατρεύειν ἐθέλοντας· * εἶτα πῶς αὐτὸς ἐρωτηθεὶς παρ' αὐ- * Rom. I. 25.
τοῦ, τίνα ἐνόμιζες εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀπεκρίθης, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος; καίτοι τότε ἡ πεῦσις τοῖς μὴ σφόδρα εἰδόσι τῆς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, τάχα καί τινα τοιαύτην ἔννοιαν ἐμποιεῖν ἠδύνατο, λέγω δὴ τὸ ἄνθρωπον αὐτὸν νομίσαι· τίνα γὰρ, ἔλεγεν, οἱ ἄνθρωποι λέγουσιν
εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου *; καὶ τότε μὲν υἱὸν * Matth XVI. 15.
ἀνθρώπου ἀκούων αὐτὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν εἶναι ἔλεγες; νῦν δὲ μετὰ τὸ ἄλλων πολλῶν σημείων θεάσασθαι δύναμιν, μετὰ τὸ καὶ τῆς μακαρίας αὐτοῦ ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς

οὐρανὸν ἄνοδον ἐν πείρᾳ γενέσθαι, ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι λέγεις;

κ'. Καὶ μή τις οἰέσθω δύνασθαι καὶ τότε ὡς περὶ ἀνθρώπου λέγειν αὐτὸν, τὸ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὡς καὶ τῶν ἁγίων χρηματιζόντων υἱῶν Θεοῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν σὺ υἱὸς Θεοῦ εἶ, ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· ἡ γὰρ τοῦ ἄρθρου προσθήκη (1) δείκνυσι τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν υἱὸν ὁμολογῆσαι τὸν Πέτρον· πρὸς ταῦτα δὲ τοιούτοις μονονουχὶ αὐτὸς ὁ μακάριος Πέτρος ἀπήντησεν ἂν ῥήμασιν· μὴ τοῦτο νομίσητέ με εἰρηκέναι, ὅτι περ ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς εἷς ἐστὶν ὁ Χριστός· οὐ τοῦτο ἐστὶν ὃ φημί· πρᾶγμα δέ τι οἰκονομῶ θαυμαστὸν, καὶ παράδοξον· καὶ ποῖον τοῦτο ἐστί; τῇ καθόδῳ τοῦ πνεύματος περιηχηθεὶς τῶν Ἰουδαίων ὁ δῆμος *, συνέδραμεν πρὸς ἡμᾶς· εὑρὼν οὖν καιρὸν ἁλείας ἀνθρώπων εἶναι τότε, εἶτα φανερῶς αὐτοῖς καὶ ἀπ' εὐθείας οὐ δυνάμενος τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀνακηρύττειν, ἐπείπερ αὐτὸν πρὸ ὀλίγου σταυρώσαντες ἦσαν, καὶ βαρὺ αὐτοῖς διὰ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, κρύπτω τὸ ἄγκιστρον τοῦ λόγου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἰχθύων τῇ τροφῇ, τοῖς ταπεινοτέροις τούτοις ῥήμασι, καὶ τὸν Ἰησοῦν ναζωραῖον ὀνομάζω, καὶ ἐσταυρωμένον, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ οὕτω κεκαλυμμένως εἰσφέρω καὶ τὴν θεολογίαν αὐτοῦ, καὶ ταύτην μετά τινος τέχνης· τῶν γὰρ Δαβὶδ αὐτῶν ὑπομιμνήσκω λόγων, ἐπείπερ τὰ ἐκείνου μᾶλλον ἀνυπόπτως ἐδέχοντο, καὶ δι' ἐκείνων πάλιν τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει τὸ πᾶν ἀνατίθημι, ἵνα οὕτω κατὰ μικρὸν αὐτοὺς καταδέξασθαι ποιήσω τὸ σωτήριον κήρυγμα· οὗ δὴ γενομένου, καὶ εἰς κατάνυξιν ἐλθόντων αὐτῶν, φανερώτερόν πως αὐτὸν λοιπὸν Θεὸν ἐπιδείξω διὰ τοῦ τοῦ βαπτίσματος τούτου εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ προστάξεως, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν αὐτοῖς τούτου χαρίζεσθαι δυναμένου διδάξας.

κα'. Καὶ ὅρα σύνεσιν ἀποστολικήν· « Ἰησοῦν φησὶν τὸν ναζωραῖον, ἄνδρα ἀποδεδειγμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι

* Act. II. 6. seq.

dem resurrectionis et in caelum reditus testis fuisti, hominem ipsum dicis?

20. Nec quisquam existimet, tunc etiam tamquam de homine potuisse de illo dicere, tu es Christus qui es filius Dei viventis, quandoquidem sancti quoque homines filii Dei sunt. Non enim simpliciter dixit, tu es filius Dei; sed tu es, qui filius Dei es. Namque articuli (graeci) adiectio unum demonstrat unicumque verum filium confessione Petri denotari. Huic demum obiectioni ipse beatus Petrus his fere verbis mihi videtur occurrere. Ne me ita locutum putetis, quasi unus de vobis sit homo Christus. Haud id equidem dico, sed rem miram et insperatam prudente sermone revelo. Quaenam vero haec est? Spiritûs descendentis fragore audito, Indaeorum populus ad nos accurrit. Ergo idoneum piscandi homines tempus nactus, neque tamen valens manifesto directoque sermone Christum Deum praedicare, quia illi scilicet paulo ante hunc crucifixerant, molestumque illis huiusmodi negotium acciderat, celo inquit sermonis hamum, sicuti fit obiecta piscibus esca, sub horum verborum humilitate, et Iesum nazarenum nomino atque crucifixum, et quod Deus ipsum e mortuis suscitaverit; atque ita non sine velamine ingero nec sine arte quadam theologicam illius notitiam. Etenim Davidis verba in mentem ipsis revoco, quoniam viri illius potius oracula sine suspicione admittebant; perque ea mox omnia Dei virtuti attribuo, ut sic paulatim Iudaeos faciam salutarem doctrinam recipere: quo facto, iisque ad compunctionem conversis, manifestius deinde Deum ipsum demonstro per huius baptismi in eius nomine conferendi indictionem, docens simul vi huius fieri peccatorum remissionem.

21. Porro animadverte apostolicam prudentiam. « Iesum dicit nazarenum, virum adprobatum a Deo inter vos virtutibus et

(1) Hanc significativam vim habet hoc loco graecus articulus ὁ.

Digitized by Google

prodigiis atque signis, quae per eum fecit Deus in medio vestri. » Et a Deo adprobatum dicit, et Deum haec per illum egisse, ut patre nominato persuaderet illis quo ipsum quoque Iesum atque eius opera admitterent, ceu illo, id est patre, haec agente per filium: quae fecit, ait, per ipsum Deus. Deinde memorata cruce, resurrectionem quoque in medium adducit, et hanc item tamquam a patre effectam; ut resurrectionis causa, crucem quoque ab iis admitti curaret. Deinceps vero clam veluti, ipsius theologicam notitiam insinuat. Nam qunm dixisset, quem Deus suscitavit solutis mortis doloribus, addit: quia impossibile erat hunc ab illa teneri. Ecce haud iam diutius tamquam de homine loquitur. Nam si homo fuisset, prorsus a morte retineri poterat. Sed hoc dicto, confugit statim ad propheticum testimonium, ut iam non ab ipso sed a propheta potius audientes, promptius dicta exciperent. Aitque: « David enim dicit de eo: providebam Dominum coram me semper » et reliqua. Animadverte quanto artificio sermonem de Domino apud eos facit. Deinde testimonio absoluto, rursus illorum cogitationes compescens, quia apertiore theologia de Iesu locutus fuerat, ad patrem denuo transfert sermonem, aitque: « certo igitur sciat universa Israhelis domus, quod et dominum et Christum Deus fecerit hunc quem vos crucifixistis Iesum. » Illis vero postea rogantibus quid factu opus esset; baptizari eos iussit in nomine illius, et peccatorum remissionem per eundem recipere; remissione videlicet peccatorum auctoritatem eis Christi suadens; verbis autem « Deus fecit » illorum contradictionem excludens.

22. Quod autem haud novum dominum nobis pater effecerit, neminem sana mente praeditum negaturum puto. Non enim, ut quidam insipienter dictum hoc de filii divinitate intelligunt, ita locutus est: neque de filii existentia loqui aposto-

καὶ τέρασι καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησεν δι' αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν· „ καὶ ἀπὸ θεοῦ ἀποδεδειγμένον λέγει, καὶ τὸν θεὸν ταῦτα δι' αὐτοῦ ἐνεργήσαντα, ἵνα τῇ τοῦ πατρὸς προσηγορίᾳ πείσῃ αὐτοὺς, καὶ αὐτὸν τὸν Ἰησοῦν καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ καταδέξασθαι, ὡς ἐκείνου δι' αὐτοῦ ταῦτα ποιοῦντος, λέγω δὴ τοῦ πατρός· οἷς ἐποίησεν γάρ, φησιν, δι' αὐτοῦ ὁ θεός· εἶτα τοῦ σταυροῦ μνημονεύσας, καὶ τὴν ἀνάστασιν εἰσφέρει, καὶ ταύτην ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς πάλιν γεγενημένην, ἵνα διὰ τούτου πάλιν καὶ αὐτὴν αὐτοὺς καταδέξασθαι ποιήσῃ· καὶ λοιπὸν ὥσπερ κεκαλυμμένως αὐτοῖς καὶ τὴν θεολογίαν εἰσφέρει· εἰρηκὼς γὰρ, ὃν ὁ θεὸς ἀνέστησεν λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου *, ἐπάγει· καθ' ὅτι οὐκ * Act. II. 24.
ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· οὐκέτι λοιπὸν ὡς περὶ ἀνθρώπου τοῦτο· εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἦν, πάντως ὅτι καὶ κρατεῖσθαι ἠδύνατο ὑπὸ τοῦ θανάτου· ἀλλὰ τοῦτο εἰρηκὼς, καταφεύγει ταχέως ἐπὶ τὴν προφητικὴν μαρτυρίαν, ἵνα μηκέτι ὡς παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ὡς παρὰ τοῦ προφήτου μᾶλλον ἀκούοντες, προθυμότερον δέξωνται τὸ λεγόμενον· καὶ φησίν· * “ Δαβὶδ * v. 25.
γὰρ λέγει εἰς αὐτόν· προορώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντός· „ καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅρα μεθ' ὅσης τέχνης αὐτοῖς τὴν κυριολογίαν εἰσήγαγεν· εἶτα τὴν μαρτυρίαν πληρώσας, πάλιν αὐτῶν ὥσπερ τὸν λογισμὸν καταστέλλων, ἐπειδήπερ φανερώτερον αὐτὸν ἐθεολόγει, ἐπὶ τὴν τοῦ πατρὸς πάλιν κατατρέχει προσηγορίαν, καὶ φησίν· * “ ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶ- * v. 36.
κος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ κύριον καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε· * „ καὶ αἰτησάντων αὐτῶν λοιπὸν ἐκεί- * v. 37.
νων, τί ποιῆσαι ὤφειλον *, βαπτισθῆναι * v. 38.
αὐτοῖς προσέταξεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ τούτου λαμβάνειν· τῇ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσει, τὴν κυριότητα αὐτοὺς ἐννοῆσαι ποιῶν· διὰ δὲ τοῦ λέγειν, ὁ θεὸς ἐποίησεν, τὴν ἐκείνων ἀποκλείων ἐναντιολογίαν.

κβʹ. Ὅτι γὰρ πρόσφατον ἡμῖν κύριον ὁ πατὴρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδένα οἶμαι τῶν εὖ φρονούντων ἀντερεῖν· καὶ γὰρ οὐχ ὥς τινες ἀνοήτως εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ θεότητα τὸ ῥητὸν ἐκλαμβάνουσιν, οὕτως εἴρηκεν· οὐ γὰρ περὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ σκοπὸς ἦν τῷ ἀποστόλῳ

διαλέγεσθαι, ἀλλὰ περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν δόξης· τὸ οὖν κύριον αὐτὸν ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ κυριότητα καὶ Χριστοῦ δόξαν αὐτῷ δέδωκεν· οὐχ᾽ ὅτι δόξαν ἐπίκτητον ἔλαβεν ὁ υἱὸς, ἀλλ᾽ ἐκείνοις διὰ τὴν προειρημένην οἰκονομίαν οὕτως διαλεγόμενος, ὅτι οὕτω πιστεύειν εἰς αὐτὸν ὀφείλετε, ὡς Χριστῷ καὶ κυρίῳ προσιόντες· ὅτι γὰρ οὐκ ἄνθρωπος καθ᾽ ἡμᾶς γεγεννημένος χωρὶς τῆς τοῦ λόγου ἑνώσεως Ἰησοῦς ὁ ναζωραῖος, ὁ τὸ ἴδιον ὑπὲρ ἡμῶν αἷμα ἐκχεῖσθαι καταδεξάμενος, ἄκουε σαφῶς τοῦ ἀποστόλου Παύλου τοῖς Ἐφεσίων διδασκάλοις τοῦτο φανερῶς καθιστῶντος·* (* Act. XX. 28.) " προσέχετε γὰρ, φησι, ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους, ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου· " ἀκούεις Θεὸν φανερῶς ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου τὸν ἐσταυρωμένον κηρυττόμενον; ποιμαίνειν γάρ φησιν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου· οὐχ᾽ ὅτι τῇ φύσει τῆς Θεότητος ἔπασχεν, ἀλλ᾽ ὅτι τὰ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάθη εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται, διὰ τὸ μὴ ἀνθρώπου τινὸς εἶναι ταύτην, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου ἰδίαν σάρκα· εἰ τοίνυν Θεοῦ αἷμα τὸ αἷμα λέγεται, δῆλον ὡς Θεὸς ἦν σάρκα περικείμενος.

κγ΄. Εἰ δὲ ἐπιμένοιεν λέγοντες, ποῦ τῆς γραφῆς Θεοτόκος ἡ παρθένος ὠνόμασται; ἀκουέτωσαν σαφῶς τοῦτο τοῦ ἀγγέλου τοῖς ποιμέσιν εὐαγγελιζομένου, καὶ λέγοντος* (* Luc. II. 11.). " ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστιν Χριστὸς κύριος· " οὐ λέγει δὲ ὃς ἔσται κύριος, ἢ ἐν ᾧ ὁ κύριος ἐνοικήσειν μέλλει, ἀλλ᾽ ὅς ἐστιν κύριος· ἰδοὺ τοίνυν κύριον φανερῶς τὸν τεχθέντα ὁ ἄγγελος εὐαγγελίζεται· εἶτα καὶ σημεῖον ὥσπερ αὐτοῖς τῆς τοῦ κυρίου θέας παρεχόμενος " εὑρήσετε, φησὶν* (* v. 12.), βρέφος ἐσπαργανωμένον, καὶ κείμενον ἐν φάτνῃ. " Παραπλήσιά τε τῷ ἀγγέλῳ καὶ ὁ Πέτρος κηρύττων, ὅτε πρὸς τὸν Κορνήλιον εἰσῆλθεν ἔλεγεν·* (* Act. X. 36.) " τὸν λόγον ἀπέστειλεν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὗτός ἐστι κύριος πάντων. " Ὁρᾷς πῶς τὸν λόγον, ἀντὶ τοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπεστάλθαι φησί; καὶ δεικνὺς

lus sibi proposuit, sed de eius post resurrectionem gloria. Ergo verba « dominum eum fecit » dicuntur pro « dominatum et Christi gloriam ipsi attribuit: » non quod adquisitam gloriam filius acceperit, sed Iudaeis secundum praedictam dispensationem ita loquitur, quia sic credere ei deberent, ut Christi ac domini iam facti adseclae. Quod enim non homo more nostro genitus, sine Verbi unione, Iesus nazarenus sit, qui pro nobis sanguinem suum fundere non recusavit, audi manifeste apostolum Paulum coram Ephesiorum magistris palam adfirmantem: « attendite, inquit, vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. » Audin Deum manifeste ab apostolo crucifixum praedicari? Regere enim mandat ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Non quod in natura deitatis sit passus, sed quia carnis passiones ad ipsum referuntur, propterea quod non hominis cuiusdam haec sit caro, sed ipsius Verbi propria. Si ergo sanguis Dei, dicitur sanguis, Deum illum fuisse, qui sibi carnem induit, exploratum est.

23. Iam si dicere pergant, quonam scripturae loco Virgo appelletur deipara; audiant hoc perspicue nuncientem pastoribus angelum, dicentemque: « quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus dominus. » Non dicit qui erit Dominus, vel in quo Dominus habitaturus sit, sed qui est Dominus. En igitur Dominum manifeste eum, qui natus erat, angelus nunciat. Deinde tamquam signum spectandi mox Domini ipsis exhibens « invenietis, inquit, infantulum fasciis involutum et in praesepi positum. » Paria angeli Petrus quoque praedicans, cum ad Cornelium accessit, aiebat: « verbum misit filiis Israhelis, pacem nuncians per Christum Iesum. Hic est omnium dominus. » Cernis quomodo verbum, pro salutari praedicatione, per Iesum Christum missum fuisse dicit?

Digitized by Google

Demonstransque illis, quisnam esse Iesus Christus « hic est, ait, omnium dominus. » Viden infantulum tum ab angelo tum a Petro dominum *dici*? Ergo deipara omnino est quae dominum peperit. Sic ipsam etiam beati Baptistae mater, Spiritu sancto permota, appellavit. « Repleta est enim, inquit scriptura, Elisabet Spiritu sancto, et exclamavit: benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui! Et unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me? » Quis iam adeo insaniat, ut nolit cum evangeliis deiparam appellare sanctam Virginem? Ne ergo simpliciorum auribus sint molesti, dum puerum et infantulum vocitant, ne forte paulatim universum quoque eius adventum pernegent. Nominatus est enim infantulus ab angelo, sed simul dominus.

24. Neque hoc loco rursus obmurmurent, passionem obiicientes et resurrectionem, et quod Deus illum suscitaverit; iam enim in praecedentibus demonstrata fuit dispensationis ratio. Attamen si forte velint evidentius adhuc discere, quis esset ille crucifixus, audiant mundi doctorem, id Corinthiis scribentem: « ego enim, inquit, accepi a Domino, et vobis tradidi, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem » et reliqua. Cernis eum qui pro nobis passus est, dominum palam praedicatum? Quod si verba « Deus ipsum e mortuis suscitavit » offendiculo hominibus sunt, utpote de homine dicta, ipsum adhuc audiant apostolum hanc quoque suspicionem perimentem. Secundum enim dispensationis rationem haec in sanctis dicta sunt scripturis. Nam quod dominus esset, is qui in carne passus est et resurrexit, et non, ut isti aiunt, homo habens Verbum inhabitans, audiant Paulum Romanis ita de Abrahamo confidenter scribentem: « non eius causa tantummodo scripta sunt haec, sed etiam propter nos, quibus reputabuntur credentibus in eum, qui Iesum dominum nostrum e mortuis susci-

αὐτοῖς τίς εἴη Ἰησοῦς Χριστὸς " οὗτός ἐστιν, ἔφη, πάντων κύριος· " ὁρᾷς τὸ βρέφος, κύριον ὂν ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, καὶ ὑπὸ τοῦ Πέτρου *; οὐκοῦν θεοτόκος ἀναμφιβόλως ἡ τὸν κύριον γεννήσασα. Οὕτως αὐτὴν καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Βαπτιστοῦ μήτηρ ὑπὸ πνεύματος ἁγίου κινουμένη προσηγόρευσεν· * " ἐπλήσθη γάρ, φησιν *, ἡ Ἐλισάβετ πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀνεβόησεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· * καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ κυρίου μου ἔλθῃ πρός με; " Τίς ἐπὶ τοσοῦτον μέμηνεν, ὡς μὴ βούλεσθαι μετὰ τῶν εὐαγγελίων θεοτόκον ἀποκαλεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον; μὴ τοίνυν τῶν ἀκεραιοτέρων τὰς ἀκοὰς θορυβείτωσαν, παιδίον καὶ βρέφος ὀνομάζοντες, ἵνα μὴ κατ' ὀλίγον καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν ἀρνήσωνται· ὠνόμασται γὰρ βρέφος ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, ἀλλ' ἅμα καὶ κύριος.

κδ'. Μηδ' ἐν τούτῳ δὲ πάλιν ψιθυριζέτωσαν τὸ πάθος προβαλλόμενοι, καὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὅτι θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν· ἤδη μὲν γὰρ καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἀποδέδεικται τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος. Πλὴν εἰ καὶ φανερώτερον μανθάνειν βούλονται, τίς ὁ ἐσταυρωμένος ὑπῆρχεν, ἀκουέτωσαν τοῦ τῆς οἰκουμένης διδασκάλου, τοῦτο Κορινθίοις ἐπιστέλλοντος· * " ἐγὼ γάρ, φησι, παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου, καὶ παρέδωκα ὑμῖν, ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς τῇ νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον " καὶ τὰ ἑξῆς· θεωρεῖς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν παθέντα, κύριον φανερῶς κηρυττόμενον; εἰ δὲ καὶ τὸ *, ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σκανδαλίζει τοὺς ἀνθρώπους, ὡς περὶ ἀνθρώπου λεγόμενον, αὐτοῦ πάλιν τοῦ ἀποστόλου καὶ ταύτην ἀκουέτωσαν ἀναιροῦντος τὴν ὑπόνοιαν· οἰκονομικῶς γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐν ταῖς ἁγίαις εἴρηται γραφαῖς· ὅτι γὰρ κύριος ἦν ὁ τῇ σαρκὶ καὶ πάσχων καὶ ἀνιστάμενος, καὶ οὐχ' ὡς αὐτοί φασιν ἄνθρωπος ἐνοίκησιν ἔχων τοῦ λόγου, ἀκουέτωσαν τοῦ Παύλου Ῥωμαίοις οὕτω παῤῥησίᾳ γράφοντος περὶ τοῦ Ἀβραάμ· " * οὐκ ἐγράφη δι' αὐτὸν μόνον *, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν

* Ita uterque codex sine verbo
* Luc. I. 41.
* v. 42.
* v. 43.
* I. Cor. XI 23
* Act. II. 24
* Rom. IV. 23.
* v. 24.

κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν. „ Ἤκουσας τὸν ἐγηγερμένον, κύριον προσαγορευόμενον; μηκέτι σκανδαλίζου ἐπὶ τοῖς οἰκονομικῶς λεγομένοις.

κε'. Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς εἰρημένοις προσθεῖναι ἀναγκαῖον ὑπάρχει, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ χάριτι καὶ αὐτὸν, καθάπερ ἡμᾶς, θεὸν καὶ κύριον καὶ υἱὸν προσαγορευόμενον· ἡμεῖς μὲν γὰρ εἰ καὶ καλούμεθα θεοὶ, ἀλλὰ πάλιν ἀκούομεν καὶ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν τὸ μέτρον· * Ps. LXXXI. 6. * " ἐγὼ γὰρ εἶπα, φησὶ, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου· „ ἀλλ' εὐθέως ἐπάγει· * v. 7. * " ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε· „ καὶ δῆλον ὡς τὴν προσηγορίαν κατὰ χάριν ἐσχήκαμεν· αὐτὸς δὲ οὐχ' οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τῆς θεοπρεποῦς δόξης, καὶ τὴν προσηγορίαν ἔχει· καλεῖται γὰρ οὐχ' ἁπλῶς θεὸς, ἀλλὰ θεὸς ἐπὶ πάντων, * Rom. IX. 5. καὶ εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· * καλεῖται δὲ πάλιν καὶ κύριος οὐκ ὀνόματι μόνον, ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ κύριος τῆς δόξης, καὶ κύριος πάντων, ὡς ὁ Πέτρος ἐδίδαξεν· * Act. X. 36. * λεγόμενος δὲ καὶ υἱὸς, οὐδὲ τοῦτο καθάπερ ἡμεῖς ἁπλῶς υἱὸς, ἀλλὰ υἱὸς μόνος, καὶ ἀληθινὸς κατ' οὐσίαν, ὡς φησὶν Ἰωάννης· * 1. Ioh. V. 20. * " καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ θεῷ, καὶ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ζωὴ αἰώνιος. „ Φανερώτερον δὲ τοῦτον ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἀπὸ τῶν πολλῶν διορίζει ὡς μόνον καὶ κατ' ἀλήθειαν υἱόν· λέγει γὰρ οὕτως· * 1. Cor. VIII. 5. * " καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶν λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ εἰσὶν θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ λεγόμενοι „ πάλιν ἵνα * νοῇς " * ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα· „ ὁρᾷς ὡς οὐ μετὰ πάντων αὐτὸς κύριος ἢ θεὸς ὀνομάζεται, ἀλλὰ μόνος τῷ πατρὶ συνδοξάζεται, ὡς ἐξ αὐτοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων:

* Ita codex uterque. * v. 6.

κς'. Καιρὸς δὲ λοιπὸν, καὶ τὴν ἑτέραν τοῦ ἀποστόλου μαρτυρίαν εἰς μέσον παραγαγεῖν, τοῦτον τὸν ἀληθεινὸν θεὸν * υἱὸν δεικνῦσαν * ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐκ τῆς καλλιπαρθένου τεχθέντα· ἔχει δὲ οὕτως· * Gal. IV. 4. * " ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός· „ μηδεὶς δὲ τοῦτο λέγειν ἐρυθριάτω· οὐδεμίαν γὰρ

* Θεὸν abest ab uno e codicibus. * cod. uterque δεικνύς.

tavit. » Audisti eum qui suscitatus fuit, dominum appellatum? Ne ergo quae secundum dispensationem sunt dicta, scandalo tibi sint.

25. Sed et aliud praedictis necessario adiiciendum est, ne quis suspicetur, ipsum gratiose, sicut nobis usuvenit, et Deum fuisse appellatum et dominum atque filium. Nos quippe etiamsi dii appellemur, nihilo tamen minus infirmitatis simul nostrae modulum sentimus. « Ego enim dixi, inquit psalmista, dii estis et Altissimi filii. » Sed protinus addit: « vos autem ut homines mortem patimini. » Certe constat hac nos appellatione nonnisi per gratiam frui. Non sic ipse, sed cum digna Deo gloria, nomen quoque gerit. Vocatur non simpliciter Deus, sed super omnia Deus, et benedictus in saecula. Vocatur item dominus, non nomine tenus, ut nos, sed gloriae dominus, dominusque omnium, ut Petrus docuit. Dicitur etiam filius; at ne hoc quidem ut nos simpliciter, sed unicus filius, et substantialiter verus, ut ait Iohannes: « et sumus in vero Deo, et in filio eius. Hic verus Deus est, et vita aeterna. » Manifestius autem hunc apostolus Paulus a multis discernit, utpote solum et vere filium. Ait enim sic: « nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in caelo, sive super terram, siculi revera sunt dii multi, et multi qui dicuntur domini; » subdit ut intelligas: « nobis tamen unus Deus pater ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus per quem omnia. » Cernis, quod non cum omnibus ipse dominus vel Deus nominatur, sed unus cum patre glorificatur, tamquam ex ipso naturaliter existens?

26. Superest, ut aliud apostoli testimonium in medium proferamus, quod hunc verum Deum filium ostendit esse hominem, quem egregia peperit Virgo. Ita vero se habet: « cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. » Neminem porro hoc dicere pudeat; nulla enim hinc iniuria Verbo fit, benignitas vero

Digitized by Google

potius patescit, et gloria infinita atque immensurabilis. Nam quod nihil inde Verbum detrimenti capiat, quum sit intangibile suapte natura, impassibile, et incircumscriptum, sed ineffabili sua erga homines bonitate id effecerit, audi rursus Paulum hoc docentem. « Iesus Christus, inquit, heri et hodie, idem et in saecula. » Cum dicit « heri » sempiternam eius dicit gloriam. « Hodie » vero praesens tempus significat. Et quia numquam mutatus est, idemque mansit etiam caro factus, eritque in aeternum, addidit « idem et in saecula. » Quae quum ita sint, magna oppido benignitate caritatem erga nos suam demonstravit, seque communicavit naturae nostrae, ut eam relevaret, atque a diaboli servitute subduceret. Neminem ergo pudeat, cum puerum dici audit et infantulum, et quicquid aliud humanitus de illo scriptum est. Cuncta enim haud sui sed nostri causa sustinuit; quod humanam naturam decet, ubique conservans, ne forte phantasiae instar divina dispensatio existimaretur.

27. Igitur quum audieris susceptum eum a beato Iosepho in Aegyptum fugisse, ne quaeso ignominiam id esse putes, sed potius cogita dispensationem. Hoc enim non tunc tantummodo de eo scriptum est, sed etiam cum trigesimo aetatis anno praedicare coepit et docere, ac miraculorum virtutes patrare, iterum haec de eo scripta comperimus. « Audiens enim, inquit, Iohannem fuisse traditum, secessit in Galilaeam. » Et alia huiusmodi deprehendere est. Verum haec haud metu, neque tunc neque postea fecit, sed quia tempus idoneum expectabat salutari passioni. Oportebat enim primo inclarescere praedicationem, et omnia quae decreverat fieri; ac tum demum ad salutarem passionem venire; quod et reapse accidit. Quod autem non consternatione animi aut pavore ita se gesserit, constat ex his quae fecit, cum tradi se noluit: nam Iudaeis dare eum praecipitem tunc volentibus, « ipse, inquit evan-

ὕβριν τοῦτο τῷ λόγῳ φέρει, φιλανθρωπίαν δὲ μᾶλλον, καὶ δόξαν διὰ τοῦτο ἄπειρον καὶ ἀμέτρητον. Ὅτι γὰρ οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ λόγος ἐβλάπτετο, ἄψαυστος ὑπάρχων τὴν φύσιν καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀπερίγραφος, ἀῤῥήτῳ δὲ φιλανθρωπίᾳ τὸ πρᾶγμα διήνυσεν, ἄκουε πάλιν αὐτοῦ τοῦ Παύλου τοῦτο διδάσκοντος· * « Ἰησοῦς Χριστὸς, φησὶν, χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· » τὸ γὰρ χθὲς λέγων, τὴν προαιώνιον αὐτοῦ σημαίνει δόξαν· τὸ δὲ σήμερον, ἐνεστῶτος καιροῦ ποιεῖται σημαντικόν· καὶ ὅτι οὐκ ἐτράπη, ἀλλ' ὅτι ὁ αὐτὸς ἔμεινεν καὶ ἐν σαρκὶ γενόμενος, καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας, ἐπήγαγεν ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ὅτι τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχει, φιλανθρωπίᾳ μεγάλῃ τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην ἐνεδείξατο, καὶ κεκοινώνηκεν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἵνα ἀναστήσῃ αὐτὴν, καὶ τῆς ὑπὸ τὸν διάβολον ἀπαλλάξῃ δουλείας· μηδεὶς οὖν αἰσχυνέσθω παιδίον ἀκούων, καὶ βρέφος, καὶ ὅσα ἀνθρωπινώτερον περὶ αὐτοῦ γέγραπται· ὑπέμεινεν γὰρ πάντα οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, πανταχοῦ τὸ πρέπον φυλάττων τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει, ἵνα μὴ φαντασία ἡ οἰκονομία νομίζηται.

κζ'. Οὐκοῦν κἂν ἀκούσῃς ὅτι παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ μακάριος Ἰωσὴφ, καὶ φεύγει εἰς Αἴγυπτον, μὴ αἰσχύνην αὐτὸ νόμιζε, τὴν δὲ οἰκονομίαν ἐννόει· καὶ γὰρ οὐ τότε μόνον τοῦτο περὶ αὐτοῦ γέγραπται, ἀλλὰ καὶ ὅτε εἰς τὸν λ' ἐνιαυτὸν ἐλθὼν ἤρξατο κηρύττειν καὶ διδάσκειν, καὶ τῶν θαυμασίων ἐπετέλει τὴν δύναμιν, πάλιν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα εὑρίσκομεν· * « ἀκούσας γάρ, φησιν, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν· » καὶ ἕτερα δὲ τοιαῦτα ἐστὶν εὑρεῖν· ἀλλ' οὐ φόβῳ τοῦτο ἐποίει οὐδὲ τότε οὐδὲ νῦν, ἀλλὰ τὸν πρέποντα καιρὸν ἀναμένων τοῦ σωτηρίου πάθους· ἔδει γὰρ πρῶτον διαλάμψαι τὸ κήρυγμα, καὶ πάντα ἐπιτελέσαι ὅσα ἐβούλετο, καὶ τότε καὶ ἐπὶ τὸ σωτήριον πάθος ἐλθεῖν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ὅτι δὲ οὐ φόβῳ καὶ δειλίᾳ τοῦτο ἐγίνετο, δῆλον ἀφ' ὧν πεποίηκεν ὅτε παραδοθῆναι οὐκ ἐβούλετο· καὶ γὰρ τῶν Ἰουδαίων αὐτὸν τότε κατακρημνίσαι θελησάντων * « αὐτὸς, φησὶν, διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο· » καὶ ἄλλοτε δὲ πιά-

* Hebr. XIII. 8.

* Matth. IV. 12.

* Luc. IV. 30.

σαι αὐτὸν θελόντων * « οὐδεὶς, φησὶν, ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ· » πλὴν ἀλλὰ καὶ ἀχείρωτος εἶναι δυνάμενος ὡς Θεὸς, πάλιν διὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπανεχώρει, ἵνα φαίνηται κατὰ ἀλήθειαν γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ δὲ λέγοι τίς, διὰ τί μὴ καὶ τότε ὅτε παιδίον ἦν, δι' ἑαυτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξέκλεινεν, ἀλλ' ἀγγέλου χρηματίζοντος; μανθανέτω, ὡς καὶ τότε αὐτοῦ ἦν τὸ ἔργον· ἀλλ' ἵνα μὴ τῆς οἰκονομίας τοσοῦτον παραλύσῃ τὸν λόγον διὰ τὴν ἡλικίαν, διὰ τοῦτο δι' ἀγγέλου τὸ πρᾶγμα πεποίηκεν.

(* Ioh. VII. 30.)

κη'. Ὅτι δὲ τὰ πρέποντα σώζειν βουλόμενος, πάντα οἰκονομικῶς ἐποίει, καὶ συνεχώρει τῇ σαρκὶ δεικνύειν τὰ αὐτῇ ἀκόλουθα, πληροφορήσει σε πάλιν αὐτός· ὅτε γὰρ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς αὐτῷ ἔλεγεν* « ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι *, ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτόν· ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· » ὁρᾷς ὅτι καὶ τὸ βάπτισμα, καὶ πάντα τὰ πρέποντα οἰκονομικῶς κατεδέχετο; ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς παιδίον καὶ βρέφος καὶ ὅσα ἀνθρωπινώτερον περὶ αὐτοῦ γέγραπται, καθὼς προείρηται, μηδέποτε δίχα τῆς θεότητος αὐτὸν ὄντα ὑπολάμβανε· καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπος λεγόμενος, δείκνυται θεὸς ὑπάρχων, ὡς πολλάκις ἀποδέδεικται. Ἐπιμαρτυρήσει δὲ πρὸς τοῦτο τοῖς εἰρημένοις καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστὴς οὕτω λέγων περὶ αὐτοῦ· * « ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· κἀγὼ οὐκ ᾔδειν αὐτόν· » πῶς οὖν ἄνδρα λέγων αὐτὸν, πρῶτον ἑαυτοῦ φησὶν αὐτὸν εἶναι; καὶ μὴν κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας χρόνον αὐτὸς πρῶτος ὁ μακάριος Βαπτιστὴς γεγεννημένος εὑρίσκεται· ὅτε γὰρ ὁ Γαβριὴλ τῇ Θεοτόκῳ Μαρίᾳ τὴν ἄχραντον σύλληψιν εὐηγγελίζετο, ἕκτον ἔλεγεν ἤδη μῆνα τὴν Ἐλισάβετ ἔχειν συνειληφυῖαν τὸν Βαπτιστήν· * πῶς οὖν ἄνδρα λέγων, πρῶτον φησὶν αὐτὸν ἑαυτοῦ ὄντα, εἰ μήτι Θεὸν φανερῶς ἐνανθρωπήσαντα αὐτὸν ἠπίστατο; « ὀπίσω μου γάρ, φησιν, ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν· » πῶς δὲ εἰ πρῶτος ἦν ἐμ-

(* Matth. III. 14. * v. 15. * Ioh. I. 27. * Luc. I. 36.)

gelista, transiens per medium illorum ibat. » Alio item tempore quum vellent eum capere; « nemo, inquit, iniecit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. » Sed quum alioqui sit invictus Deus, attamen humanitatis suae causa cedebat, ut vere factus homo videretur. Quod si quis dicat, cur non tum quoque cum infantulus erat, insidias per se ipse declinavit, sed admonente angelo? sciat, tum quoque operam eius intervenisse; sed ne ea res dispensationis rationem pessum daret, habito aetatis respectu, idcirco per angelum rem gessisse.

28. Quod autem humani officii causa, cuncta ad dispensationis normam dirigeret, carnemque pateretur proprietates suas demonstrare, persuadebit tibi rursus ipsemet Christus. Nam quum beatus Baptista ei diceret: ego opus habeo a te baptizari; respondit ei: sine modo; sic enim oportet omnem iustitiam impleri. Videsne, quod et baptismum et cuncta huiusmodi officia prudenti dispensatione receperit? Quoties ergo et puerum et infantulum, et quicquid humano more de eo scriptum est, audis, ut iam diximus, numquam eum absque divinitate fuisse arbitrare. Nam et cum homo dicitur, Deus esse demonstratur, ut saepe a nobis comprobatum fuit. Accedet hactenus dictis testis beatus quoque Baptista sic de illo loquens: « post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat; et ego eum nesciebam. » Quomodo ergo virum eum dicens, priorem se dicit? si quidem dispensationis tempore ipse prior beatus Baptista natus comperitur. Nam quum beatae deiparae Mariae immaculatum conceptum Gabrihel nunciabat, sexto iam mense geri ab Elisabeta Baptistam in utero aiebat. Quomodo ergo postquam eum virum dixerat, priorem se fuisse adfirmabat, nisi Deum manifeste humanatum ipsum scivisset? Post me enim, inquit, venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Quomodo autem, si quidem antea prior erat, posterior factus est? manifestatione

Digitized by Google

videlicet atque apud populum notitia. Nam prius quam ad praedicandum accederet, non admodum multis notus erat. Baptista vero iam tum et praedicabat, et ante eum baptizabat. Deinceps vero cum etiam Dominus coepit praedicare, et miracula edere, ante, id est magis quam Baptista, primatum retulit. Et quod vocabuli « ante » hic sensus sit, audi quid Iohanni dixerint proprii discipuli: magister, ille qui tecum erat in Iordane, cui tu testimonium dedisti, ecce nunc is baptizat, et ad eum cuncti veniunt. Viden qua ratione et virum, et priorem ipsum praedicaverit?

20. Postremo si vetere gravati crapula, adhuc veritati credere hi errones differunt, age iam illud quoque testimonium proferamus in medium, cui contradicere ne ipsi quidem paria his sentientes Iudaei, et simplicem hominem iudicantes, diutius potuerunt. Quod vero hoc est? Ipse aliquando Pharisaeos Dominus interrogavit dicens: « quid vobis videtur de Christo? cuiusnam filius est? Respondentibus illis, Davidis: ait illis: cur ergo David Spiritu instinctus vocat eum dominum, dicens: dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum dominum, quomodo filius eius est? » Nonne aperte vides, quod dominum semet Davidis demonstravit? Quomodo ergo qui de semine Davidis erat, huius dominus esse poterat, et patris in throno consessor, nisi quia Deus erat humana natura circumdatus? Filium enim Davidis ac dominum, eum quem virgo peperit, se ipsum videlicet, demonstravit. Et illi quidem hoc audito testimonio, abierunt, et contradicendo abstiterunt, ut narrat evangelista. « Nemo enim, inquit, poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa hora eum amplius interrogare. »

30. Utinam vero et hi adversarii nostri, quamquam sero, omissa vesania sua rectae religionis doctrinam agnoscant? Nos

προσθεν, ὕστερον ἐγένετο; τῇ φανερώσει, καὶ τῇ γνώσει τῇ πρὸς τὸν λαόν· πρὶν μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ κηρύττειν παρέλθῃ, οὐ σφόδρα ἦν τοῖς πολλοῖς γνώριμος· ὁ δὲ Βαπτιστὴς ἤδη καὶ ἐκήρυττεν, καὶ ἐβάπτιζεν πρὸ αὐτοῦ· ὅτε δὲ λοιπὸν καὶ ὁ κύριος ἤρξατο κηρύττειν, καὶ τὰ θαύματα ἐπιτελεῖν, ἔμπροσθεν τουτέστιν μᾶλλον τοῦ Βαπτιστοῦ τὰ πρωτεῖα ἔφερεν· καὶ ὅτι τοῦτο ἐστὶν τὸ ἔμπροσθεν, ἄκουε τί πρὸς τὸν Ἰωάννην οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἔλεγον· * [Ioh. III. 26.] " ῥαββεὶ, ὃς ἦν μετὰ σοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν· " θεωρεῖς πῶς καὶ ἄνδρα, καὶ πρῶτον αὐτὸν ἐκήρυξεν;

κθʹ. Εἰ τῇ προλαβούσῃ κεκαρωμένοι μέθῃ, ἔτι καὶ νῦν ἀναβάλλονται τῇ ἀληθείᾳ πείθεσθαι οἱ πεπλανημένοι, φέρε κἀκείνην αὐτοῖς τὴν μαρτυρίαν εἰς μέσον ἀγάγωμεν, πρὸς ἣν ἀντειπεῖν οὔτε αὐτοὶ οἱ τὰ αὐτὰ αὐτοῖς ὑπειληφότες Ἰουδαῖοι, καὶ νομίζοντες ἄνθρωπον εἶναι ψιλὸν, οὐκέτι ἠδυνήθησαν· ποία δὲ αὕτη ἐστίν; αὐτός ποτε τῶν φαρισαίους ὁ κύριος ἠρώτησεν λέγων· * [Matth. XXII. 42.] " τί ὑμῖν δοκεῖ περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστί; " τῶν δὲ ἀποκριναμένων, τοῦ Δαβίδ· ἔφη πρὸς αὐτούς· * [v. 43.] " πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι καλεῖ αὐτὸν κύριον, λέγων· * [v. 44.] εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου; [v. 45.] εἰ οὖν Δαβὶδ καλεῖ αὐτὸν κύριον *, πῶς υἱὸς αὐτοῦ ἐστίν; " Ὁρᾷς φανερῶς πῶς κύριον τοῦ Δαβὶδ ἑαυτὸν ἀπέδειξεν; πῶς οὖν ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κύριος αὐτοῦ εἶναι ἠδύνατο, καὶ τοῦ πατρὸς σύνθρονος, εἰ μὴ ὅτι θεὸς ἦν τὰ ἀνθρώπινα περιβαλόμενος; υἱὸν γὰρ Δαβὶδ καὶ κύριον, τὸν ἐκ τῆς παρθένου τεχθέντα, τουτέστιν ἑαυτὸν, ἀπέδειξεν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ ταύτην τὴν μαρτυρίαν ἀκούσαντες ἀπεστράπησαν, καὶ τοῦ ἀντιλέγειν ἐπαύσαντο, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ· * [v. 46.] " οὐδεὶς γάρ, φησιν, ἠδύνατο ἀποκριθῆναι αὐτῷ λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησεν ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι. "

λʹ. Γένοιτο δὲ καὶ τούτους, κἂν ὀψέ, ποτε τῆς ἀνοίας ἀποστάντας ἐπιγνῶναι τῆς εὐσεβείας τὸ κήρυγμα· ἡμεῖς δὲ ταύτης

ἐχώμεθα τῆς πίστεως διὰ παντὸς, ἀγαπητοί· ταύτην καὶ ἐν διανοίᾳ κατέχωμεν, καὶ τῇ γλώττῃ φανερῶς καὶ μετὰ παῤῥησίας κηρύττωμεν, πάντα διὰ ταύτην ὑπομένειν προθύμως ἀνεχόμενοι· αὕτη μὲν γὰρ προφητῶν ἐστὶν πρόῤῥησις, ἀποστόλων δὲ κήρυγμα, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας πρόξενος, αὕτη τῆς αἰωνίου ζωῆς ὁδηγὸς, αὕτη τῶν πατέρων ὁ πλοῦτος, αὕτη καὶ ἡμῶν ὁ ἀληθεινὸς θησαυρὸς, ὑπὲρ οὗ πάντα πωλεῖν καὶ προέσθαι δίκαιον· τοῦτον εἴ τις ἡμῶν ἀποσυλῆσαι θελήσοι, ἀποστρεφώμεθα ὡς χριστομάχον, καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐχθρὸν, πειθόμενοι τῷ παραγγέλλοντι ἀποστόλῳ * " κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. "

* Gal. I, 8.

certe fidei huic adhaereamus constanter, o carissimi. Hanc et mente retineamus, et lingua palam confidenterque praedicemus, nihil huius causa alacriter perpeti recusantes. Haec enim est prophetarum praedictio, apostolorum praedicatio, et regni caelorum donatrix, haec aeternae vitae dux, haec patrum dite patrimonium, haec verus noster thesaurus, cuius causa omnia vendere ac proiicere aequum est. Hoc si quis thesauro spoliare nos voluerit, eum ut Christi adversarium aversemur, et nostrae salutis inimicum: praecipienti obedientes apostolo: « licet nos vel angelus de caelo vobis evangelizaverit, praeter quam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. »

## SCHOLION.

Errorem, quo B. Mariae negatur *deiparae* titulus, mordicus adhuc retinent miseri Chaldaei, quos vulgo Nestorianos dicimus; quamquam ipsi Nestorianorum nomen sibi imponi aegre ferunt, quia putant Nestorium potius ab orientalibus seu Chaldaeis doctrinam suam sumpsisse. Certe Ebediesus chaldaeus, saeculo XIV. sobensis metropolita, in suo de veritate christianae religionis syriaco opere tract. III. cap. IV, controversiam hanc lucide exponit, ut legere licet in editione a nobis curata syr. lat. Script. vet. T. X. Nam divisis ab eo Christianis in tres sectas, quarum tertiam dicit esse Nestorianos, ultro fatetur sectas priores duas (numerosiores multo atque doctiores) admisisse vocabulum *deipara*, quod a solis Nestorianis excluditur. Idem, utpote apprime nestoriano errori addictus, capitulo VI. (quod nos ut ineptum et invidiosum illic omisimus) dogma hoc frigidis futilibusque argumentis oppugnat. 1. Quia si Maria sit deipara, videretur totius Trinitatis, in qua simpliciter Deus consistit, mater. 2. Quia Deus in Christo videretur mortuus, resuscitatus etc. 3. Denique quia quum sit Christus, teste Petro, filius Dei vivi, videretur deipara Maria mater potius Dei patris, frustraque Christi mater iam quaereretur.—Quis non videt ignorari prorsus a nestoriano Ebediesu veram de Christi incarnatione theologiam, et idiomatum in eodem Christo communionem, quam orthodoxi patres, praecipueque Cyrillus, luculentissime voluminibus integris exposuerunt? Sed enim alias multas Nestorianorum contra hoc dogma cavillationes dissolvit toto sexto libro polemici sui contra illos haereticos operis Leontius hierosolymitanus, quem nos auctorem aeque edidimus Script. vet. T. IX. Porro apud Photium, cod. 228. p. 775, Ephraemius patriarcha antiochenus, vir apprime orthodoxus, observat sanctum Leonem I. rom. pontificem in dogmaticis epistolis primum propria explicitaque dictione, ἰδικαῖς αὐταῖς λέξεσι, appellasse Mariam *matrem Dei* (ὡς μήτηρ Θεοῦ ἐστιν ἡ ἁγία Θεοτόκος); quam Graeci theologico sensu ideo dicebant *deiparam*, ut intelligeremus contra Nestorii blasphemiam, quam semper oppugnabat Cyrillus, revera in beatae Mariae utero, non autem postea, factam esse divini Verbi hypostaticam cum humana natura coniunctionem. Dictio vero illa Leonis papae exiat in epistola ad Leonem augustum ed. Cacciarii ep. 128, ed. Baller. ep. 165, ubi anathematizatur *Nestorius qui beatam virginem Mariam non Dei sed hominis tantummodo credidit genitricem*. Ceterum silere nequeo, quod Suicerus thesaur. eccles. voc. Θεοτόκος contra Ephraemii testimonium negat, primum omnium Leonem nostrum matrem Dei appellasse B. Mariam, quia antiquiores, ut ait, patres id factitaverint. Suicerum vero secutus Petavius negationem hanc copiosius exponit et approbat de incarn. lib. V. cap. 15. Atqui, si quid ego video, aeque tam Suicerus quam Petavius a vero accuratoque verborum Ephraemii sensu declinant. Non enim de dogmate quaestio est, sed de verbis quibus illud Leo papa ante alios denotaverit. Utique graeci multi patres dixerant Θεοτόκον, atque in his passim Cyrillus quem Ephraemius prae manibus habebat, sicuti ne alios quidem antiquiores similiter locutos ignorabat. Graeci praeterea, quamquam plerumque paulo recentiores, dicunt Θεομήτορα, Θεογεννήτορα, μητρόθεον. Recte omnes. Sed tamen a nemine, ut adfirmat Ephraemius, appellata fuerat B. Maria hac explicita dictione μήτηρ Θεοῦ, ut fit a Leone in praedicta epistola, quam in interpretatione graeca legebat Ephraemius, qua etiam denique lingua edidit eam apud nos Cacciarius ex cod. vat. 1431. (Ex quo eodem codice feliciter nos Cyrilli illum novum tractatum de *deipara* extulimus, quem incaute Cacciarius, uni Leoni intentus, inobservatum dimiserat.) Itaque alia illa vocabula, etsi dogmaticum sensum aeque continent, tamen adiectiva potius sunt quam substantiva, et certe materialiter differunt a propriore dictione μήτηρ Θεοῦ. Stat igitur, ut spero, contradicentibus licet praedictis theologis, Leonis nostri gloria, quod ipse nempe primus, ut iudicavit Ephraemius, B. Mariam appellaverit hac explicita dictione μητέρα Θεοῦ, sive ut in latina originali epistola scribitur, *Dei genitricem*.

# ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΠΡΟΣ ΝΕΣΤΟΡΙΟΝ (1)

### ΟΤΙ ΘΕΟΤΟΚΟΣ Η ΑΓΙΑ ΠΑΡΘΕΝΟΣ ΚΑΙ ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΤΟΚΟΣ (2).

# SANCTI EIUSDEM CYRILLI

## DIALOGUS CUM NESTORIO

### QUOD SANCTA VIRGO DEIPARA SIT ET NON CHRISTIPARA.

NESTORIUS. Cum divina scriptura narrat Christi ex Maria virgine nativitatem, vel mortem, nusquam apponit vocabulum Dei, sed Christi aut Domini aut Iesu, quoniam tria haec duarum naturarum significativa sunt, modo unius modo alterius. Exempli causa, cum ex Virgine Christi nativitatem nobis innuit apostolus, ait: misit Deus filium suum factum ex muliere. Non dixit, misit Deum Verbum; sed utitur vocabulo (filii) quod utramque naturam denotat, Dei scilicet et hominis, quandoquidem duplex est Christus. Nam Dei filium peperit Virgo eo sensu quo dictum est: vos autem dii estis et filii Altissimi omnes. Quamobrem christiparam, dominiparam, hominiparam didicimus a scriptura dicere,

ΝΕΣΤΟΡΙΟΣ. Ὅταν ἡ θεία γραφὴ διαλέγηται γέννησιν Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου [ἢ] θάνατον, οὐδαμοῦ τεθεῖσα φαίνεται θεοῦ, ἀλλὰ Χριστοῦ ἢ Κυρίου ἢ Ἰησοῦ, ἐπεὶ τὰ τρία ταῦτα τῶν δύο φύσεων σημαντικὰ, ποτὲ μὲν ταύτης, ποτὲ δὲ ἐκείνης· οἷον τί λέγω· ὅταν τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν ἡμῖν τοῦ Χριστοῦ μηνύει * ὁ ἀπόστολος, λέγει· * ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν γενόμενον ἐκ γυναικός· οὐκ εἶπε δὲ, ἐξαπέστειλε τὸν θεὸν λόγον· λαμβάνει δὲ τὸ ὄνομα τὸ μηνύον τὰς δύο φύσεις, ἤτοι θεὸν * καὶ ἄνθρωπον *, ἐπεὶ διπλοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός· υἱὸν γὰρ θεοῦ ἐγέννησεν ἡ παρθένος, καθότι ἔφησεν· * ὑμεῖς δὲ θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες· ὅθεν χριστοτόκον, κυριοτόκον, ἀνθρωποτόκον ἐμάθομεν ἀπὸ τῆς γραφῆς λέ-

Ex codice vat. 790. fol. 165. b.

* cod. μηνυων.
* Gal. IV. 4.
* cod. θεός.
* cod. ἄνθρωπον.
* Ps LXXXI. 6.

(1) Conferre praestabit Cyrillum cum Nestorio aeque disputantem Opp. T. VI. p. 6. seqq. Cyrilli disputatio cum Nestorio, in arabicum sermonem conversa, extabat etiam in codice anglicano 272. Thomae Roensis.

(2) Beatissima virgo Maria, quae Christum peperit, recto aliquo sensu dici potest *christipara;* sed quia Nestorius id vocabulum haereticali mente excogitaverat, ut praestantius alterum negaret *deipara*, idcirco noster Cyrillus in epistola etiam ad monachos aegyptios T. V. part. 2. p. 8. excludit primum prae secundo, quia prophetarum etiam matres, seu christorum ut eos interdum appellat scriptura, christiparae possunt appellari, nequaquam vero deiparae, quod est unius beatissimae Mariae proprium. Id ergo agit in praesente quoque dialogo Cyrillus. Fuit enim hic putus Nestorianorum error, ut adfirmat tract. 3. cap. 4. p. 352. chaldaeus Ebediesus: *nos non Dei sed Christi potius matrem appellamus.* Idemque repetit p. 354. Profecto etiam Ioh. damascenus de fide orthod. lib. III. cap. 12. eandem, quam Cyrillus, tradit doctrinam: χριστοτόκον οὐδαμῶς φαμὲν τὴν ἁγίαν παρθένον, διότι ἐπ' ἀναιρέσει τῆς, θεοτόκος, φωνῆς ὁ μιαρὸς Νεστόριος ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐξηύρατο ὡς ἐπηρεαζόμενον: *sanctam Virginem haud dicimus christiparam, quia ad abolendam deiparae appellationem, impurus Nestorius vocabulum illud contumeliae faciendae causa excogitavit.* Damasceni hunc locum illustrat etiam Allatius de processione Sp. s. ed. rom. gr. p. 178. Parem ob causam vocabulum θεοφορος, *deifer*, dici de Christo vetat ibidem Damascenus, quamquam divus Basilius Christi carnem dixerat θεοφορον; quia hoc item vocabulo Nestorius abusus fuerat. Immo et Leontius meus toto libro sexto vocabulum θεοφόρος ceu nestorianum insectatur.

γειν, θεοτόκον δὲ οὐδαμῶς ἐδιδάχθημεν λέγειν τὴν ἁγίαν παρθένον.

deiparam numquam vero docti fuimus sanctam Virginem appellare.

ΚΥΡΙΛΛΟΣ. Ἡσαΐας βοᾷ ἐν πνεύματι
* Is. VII. 14. λέγων· * ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· Θεὸς οὖν ὁ τεχθεὶς, κἂν θέλῃς κἂν μὴ θέλῃς.

Cyrillus. Isaias clamat in Spiritu dicens: ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est interpretatum nobiscum Deus. Deus erat itaque qui natus est, velis nolis.

* Matth. II. 13. ΝΕΣΤ. Ὁ ἄγγελος τῷ Ἰωσὴφ εἶπεν· * ἀναστὰς παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ ἕως ἂν εἴπω σοι· οὐκ εἶπε δὲ παράλαβε τὸν Θεὸν καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ.

Nest. Angelus Iosepho dixit: surgens accipe puerum et matrem eius, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Non dixit: accipe Deum et matrem eius.

ΚΥΡ. Ἀλλ' ὁ ἀρχάγγελος Γαβριὴλ πρὸς
* Luc. I. 35. τὴν παρθένον λέγει· * πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται.

Cyr. Attamen archangelus Gabrihel Virgini ait: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideo et quod nascetur ex te sanctum, filius Altissimi vocabitur.

* Philip. II. 7. ΝΕΣΤ. Ὁ ἀπόστολος ἔφη· * ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· ὅπερ ἐστὶ τὸ ἡμέτερον ἐνδυσάμενος σῶμα, ἔνθα προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ
* Luc. II. 52. ἀνθρώποις *, ὡς κυριακὸς ἄνθρωπος.

Nest. Apostolus ait: semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens; id est, nostrum sibi induens corpus, in quo proficiebat sapientia ac aetate et gratia apud Deum et homines, tamquam homo dominicus.

ΚΥΡ. Πᾶν τὸ γενόμενον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· οὐκ ἀναιρεῖ δὲ τῆς γεννήσεως παράδοξον· ὡς γὰρ ὁ Θεὸς τίκτει θεϊκῶς, οὕτω καὶ ἡ θεοπρεπὴς παρθένος ἔτεκεν ἐν σαρκὶ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον.

Cyr. Quicquid factum est ex carne, caro est, neque tamen hinc perimitur nativitatis miraculum. Sicut enim Deus divinitus generat, ita venerabilis quoque Virgo peperit in carne Verbum ex Deo Deum.

ΝΕΣΤ. Πᾶσα μήτηρ τὸ ὁμοούσιον αὐτῆς τίκτει· οὐκ ἔστιν οὖν αὐτοῦ μήτηρ, εἰ μὴ αὐτὸς ὁμοούσιος αὐτῆς ὑπάρχει· πῶς γὰρ αὐτοῦ μήτηρ τοῦ ἀλλοτρίου τῆς οὐσίας
* cod. τὸ ἀλλότριον-ὑπάρχον. αὐτῆς ὑπάρχοντος *;

Nest. Omnis mater consubstantialem suum parit: non est ergo eius mater, nisi ipse est illi consubstantialis. Nam quomodo sit mater eius, qui ab ipsius substantia alienus fuerit?

ΚΥΡ. Ἡμᾶς ἐκ παρθένου καὶ ἐκ πνεύματος ἁγίου ἕνα υἱὸν ἐδιδάχθημεν ὁμολογεῖν, ὁμοούσιον τῇ μητρὶ ὡς τῷ πατρὶ, καθὼς οἱ πατέρες εἰρήκασιν.

Cyr. Nos ex Virgine et ex Spiritu sancto unum filium edocti fuimus confiteri, consubstantialem matri ut patri, sicuti patres dixerunt.

ΝΕΣΤ. Διαιρῶ τὰς φύσεις, ἑνῶ τὴν προσκύνησιν, ἐπεὶ ἀχώριστος τοῦ φαινομένου Θεός· διὰ τοῦτο οὐ χωρίζω τὴν τιμήν.

Nest. Divido naturas, unam facio adorationem, quia Deus inseparabilis est ab eo qui cernitur. Ideo honorem non divido.

ΚΥΡ. Ὁ διαιρῶν (1) τὰς φύσεις, δύο

Cyr. Qui naturas dividit, duos dicit fi-

(1) Negat Cyrillus se dividere Christi naturas, non quod unam naturam credat (nam duas etiam in hoc volumine p. 70-71. esse ait) sed quia personali copula unitas adfirmat. Iam vocabulum *divisionis* a Nestorianis prave adhibitum, ansam Monophysitis praebuit calumniandi Catholicos, qui naturarum dualitatem tuebantur. Hinc mentium tenebrae, hinc vocum abusiones, hinc rixae proximae interdum λογομαχίαις. Quamquam reapse in secta monophysitica non imaginarius sed capitalis error latet.

Digitized by Google

lios, scripturae non credens dicenti: Verbum caro factum est.

Nest. Paulus dicit pontificem et apostolum confessionis nostrae esse Iesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum, qui semet hostiam obtulit pro se haud minus quam pro populo. Qnare pontifex est constitutus in iis quae ad Deum pertinent.

Cyr. Paulus ait: Christus semel oblatus ad multorum perferenda peccata, secundo sine peccato apparebit. Item: qui peccatum non fecit, nec dolus erat in ore eius. Et en ipse semet pro nobis offert. Videsis itaque quod non pro se ipso se obtulit, sed pro popnlo.

Nest. Quum ipse dicat: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, vivet propter me, sicut ego vivo propter eum, qui me misit, patrem; quid ergo manducas, o haeretice? divinitatem, an humanitatem? Non enim dixit Christus: qui manducat meam divinitatem, sed carnem.

Cyr. Ego fide recipio vivificantis Verbi carnem. Unde Servator ait: qui manducant ex hoc pane, non gustabunt mortem in aeternum. Qui vero indigne sumunt, propter incredulitatem iudicabuntur.

Nest. Dominus misit me et Spiritus eius. Spiritus Domini super me, propter quod unxit me. Ideoque dixit: unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. Intellige ergo unctum, confitere ungentem, adora templum propter eum qui in ipso habitat.

Cyr. Ego ex sancto Spiritu et Maria Virgine unum filium ex duobus confiteor. Unum in duos non divido.

Nest. Quomodo (illum) ignorare dicis horam, quam reapse filius nescivit, pater autem solus scivit? Aut quomodo si filius scivit, id negavit? Vel si revera nescivit, quomodo appellatus est sapientia ac virtus Dei, is qui inscitiae partem aliquam habuit?

Cyr. Non ignorat Dei filius horam qui

υἱοὺς λέγει, μὴ πιστεύων τῇ γραφῇ λεγούσῃ ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.

ΝΕΣΤ. Παῦλος λέγει * ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γενέσθαι Ἰησοῦν, * Hebr. III. 1.
πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι ἑαυτὸν *, θυ- * Ita cod. pro αὐτόν.
σίαν ἑαυτὸν προσέφερεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ὡς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· ὅθεν ἀρχιερεὺς καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεόν.

ΚΥΡ. Παῦλος λέγει· * Χριστὸς ἅπαξ προσ- * Hebr. IX. 28.
ενεχθεὶς εἰς τὸ πολλῶν ἀνενεγκεῖν ἁμαρτίας, ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται. Καὶ πάλιν· * ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, * I. Petr. II. 22.
καὶ δόλος οὐχ ὑπῆρχεν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἑαυτὸν προσφέρει ὑπὲρ ἡμῶν· ἴδε οὖν οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀνήνεγκεν αὐτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ λαοῦ.

ΝΕΣΤ. Αὐτοῦ λέγοντος *, ὁ τρώγων μου * Ioh. VI. 57.
τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσεται δι' ἐμοῦ, καθὼς ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν ἀποστείλαντά με πατέρα· τίνα οὖν ἐσθίεις, αἱρετικέ; τὴν θεότητα, ἢ τὴν ἀνθρωπότητα; οὐκ εἶπε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα, ἀλλὰ τὴν σάρκα.

ΚΥΡ. Ἐγὼ μὲν πίστει μεταλαμβάνω τὴν τοῦ ζωοποιοῦ λόγου ζωοποιοῦσαν σάρκα· ὅθεν ὁ σωτὴρ ἔφη· * οἱ ἐσθίοντες ἐκ τούτου τοῦ * Idem VI. 59.
ἄρτου, οὐ μὴ γεύσονται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα· οἱ δὲ ἀναξίως μεταλαμβάνοντες, διὰ τῆς ἀπειθείας κριθήσονται.

ΝΕΣΤ. Κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ· * πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵ- * Is. XLVIII. 16 LXI 1. Luc. IV 18. Ps. XLIV. 8.
νεκεν ἔχρισέ με· καὶ διὰ τοῦτο, φησὶν, ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· νόει οὖν τὸν χρισθέντα, ὁμολόγει τὸν χρίσαντα, καὶ προσκύνει τὸν ναὸν διὰ τὸν ἐν αὐτῷ κατοικοῦντα.

ΚΥΡ. Ἐγὼ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου ἕνα υἱὸν ἐκ δύο ὁμολογῶ· τὸν ἕνα εἰς δύο οὐ διαιρῶ.

ΝΕΣΤ. Πῶς ἀγνοεῖν λέγεις τὴν ὥραν *, ἣν * Marc. XIII. 32.
ὁ υἱὸς οὐκ οἶδεν, εἰ μὴ μόνος ὁ πατήρ; ἢ πῶς εἰδὼς ἀρνεῖται *; ἢ μὴ εἰδὼς, πῶς * cod. ἄρχεται.
ἐκλήθη σοφία καὶ δύναμις θεοῦ ὁ τῆς ἀγνοίας μετέχων; (cod. τὸν ἀγνοίας μετέχοντα τόπον.)

ΚΥΡ. Οὐκ ἀγνοεῖ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τὴν ὥραν,

τὰ πάντα εἰδὼς καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα * [Ioh. X. 38.], καθὼς αὐτὸς εἶπεν· * [Matth. XI. 27.] οὐδεὶς γινώσκει τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός· μόνος τὴν φύσιν τοῦ πατρὸς γινώσκει τὴν πρὸ πάντων, καὶ τὸ τέλος τοῦ αἰῶνος ἀγνοεῖ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ; μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἀγνοεῖ μὲν ὁ κατὰ χάριν υἱός, οὐ μέντοι γε ὁ κατὰ φύσιν· κατὰ χάριν ἡμεῖς ἐσμὲν ἀγνοοῦντες τὸ πᾶν, καὶ μηδὲν ἐπιστάμενοι περὶ τὰ τέλη τοῦ αἰῶνος.

omnia novit habetque in se ipso patrem, ut ipse ait: nemo novit patrem nisi filius. Solus ipse naturam patris cognoscit quae est ante omnia, saeculi vero finem filius Dei ignorat? Absit. Ignorat utique is qui secundum gratiam est filius, non profecto ille qui secundum naturam. Porro secundum gratiam nos sumus, qui funditus ignoramus, nihilque ad finem saeculi pertinens scimus.

ΝΕΣΤ. Φυσικῶς πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ καθεύδομεν, οὐ γνώμῃ τοῦτο πάσχοντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ φύσεως ὑποκείμενοι· τί οὖν; εὑρεθήσεται θεὸς ἀναγκαστικοῖς νόμοις ἐξακολουθῶν; μὴ γένοιτο.

Nest. Naturaliter esurimus, sitimus, atque dormimus, haud deliberate id agentes, sed naturae necessitate cogente. Quid ergo? Num Deus comperietur cogentibus legibus obtemperare? Absit.

ΚΥΡ. Ἡμεῖς μὲν φυσικῶς πεινῶμεν καὶ διψῶμεν καὶ καθεύδομεν, οὐ γνώμῃ ἀλλ' ἀνάγκῃ φύσεως δουλεύοντες· αὐτὸς δὲ οὐκ ἀνάγκῃ ἀλλὰ γνώμῃ· καὶ γὰρ ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους ἐχόρτασεν * [Marc. VI. 41.], καὶ ἐξ ἑπτὰ πάλιν τετρακισχιλίους· [Matth. XV. 36.] αὐτὸς εἶπεν· * [Ioh. X. 18.] οὐδεὶς λαμβάνει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ὅταν θέλω τίθημι αὐτὴν, καὶ ὅταν θέλω λαμβάνω αὐτήν· * οὐδεὶς δὲ ἄνθρωπος δύναται τοῦτο ποιῆσαι, εἰ μὴ ὁ μόνος Χριστός.

Cyr. Nos quidem naturaliter esurimus, sitimus, atque dormimus, non sponte, sed naturae necessitati servientes: ipse vero non coactus sed aponte id experiebatur. Idem quippe est qui quinque panibus quinque milia hominum saturavit, et rursus septem panibus milia quatuor. Idem dixit: nemo tollit animam meam a me, sed cum volo, eam pono; et rursus cum volo, sumo eam. Nullus autem hoc agere potest homo, nisi unus Christus.

ΝΕΣΤ. Λέγεις ὅτι ἔπαθεν ὁ υἱός; ἔπαθεν οὖν καὶ ὁ πατήρ· εἰ δὲ λέγεις ὅτι ὁ πατὴρ οὐκ ἔπαθεν, ἑτεροούσιον αὐτοῦ πεποίηκας τὸν υἱόν.

Nest. Ais filium passum esse? Passus itaque etiam pater est. Quod si negas patrem esse passum, diversae ab eo substantiae filium esse adseris.

ΚΥΡ. Οὔτε τὸν πατέρα λέγω παθητὸν, οὔτε τὸν υἱὸν ἀπαθῆ· ἀλλ' ἀπαθὲς μὲν τὸ θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον· παθητὸς δὲ ὁ κύριος διὰ τὴν σάρκα.

Cyr. Neque patrem passibilem dico, neque filium impassibilem: sed impassibilis est deitas, quia incorporea; passibilis vero Dominus propter carnem.

ΝΕΣΤ. Ἐγὼ οὐ λέγω τὸν λόγον σάρκα γενόμενον, οὐδὲ παθόντα· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ παθῶν ἀνώτερος ὁ ἀπαθής· παθητὴ δὲ ἡ σὰρξ καὶ θνητὴ ἀνθρωπίνη φύσις.

Nest. Ego non aio Verbum factum esse carnem, neque passum; est enim impassibilis deitas; et superior cuilibet passioni est, res impassibilis. Porro passibilis est caro, et mortalis humana natura.

ΚΥΡ. Ὁμολογοῦμεν καὶ ἡμεῖς ἀπαθὲς τὸ θεῖον, διὰ δὲ τῆς σαρκὸς κατεδέξατο πάθος· ὅθεν * [I. Petr. IV. 1.], Χριστοῦ παθόντος σαρκὶ ὑπὲρ ἡμῶν· τὸ δὲ Χριστὸς οὐκ ἀλλότριον θεοῦ ὄνομα· ὁ γὰρ ἀπόστολος Παῦλος φησίν· * [Rom. IX. 5.] ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Cyr. Confitemur nos quoque impassibilem esse deitatem; sed tamen in carne passionem excepit. Unde illud: Christo pro nobis in carne passo. Christi autem vocabulum haud alienum Deo est. Apostolus enim Paulus dicit: ex quibus Christus, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ Δ'.

# SANCTI EIUSDEM CYRILLI

## EPISTOLAE QUATUOR.

### I. *Rufo episcopo Thessalonicae.*

Consentaneum est, ut quicquid ecclesiarum interest, et in diem emergit, ut dici solet, notum fiat sanctitati tuae, ne susurrones quidam aliud pro alio loquentes, religiosissimos istic episcopos conturbent. Scripserunt itaque orientales communionem petentes, et fidem suam perspicuam exponentes, dicentesque aperte et deiparam esse sanctam Virginem, et unum filium Dei dominum nostrum Iesum Christum, qui et ante omne aevum de patre ineffabiliter fuerit genitus, et postremis temporibus idem homo ex muliere extiterit; unamque esse personam eius, non duas. Deinde pergunt aliquid dicere, quod nonnullos turbavit eorum qui acutius intelligere nequeunt, ita ut existimaverint haud plane illos Nestorii nugis esse immunes. Haec ad me scripsit religiosissimus episcopus Melitenes Acacius. Profecto opus fuisset epistolam a me componi longiorem, et orientalium vocabula enucleari, ex quibus nonnulli scandalum passi aunt. Misi igitur ipsius epistolae exemplar, ut si qui forte istic hanc opinionem susceperint, ea inspecta, veritatem agnoscant. Quamquam id quoque me supervacue facere sentio, quum tua sanctitas ad omnia declaranda prorsus sufficiat, et ad sapientiae auae utilitatem ignorantibus impertiendam.

### α'. Ῥούφῳ ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης (1).

Ex cod. vat. 1431. p. 231. et ottob. vat. 269.

Ἀκόλουθον ἅπαντα τὰ τῆς ἐκκλησίαις χρήσιμα, καὶ τὰ ἀνακύπτοντα καθ' ἡμέραν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι, ἵνα μὴ θρῦλοι* τινὲς ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων λέγοντες ἐκταράττωσι τοὺς αὐτόθι θεοσεβεστάτους ἐπισκόπους· γεγράφασι τοίνυν οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς τὴν κοινωνίαν ἀπαιτοῦντες, [καὶ πίστιν ἑαυτῶν ἐναργῆ καθιστῶντες*,] καὶ λέγοντες ἐναργῶς καὶ θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸ παντὸς αἰῶνος ἐκ πατρὸς ἀποῤῥήτως γεγεννημένος, καὶ ἐν τελευταίοις ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ἐκ γυναικός· καὶ ὅτι ἓν αὐτοῦ πρόσωπον, καὶ οὐ δύο· εἶτα ὑποκατιόντες, ἕτερον προστιθέασιν ὃ τινας ἐτάραξε τῶν οὐ σφόδρα συνιέναι δυναμένων, καὶ ἐνομίσθησαν οὐ πάντη* τῶν Νεστορίου καθαρεύειν φλυαριῶν· ταῦτα μοι γέγραφεν ὁ κύριός μου ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Ἀκάκιος τῆς Μελιτηνῆς· καὶ ἦν ἀναγκαῖον ἐπιστολὴν συντεθῆναι* μακροτέραν, καὶ διερμηνεῦσαι τὰς φωνὰς τῶν ἐκ τῆς ἀνατολῆς, ἐφ' αἷς ἐσκανδαλίσθησάν τινές· πέπομφα τοίνυν τὸ ἴσον τῆς ἐπιστολῆς, ἵνα κἂν εἴ τινες τῶν αὐτόθι τὰ ἴσα παθόντες εὑρεθεῖεν, ἔχοιεν ἐγκύπτοντες εἰδέναι τὸ ἀληθές· οἶδα δὲ καὶ τοῦτο ποιήσας περιττῶς, ἀρκούσης ἅπαξ τῆς σῆς τελειότητος πρὸς τὸ πάντα δύνασθαι διαφαίνειν, καὶ τοῖς ἀμαθίᾳ κεκρατημένοις τὸ τῆς ἐνούσης αὐτῇ* συνέσεως ὄφελος ἐνεργάσασθαι.

* Ottob. θρύλλοι.

* haec desunt in O.

* O. πάντα.

* O. συνθεῖναι.

* vat. αὐτῆς.

(1) Rufi thessalonicensis, et ad eum romanae ecclesiae litterarum quarumdam de causa nestoriana, meminit Cyrillus in epistola ad Iohannem antiochenum opp. ed. Auberti T. V. part. II. pag. 43.

## β'. Τῷ αὐτῷ (1).

Διὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην, καὶ τὸ μὴ ἀλλήλων αὐτὰς ἀπονοσφίζεσθαι πρὸς διχονοίας, αἱ * συγκαταβάσεις οὐκ ἀκερδεῖς· εἰκὸς γάρ τινας οὐ δεχθέντας εἰς κοινωνίαν, ἐξ ἀκηδείας ἐφ' ἕτερόν τι καὶ ἀβουλήτως ἐλθεῖν· ἢ γὰρ αἱρέσεις τίκτονται καὶ ἀκολουθοῦσι σχίσματα, ἢ καὶ * θόρυβοι διηνεκεῖς, οὐκ ἀνεχομένων τοῦ ἐπιτιμᾶσθαι μακρὰ * τῶν εἰωθότων· τοῦτο τεθεωρακὼς ἠσμένισα σφόδρα ἐπιδραμόντων τῶν ἐκ τῆς ἀνατολῆς, καὶ ζητησάντων τὴν κοινωνίαν, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ γέγονεν εὐαφόρμως, τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως γράψαντος περὶ τούτου (3)· γέγονε γὰρ ἀναγκαία φροντὶς τῇ γαληνότητι αὐτοῦ τῶν ἐκκλησιῶν ἡ ὁμοψυχία. Τοῦτο σκοπήσασα καὶ ἡ σὴ τελειότης, τὰ ἑαυτῇ πρᾶξαι πρέποντα βουλήθητι, καὶ ὅσα πρὸς λυσιτέλειαν ὁρᾷ τῶν αὐτόθι τοῦ θεοῦ ἐκκλησιῶν. Γέγραφα τοίνυν περὶ τοῦ πράγματος, συννοήσας τὸ συμφέρον· καὶ τῆς σῆς ἐστὶ τελειότητος τὸ ἐπιθεῖναι πέρας· ἄμεινον γὰρ μετανοοῦντας δέχεσθαι, ἢ γοῦν ἀπαναισχυντήσαντας προστεθῆναι * τῷ μέρει τῶν τὰ Νεστορίου φρονεῖν ἑλομένων. Ἐπειδὴ δὲ πάνσοφός τε καὶ παντέλειος ὤν, ἐκέλευσας πεμφθῆναι τινὰ τῶν ἐμῶν πονηματίων *, καὶ ψελλιζούσης ἀνέχῃ γλώττης, ἐθάρσησα πέμψαι τέως βιβλία τέσσαρα, πολὺν ἔχοντα λόγον περὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας ἐκ τῶν παλαιῶν γραμμάτων· προσέθηκα * δὲ καὶ ὃ γέγραφα κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν· ἀποχρώντως δὲ τῆς σῆς τελειότητος ἐχούσης πρὸς τὸ καὶ ἡμᾶς δύνασθαι, καὶ τοὺς αὐτόθι ἅπαντας ὠφελεῖν, ὡς ἐξ ἀγάπης εἰς τοῦτο παρήχθην· * ἀναγνοὺς δὲ καὶ ἐπανορθώσας εἴ τι παρῶπται, καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν ἀδελφῶν ἐμφανίσαι * καταξίωσον· ἔχει δὲ τὰ βιβλία

* O. καὶ pro αἱ.
* O. addit ἴσως.
* O. παρά.
* O. προστεθεῖναι.
* O. potius πονημάτων.
* O. προστέθεικα.
* vat. παρῆλθον.
* O. ἐμφανίσαι.

## II. *Eidem.*

Propter ecclesiarum pacem, et ne hae invicem ob opinionum dissensum separentur, non sunt inutiles condescensiones (2). Verisimile quippe est quosdam ad communionem non receptos, quum se negligi videant, inconsulte ad aliud quid se convertere. Nam vel haereses pariuntur, atque hinc schismata, vel perpetui tumultus, quum se diutius increpari perferre non soleant. Hoc ego considerans, magnopere laetatus sum accurrentibus orientalibus, et communionem exquirentibus; praesertim quia id opportunissime accidit, quoniam pientissimus et Deo carissimus imperator hac super re litteras misit. Est enim Serenitati eius necessaria cura, ecclesiarum concordia. Id spectans tua quoque sanctitas, quod ipsam decuerit faciendum curabit, quicquid videlicet ad istarum Dei ecclesiarum utilitatem conferet. De hoc igitur negotio litteras dedi, utilitatem cogitans consecuturam: tuae vero sanctitatis officium erit, rem conficere. Praestat enim paenitentes recipere, quam ut impudentia obfirmata ad Nestorii partes accedant. Et quia quantumvis sapientissimus ac perfectissimus, iussisti a me tibi mitti aliquid lucubratiuncularum mearum, et linguam meam balbutientem pateris, ausus sum mittere libros quatuor, quibus multa dicuntur de Servatoris nostri incarnatione ex vetere testamento desumpta. Adiunxi etiam quod contra Nestorii blasphemias scripsi. Egregie vero potest tua sanctitas tum nos tum alios istic degentes iuvare, quandoquidem caritate tantummodo impulsus ita me gessi. Haec lecta, et sicubi opus fuerit emendata, aliis quoque fratribus communicare digna-

(1) In cod. ottob. τοῦ αὐτοῦ τῷ αὐτῷ. Tum etiam additur epistolae quasi summarium sic: ὅτι εἰς τὸ μὴ σχίζεσθαι τὰς ἐκκλησίας, ἀναγκαῖόν τι πρᾶγμα ἡ συγκατάβασις.

(2) Hoc vocabulum de graeco ἐτυμολογικῶς manans, et ecclesiasticis auctoribus frequentatum, hoc loco non invitus adhibeo. Videsis meum latinitatis novum glossarium Spicil. rom. T. IX.

(3) Notae sunt curae Theodosii iunioris imp. de pace inter episcopos concilianda. Et quidem ipse Augustus paulo commotiorem hac super re scripsit epistolam ad nostrum Cyrillum, quae extat inter acta concilii ephesini ed. Labbei et Cossartii T. III. p. 979.

Digitized by Google

beris. Sunt autem libri hi: in genesim liber unus; de adoratione in spiritu et veritate libri duo; contra Theodoretum et Andream capitula; de incarnatione liber unus contra Nestorii blasphemias.

### III. *Amphilochio episcopo Sidae.*

Equidem scio, prudentissimam pietatem tuam nihil esse melius putaturam, quam caritatem fraternamque amorem. Verumtamen prudentiae suae esse existimabit in omnibus rebus gerendis optimam methodum. Ideo amanter scribo pietati tuae, et quae valet efficere postulo. Quamobrem constat haud summo iure agendum esse cum iis qui paenitere volunt, et Messalitarum sive Euchitarum scelestissimam haeresim deserere, ac recta ecclesiae dogmata amplecti. Sufficit enim ut qui hoc propositum susceperunt, profiteantur sic: anathema dico Messalitarum seu Euchitarum haeresi. Nam si quis minutius cum illis agit, et quandoque professiones etiam de libris recitandas offert, turbat illum qui acumine mentis non pollet. Idiotae enim multi sunt, neque ita intelligere valent, ut omnia diserte damnent quae damnanda sunt. Sufficit ergo ut ipsi haeresim anathematizent: neque vocabula nominatim oggerantur, ne quorumdam litigiosus ex inscitia animus recte credendi voluntate depellatur. Atque haec scribo, haud cuiquam gratificans, sed probe sciens optimam esse in his rebus prudentiam. Nam summum ius multos etiam plerumque turbat ex iis qui sapientissimi videntur.

οὕτως· περὶ τῶν εἰς τὴν γένεσιν βιβλίον ἕν· περὶ τῆς ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσεως βιβλία δύο· πρὸς τὰ Θεοδωρήτου καὶ Ἀνδρέου (1) εἰς τὰ κεφάλαια· περὶ τῆς σαρκώσεως βιβλίον ἓν κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν.

### γʹ. Ἀμφιλοχίῳ ἐπισκόπῳ Σίδης (2).

Οἶδα μὲν ὅτι πανσύνετος οὖσα ἡ σὴ θεοσέβεια, οὐδὲν ἄμεινον ἡγήσεται φιλίας καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς ἀδελφούς· εὔτεχνες δὲ πρᾶγμα ἡγήσεται τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς δρωμένοις ἀρίστην οἰκονομίαν (3)· διὸ δὴ γράφω τὰ φίλα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, καὶ ὅσα δρᾷν οἶδεν ἀπαιτῶν· ὥστε δῆλον ὅτι μὴ μεγάλαις ἄγαν ἀκριβολογίαις κεχρῆσθαι μετὰ τῶν ἐθελόντων μεταγινώσκειν, καὶ καταλιπεῖν τὴν τῶν Μεσσαλιτῶν, ἤτοι Εὐχητῶν (4), ἀνοσιωτάτην αἵρεσιν, προστρέχειν δὲ τοῖς ὀρθοῖς τῆς ἐκκλησίας δόγμασιν· ἀρκεῖ γὰρ τοῖς εἰς τοῦτο βαδίζουσιν, ὁμολογεῖν ὅτι ἀναθεματίζω τὴν τῶν Μεσσαλιτῶν, ἤγουν Εὐχητῶν αἵρεσιν· ὁ δὲ σφόδρα λεπτῶς καὶ μετὰ τοῦτο προτείνων αὐτοῖς, ἴσθ' ὅτι καὶ ἐκ βιβλίων ἀναγνώσματα, θορυβεῖ τὸν οὐκ ἔχοντα πολλὴν ἀκρίβειαν εἰς νοῦν· ἰδιῶται γάρ εἰσιν οἱ πολλοὶ, καὶ οὐχ' οὕτω νοεῖν δύνανται, ὥστε πάντως καταγινώσκειν τῶν καταγνώσεως ἀξίων· ἀρκεῖ τοίνυν ἀναθεματίζειν αὐτοὺς τὴν αἵρεσιν, καὶ μὴ προτεινέσθωσαν πάντως ὀνόματα, ἵνα μὴ τὸ τινῶν ἐξ ἰδιωτίας φιλόνεικον ἀποστήσῃ πολλάκις αὐτοὺς καὶ τοῦ βούλεσθαι δοξάζειν ὀρθῶς· καὶ ταῦτα γράφω οὐ τισὶ χαριζόμενος, ἀλλ' εἰδὼς ὅτι καλὴ μᾶλλον ἐν τούτοις ἡ οἰκονομία· τὸ γὰρ ἀκριβὲς ὡς ἐπίπαν θορυβεῖ πολλοὺς καὶ τῶν νουνεχεστάτων.

(1) Confer Anastasii presbyteri eclogas a me editas Script. vet. T. VII. p. 6. Namque orientalium capitula scripsit hic Andreas.

(2) Amphilochii sidensis fragmentum recitatur a Leontio hierosolymitano, quem ego item auctorem edidi tom. cit. p. 136.

(3) Valde est notabilis haec, immo et tres reliquae Cyrilli epistolae, ob ecclesiasticam quam suadent prudentiam ac moderationem.

(4) De Messalitis, sive Messalianis aut Massalianis, Baronius T. V. ad an. 361. n. 36, ex Epiphanio. Vocabantur Euchitae ab εὐχῇ, quia dicebant semper orandum, cetera omnia negligenda. Idem Baronius T. VI. ad an. 427. n. 23. recitat ex Photii bibliotheca canonem synodi incognitae orientalis, qua vetatur ne amplius Massaliani in ecclesiam, paenitentiam licet prae se ferentes, recipiantur. Ergo haec Cyrilli nostri epistola, quae de receptione adhuc loquitur, credenda est antiquior praedicto anno 427; quo tempore vivebat etiamnum Cyrillus qui nonnisi anno 440. mortem cum vita commutavit.

Digitized by Google

## δ′. Μαξίμῳ διακόνῳ Ἀντιοχείας.

Κεκόμισται πάλιν τὰ παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γράμματα διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μονάζοντος Παύλου, καὶ ἥσθην ἄγαν ἐντυχὼν αὐτοῖς, τόν τε ζῆλον ἐπέγνων ἀκμάζοντα καὶ νῦν, ὃν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐποιήσω μὲν ἀεὶ, ἔχεις δὲ καὶ νῦν, καὶ ἕξεις εἰς τὸ μέλλον· γέγραπται γὰρ, ὅτι ὁ ἐναρξάμενος [* Philipp. I. 6.] ἐν ὑμῖν ἔργον ἀγαθὸν, ἐπιτελεσάτω·* καταλαβόντος δὲ τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Πρεσεντίνου, καὶ διδάξαντος τινὰ, γέγραφα ἅπερ ἦν εἰκὸς πρὸς τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ πρὸς οὓς ἠθέλησεν ἀρχιμανδρίτας· καὶ τὴν τῶν γραφέντων δύναμιν ἡ σὴ εὐλάβεια γνώσεται, αὐταῖς ἐντυχοῦσα ταῖς ἐπιστολαῖς· πλὴν ἐκεῖνο φημί· τῆς μὲν γὰρ σῆς εὐλαβείας ἔργον ἦν τὸ μηδένα τῶν ἐχόντων ὑποσκάζουσαν τὴν διάνοιαν, ἢ εἰς κοινωνίαν δέχεσθαι, ἢ εἰς ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ· ἡ δὲ τῶν ἐνεστηκότων πραγμάτων φύσις, καὶ οὐχ ἑκόντας ἡμᾶς ἔσθ' ὅτε παραβιάζεται καὶ τὸν παρὰ σκοπὸν καὶ γνώμην ἀνέχεσθαι· συνορῶ γὰρ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἰωάννης οἰκονομίας δεῖται πολλῆς, ἵνα τοὺς ἀφηνιῶντας κερδάνῃ· αἱ γὰρ σκληραὶ πολλάκις ἀντιτυπίαι πολλοὺς ἐκβάλλουσιν ἀπαναισχυντήσαντας· καὶ ἄμεινον κολακείαις μᾶλλον ὑποφέρειν τοὺς ἀνθεστηκότας, ἢ γοῦν τῇ τῆς ἀκριβείας ἰσχυρότητι λυπεῖν· ὥσπερ γὰρ εἰ τὸ σῶμα αὐτοῖς ἀῤῥωστήσειεν, χεῖρά που πάντως ὀρέξαι χρὴ, οὕτω πεπονθυίας τῆς ψυχῆς δεῖ τινὸς οἰκονομίας, οἷα φάρμακον προσφερομένης αὐτοῖς· κατὰ βραχὺ γὰρ ἥξουσι καὶ αὐτοὶ πρὸς εἰλικρινῆ διάθεσιν· καὶ αὗταί εἰσιν αἱ ἀντιλήψεις καὶ κυβερνήσεις, ἃς ὁ μακάριος ὠνόμα- [* I. Cor. XII. 28.] σε Παῦλος.* Μὴ ταραττέσθω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια, κἂν μὴ λίαν ἀκριβῶς διοικούμενα τὰ πράγματα βλέπῃ, κατὰ τὸν ἐνεστηκότα μάλιστα καιρόν· οὐ γὰρ θέλομεν τεμεῖν, ἀλλὰ [* Luc. V. 31.] συνάψαι, τοῖς τοῦ σωτῆρος ἑπόμενοι λόγοις·* οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν, φησὶν, οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· εἰ καὶ ὅτι, καθ' [* v. 32.] ἃ πάλιν αὐτὸς φησὶν*, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

## IV. *Maximo diacono Antiochiae.*

Adlatae iterum sunt pietatis tuae litterae a dilecto monacho Paulo; et gavisus sum dum eas legerem, de tuo nunc adhuc fervente zelo, quem pro recta fide et habuisti semper, et nunc etiam retines, et omni futuro tempore conservabis. Scriptum est enim: qui coepit in vobis opus bonum, idem perficiet. Iam quum huc advenerit piissimus presbyter Praesentinus, et quaedam narraverit, scripsi quod aequum erat ad pientissimum et religiosissimum episcopum Iohannem, et ad quos ille voluit archimandritas: cuius scripti mei continentiam pietas tua cognoscet, cum ipsas litteras leget. Hoc unum aio: oportuisse quidem ut tua pietas, neminem illorum, qui claudicante mente erant, vel in communionem reciperet, vel ad Christi caritatem. Verumtamen negotiorum praesentiam naturâ vel inviti pertrahimur ad agenda quaedam praeter intentionem nostram ac voluntatem. Simul etiam video, ipsum quoque pientissimum episcopum Iohannem multa uti debere prudentia, ut contumaces lucretur. Nam durae saepe collisiones multos ad impudentiam impellunt: meliusque est blande potius sustinere resistentes, quam iuris acumine molestiam ipsis creare. Nam sicut si corpus illis aegrotaverit, manu prorsus tractandi forent; ita laboranti animae prudentia quadam succurrendum est, medelae instar adhibita. Pedetemptim enim ipsi quoque ad sincerum animi statum devenient. Atque hae sunt opitulationes et gubernationes quas beatus nominat Paulus. Ne itaque perturbetur tua religiositas, etiamsi non admodum severe negotia administrari videat, hoc praesertim tempore. Namque haud amputare volumus, sed colligare, Servatoria verbis obtemperantes: non enim indigent, inquit, medico sani sed male habentes. Siquidem, sicuti idem rursus ait, non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam.

# ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

### ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΕΩΣ ΤΟΥ ΘΕΟΥ ΛΟΓΟΥ (1).

# BEATI CYRILLI

## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

### HOMILIA DE INCARNATIONE DEI VERBI.

1. Profundum ac magnum vereque admirabile est religionis mysterium, et ipsis quoque sanctis angelis desideratissimum. Ait enim alicubi Servatoris discipulus, de iis quae a sanctis prophetis circa omnium nostrûm Servatorem Christum dicta fuere: « quae nunc nuntiata sunt vobis per eos qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de caelo, in quem desiderant angeli prospicere. » Profecto quotquot in magnum religionis mysterium intelligenter prospexerunt, cum in carne natus est Christus, gratias pro nobis agentes dicebant: gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. Quid ni enim gaudio replerentur, quum mundi Servatorem ac redemptorem de sancta virgine natum viderent, qui quidem etiam ob unum peccatorem paenitente festum agunt, sicut ait Servator. Exultat itaque nostri causa sanctorum Spirituum multitudo. Eius vero rei quaenam causa est? incarnatio Unigeniti, nativitas in carne, benignitatis erga nos copia, incomparabilis clementiae magnitudo. Beatus quidem Isaias ait: « absorbuit mors praevalens. » Et rursus: « abstulit Deus omnem lacry-

α'. Βαθὺ μὲν καὶ μέγα καὶ ἀξιοθαύμαστον ἀληθῶς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐπιπόθητον ἐστὶ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ἔφη γάρ που τοῦ σωτῆρος ὁ μαθητὴς περὶ τῶν εἰρημένων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· * ἃ νῦν ἀπεκαλύφθη ὑμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ὑμᾶς ἐν πνεύματι ἁγίῳ ἀποσταλέντι ἀπ' οὐρανοῦ, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι· ἐπεὶ γοῦν ὅσοι παρέκυψαν τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον συνιέντες, ὅτε γεγένηται κατὰ σάρκα Χριστὸς, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαριστίας προσφέροντες ἔλεγον· * δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον ἀναπιμπλᾶσθαι θυμηδίας, τὸν τοῦ κόσμου σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν ὁρῶντες γεγεννημένον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, οἵ γε καὶ ἑνὸς ἁμαρτωλοῦ μετανοοῦντος ἑορτάζουσι, καθά φησιν ὁ σωτήρ *; χορεύει τοίνυν δι' ἡμᾶς ἡ τῶν ἁγίων πνευμάτων πληθύς· καὶ ποία τις ἡ τοῦδε πρόφασις; ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ μονογενοῦς, ἡ κατὰ σάρκα γέννησις, τὸ τῆς εἰς ἡμᾶς ἡμερότητος πλάτος, τῆς ἀσυγκρίτου φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος· ὁ μὲν γὰρ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας φησί· * κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας· καὶ πάλιν· * ἀφεῖλεν ὁ θεὸς

Ex cod. vat. 1431 p. 181. b. et ottob. vat. 1202.

* I. Petr. I. 12.

* Luc. II. 14.

* Luc. XV. 10.

* Is. XXV. 8. gr.

* Ibidem.

(1) Haec S. Cyrilli homilia latine tantummodo extabat hacteous in editione Auberti T. V. part. 2. pag. 416. Nunc vaticanus demum codex graecum textum editoribus operum S. Cyrilli ignotum restituit, quem nos nova quoque latinitate donandum censuimus.

πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου· ἀφεῖλε
δέ τινα τρόπον ἀπὸ παντὸς προσώπου δά-
κρυον, ἢ πῶς τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην ἀρὰν
ἄπρακτον ἀποφήνας, τὸ δυσάντητον τοῦ θα-
νάτου κατέλυσεν κράτος, διδάξει πάλιν ὁ
Hebr. II. 14. σοφώτατος Παῦλος· * ἐπεὶ γὰρ τὰ παιδία
κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς
παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν, ἵνα διὰ
τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα
v. 15. τοῦ θανάτου, τουτέστιν τὸν διάβολον *, καὶ
ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ
παντὸς τοῦ βίου ἔνοχοι ἦσαν δουλείας.

β'. Τί τοίνυν ἐστὶ τὸ παραπλησίως μετέσχεν τῶν αὐτῶν, ἢ ἐκεῖνο πού πάντως, ὅτι γέγονεν καθ' ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁγίας καὶ θεοτόκου Μαρίας ἐν αἵματι καὶ σαρκί; Θεὸς γὰρ ὢν φύσει καὶ ἀληθινὸς ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς λόγος, ὁμοούσιος καὶ συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ τοῖς τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς διαπρέπων ὑψώμασι, καὶ ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τοῦ γεννήσαντος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας Μαρίας ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· οὐκοῦν ἑαυτὸν καθῆκεν ἑκουσίως εἰς ταπείνωσιν, ὁ ἐξ ἰδίου πληρώματος τοῖς ἅπασι διδούς· καθῆκεν δὲ ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, οὐ βεβιασμένος παρά τινος, ἀλλ' ἐθελοντὶ ὑπὲρ ἡμῶν μορφὴν δούλου λαβὼν, ὁ κατὰ φύσιν ἰδίαν ἐλεύθερος, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ὁ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, ἐν τοῖς ὑπὸ θάνατον ὁ πάντα ζωογονῶν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· γέγονεν μεθ' ἡμῶν ὑπὸ νόμον, ὁ ὑπὲρ νόμον καὶ νομοθέτης, ὡς Θεός· ἐν τοῖς ὑπὸ γένεσιν καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαχοῦσιν, ὁ πρὸ παντὸς αἰῶνος καὶ χρόνου, μᾶλλον δὲ τῶν αἰώνων κτίστης καὶ ποιητής.

γ'. Πῶς οὖν γέγονεν καθ' ἡμᾶς; σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· σῶμα δὲ οὐκ ἄψυχον, καθάπερ ἔδοξε τισὶ τῶν αἱρετικῶν, ἐψυχωμένον δὲ μᾶλλον ψυχῇ λογικῇ· οὕτω προῆλθεν τέλειος ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, χωρὶς ἁμαρτίας· ἀληθινῶς, καὶ οὐ δοκήσει

mam ex omni vultu. » Quomodo autem abstulit Deus ab omni vultu lacrymam? vel quomodo antiqua illa deleta maledictione, insuperabilem mortis potentiam dissolverit, docebit denuo sapientissimus Paulus: « quia enim pueri communicaverunt sanguini et carni, et ipse similiter eadem participavit, ut per mortem destrueret illum qui mortis potestatem habet, id est diabolum, et eos liberaret qui metu mortis toto vitae tempore obnoxii servituti erant.

2. Quid est ergo « aeque eadem participavit » nisi hoc omnino, quod natus est apud nos ex sancta deiparaque Maria cum sanguine ac carne? Nam cum suapte natura verus Deus esset, ex Deo patre Verbum, consubstantiale et coaeternum patri, et propriae dignitatis fulgens eminentia, et in forma ac paritate gignentis sui, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens ex sancta Maria, in similitudinem hominum factus; et habitu inventus ut homo, humiliavit semet ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. » Itaque semet sponte demisit ad humilitatem ille, qui de sua plenitudine cunctis dat. Demisit autem se propter nos, non coactus a quoquam, sed ultro pro nobis servili forma adsumpta, qui propria natura liber erat: factus est unus de nobis, qui supra omnem creaturam erat: mortalis evasit, qui omnia vivificat. Ipse enim est panis vivus, qui vitam mundo dat: factus est nobiscum sub lege, qui superior legi erat ac legislator, utpote Deus: factus, inquam, velut unus e natis et initium habentibus, is qui ante omne aevum ac saeculum erat, immo vero saeculorum auctor et conditor.

3. Quomodo igitur par nobis effectus est? Corpore nimirum sumpto de sancta Virgine: corpore, inquam, non ut nonnullis haereticis visum est, inanimi, sed anima rationali informato. Sic homo perfectus processit de muliere, absque peccato; vere,

Digitized by Google

non apparenter ac phantastice: haud sane omittens divinitatem, neque id abiiciens quod semper fuerat, et est, eritque Deus. Atque hoc pacto deiparam dicimus esse sanctam Virginem. Sicut enim beatus Paulus ait: unus Deus et pater, ex quo omnia; et unus Iesus Christus, per quem omnia; nequaquam in duos filios dividimus unum Deum ac servatorem nostrum, humanatum atque incarnatum Dei Verbum. Nec vero quod (ut nonnulli arbitrantur haeretici ac fatui, qui confundunt veluti invicem deitatem atque humanitatem) vel Dei Verbum in carnis naturam transiverit, vel caro in deitatis naturam sit mutata (est enim invertibile planeque immutabile Dei Verbum); sed quia carnem anima rationali animatam sibi ex sancta Virgine vere univerit Dei Verbum, idcirco ineffabiliter incarnatum dicitur atque humanatum.

4. Sufficit itaque ad rectam et inreprehensibilem fidei nostrae confessionem, dicere et confiteri sanctam Virginem esse deiparam: addere enim quod sit hominipara neque necessarium est neque utile. Namque unum Deum edocti sumus confiteri ipsum et credere, ut Paulus ait: « unus Deus, et unus mediator Dei et hominum. » Namque hominem factum esse invertibiliter Dei Verbum dicimus. Et quod attinet ad carnis naturam, peperit sancta Virgo sibi et nobis consubstantiale corpus: verumtamen dum deiparam dicimus, huius quoque rei significatio comprehenditur: non enim nudam peperit divinitatem sancta Virgo, sed unitum carni Verbum Dei. Neque aliter intelligi posset deipara, nisi hoc quem dicimus modo. Quare praecurrit omnino humanitatis confessio. Atque ita verum evadit, quod deipara facta sit sancta Virgo dum peperit mirabiliter unum Christum,

καὶ φαντασίᾳ· οὐκ ὀλιγωρήσας τὸ εἶναι θεὸς, οὔτε μὴν ἀποβεβληκὼς ὅπερ ἦν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται Θεός· οὕτω Θεοτόκον φαμὲν τὴν ἁγίαν παρθένον· ὡς γὰρ ὁ μακάριος Παῦλός φησιν· * εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς Ἰησοῦς Χριστὸς δι' οὗ τὰ πάντα· οὐ γὰρ διαιροῦμεν τὸν ἕνα καὶ Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν εἰς δύο υἱοὺς τὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ σεσαρκωμένον τὸν θεοῦ λόγον· οὐδὲ, καθάπερ οἴονταί τινες τῶν αἱρετικῶν καὶ ἀπαιδευτων, ἀνακεχυμένων ὥσπερ εἰς ἀλλήλας θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἤγουν τοῦ Θεοῦ λόγου μεταχωρήσαντος εἰς φύσιν σαρκὸς, ἢ καὶ τῆς σαρκὸς μεταβληθείσης εἰς φύσιν θεότητος, ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀναλλοίωτος παντελῶς ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ἑαυτῷ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κατ' ἀλήθειαν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀφράστως σεσαρκῶσθαι καὶ ἐνανθρωπῆσαι λέγεται. * 1. Cor. VIII. 6.

δ'. Ἀρκεῖ τοιγαροῦν πρὸς ὀρθὴν καὶ ἀδιάβλητον τῆς πίστεως ἡμῶν ὁμολογίαν, τὸ θεοτόκον λέγειν καὶ ὁμολογεῖν τὴν ἁγίαν παρθένον· τόγε μὴν προσεπάγειν ὅτι καὶ ἀνθρωποτόκος, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε ἐπωφελές (1)· ἕνα γὰρ Θεὸν ἐδιδάχθημεν ὁμολογεῖν καὶ πιστεύειν αὐτὸν, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, καθὼς ὁ Παῦλος· * εἷς θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ἄνθρωπον μὲν γὰρ γενέσθαι φαμὲν ἀτρέπτως τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· καὶ ὅσον μὲν ἧκεν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, τέτοκεν ἡ ἁγία παρθένος τὸ ἑαυτῇ τε καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον σῶμα· ἀλλ' ἔν γε τῷ Θεοτόκον εἰπεῖν, συνεισάγεται πάντως καὶ ἡ τούτου δήλωσις· οὐ γὰρ Θεότητα τέτοκε γυμνὴν ἡ ἁγία παρθένος, ἀλλ' ἑνωθέντα σαρκὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως νοοῖτο Θεοτόκος, εἰ μὴ κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν τρόπον· ὥστε προκατέχει πάντως ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὁμολογία· καὶ οὕτως ἔσται λοιπὸν ἀληθὲς, ὅτι Θεοτόκος γέγονεν ἡ * 1. Tim. II. 5.

(1) Vocabulum ἀνθρωποτόκος, ceu pronunciatum a religionis magistris, non respuebat Cyrillus in postremo de incarnatione capitulo apud nos p. 74. (ita tamen si coniunctum cum θεοτόκος ponatur.) Mox in dialogo a nobis idem edito Nestorium audivimus p. 101. eodem vocabulo ἀνθρωποτόκο; abutentem. Heic igitur prudenter Cyrillus id usurpandum non iudicat; multoque vehementius improbat in homilia Ephesi habita opp. T. V. part. 2. p. 382.

Digitized by Google

ἁγία παρθένος ἀποτεκοῦσα παραδόξως ἕνα Χριστὸν, παραπλησίως ἡμῖν μετεσχηκότα σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ ὁμοούσιον αὐτῇ τε, καὶ ἡμῖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς εἶναι τὴν σάρκα ἐκ τῆς θεοτόκου Μαρίας· οὐ γὰρ ὁμοιοούσιον, ὡς ἔδοξε τισὶ τῶν αἱρετικῶν, ἀλλ' ὁμοούσιον, τουτέστιν ἐκ τῆς
* Hebr. II. 16. ἡμετέρας οὐσίας· φησὶ γάρ· * σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· τὸ δὲ ὁμοιοούσιον σημαίνει οὐκ ἀληθινὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὁμοίωμα υἱοῦ ἀνθρώπου, καθὼς ὁ
* Dan. X. 16. Δανιὴλ φησίν· * ὁ δὲ ἀπόστολος οὐχ' ὁμοίω-
* 1. Tim. II. 5. μα ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ἀλλὰ φησίν· * “ ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν
* v. 6. ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων· * „ ὁμοούσιον δὲ τὸν αὐτὸν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ θεϊκῶς, καθὼς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ὡμολόγησαν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ οὐχ' ὁμοιοούσιον εἰπόντες.

ε'. Περιττὸν οὖν ἄρα καὶ οὐκ ἀναγκαίως, θεοτόκον λέγοντες, ἐπάγομεν καὶ ἀνθρωποτόκον· ἀρκεῖ γὰρ, ὡς ἔφην, ἡ πρώτη φωνὴ, τὴν παντὸς ἡμῶν μυστηρίου τὴν ὁμολογίαν ἔχουσα, καὶ πρόφασιν εὑρεσιλογίας οὐδεμίαν παρέχουσα τοῖς ἐθέλουσι συκοφαντεῖν τὴν ἀλήθειαν· ἔθος μὲν γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς τὰ ὀρθῶς εἰρημένα παρατρέπειν εἰς κίβδηλον νοῦν· ξενιζόμεθα δὲ κατ' οὐδένα τρόπον, ἐννοοῦντες ὅτι πεπλάνηνται, καὶ αὐτὰς τὰς θείας παρερμηνεύοντες γραφάς· οὐκοῦν ἡμᾶς μὲν προσήκει κατά γε τὸν πρέποντά τε καὶ ὀρθῶς ἔχοντα σκοπὸν προσφέρειν τὰς λέξεις· εἰ δὲ νοοῦσι πάλιν οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἐκεῖνα ἀκού-
* Is. V. 20. σονται διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος· * οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· ἀλλ οὐδεμία κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, ἀλλ' οὐδὲ συμφώνησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαλ· βαδιούμεθα γὰρ ἡμεῖς τὴν ὀρθὴν καὶ ἀκιβδήλως ἔχουσαν ὁδὸν, ἤτοι τρίβον τὴν βασιλικήν τε καὶ ἀδιάστροφον· καταντήσομεν γὰρ οὕτως εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

aeque ac nos participem carnis et sanguinis, et consubstantialem ei nobisque secundum humanitatem; ita ut caro ex deipara Maria extiterit. Non enim est Christus nostrae substantiae similis, ut nonnullis visum est haereticis, sed consubstantialis, id est de nostra substantia constans. Ait enim scriptura, semen Abrahae apprehendisse. Secus vero substantia similis, non significat verum hominem, sed hominis similitudinem, sicuti Danihel aiebat. Verumtamen apostolus non similitudinem nos docuit, sed inquit: « homo Christus Iesus, qui dedit semet ipsum redemptionem pro omnibus. » Consubstantialem autem eundem Deo patri divinitus, sicuti et patres nostri confessi sunt: consubstantialem inquam patri dicentes, non simili substantia praeditum.

5. Supervacue igitur et absque ulla necessitate, quum deiparam dixerimus, hominiparam addimus. Sufficit enim, ut dixi, prius vocabulum, quod universi mysterii nostri confessionem continet, et nullam cavillationi verborum ansam praebet his qui calumniam veritati struere volunt. Est enim mos haereticorum, recte dicta ad adulterinum sensum transferendi. Neque id prorsus miramur reputantes, solere ipsos errare in divinis etiam interpretandis scripturis. Nos itaque decet congrua rectumque sensum habentia proferre vocabula. Quae si illi prave intelligunt, nil nostra interest. Ipsi audiant dicentem prophetam: vae qui dicitis malum bonum, et bonum malum! Sed nulla est communio lucis cum tenebris, neque Christi consensus cum Belial. Gradiamur utique nos recta et sine ullis ambagibus via, semita inquam regia nec obliqua. Quippe ita ad supernae vocationis bravium perveniemus, in Christo Iesu, per quem et cum quo gloria sit Deo patri, una cum sancto Spiritu, in saecula saeculorum, Amen.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΟΜΙΛΙΑ

ΛΕΧΘΕΙΣΑ ΕΝ ΤΟΙΣ * ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΠΤΙΣΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΦΑΡΜΟΥΘΙ ΚΗ' ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ΙΑ', ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΗΣ ΟΜΟΝΟΙΑΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΔΥΣΦΗΜΟΥ ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ (1).

* Ita codd.

# SANCTI EIUSDEM CYRILLI

## HOMILIA

DICTA IN FESTO SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE DIE ·XXVIII· MENSIS PHARMUTHI, INDICTIONE ·XI· DE FACTA CONCORDIA ECCLESIARUM, ET CONTRA NEFANDUM NESTORIUM.

Qui vera religione sunt innutriti, et divinorum dogmatum accuratam elimatamque habent notitiam, terra desiderabilis a propheta nominantur dicente: « et eritis vos terra desiderabilis, ait Dominus omnipotens, vosque beatos dicent omnes populi. » Porro terram desiderabilem esse dicit illam quae fecundissima et fructuosissima est, et sativorum pomorum mater et altrix. Huiusmodi est omnis Deo grata et sancta anima, agricolam veluti quemdam et omnis boni satorem nacta universalem servatorem Christum, qui et sacrorum quoque dogmatum irradiat notitià. Sed enim universalis hostis, id est Satanas, per tempora homines suscitat, qui in tritico mala zizania serant. Verumtamen haec, quamvis efflorescant, secantur, atque ita campus purgatur. Eiectus est itaque tota ecclesia irreligiosus Nestorius, amarum reapse diaboli zizanium: iamque concordant

Τοὺς εὐσεβείᾳ συντεθραμμένους καὶ τῶν θείων δογμάτων ἀκριβῆ καὶ τετορνευμένην ἔχοντας γνῶσιν, γῆν θελητὴν ὁ προφήτης ὀνομάζει λέγων· * « καὶ ἔσεσθε ὑμεῖς γῆ θελητὴ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, καὶ μακαριοῦσιν ὑμᾶς πάντα τὰ ἔθνη· » γῆν θελητὴν εἶναι φησὶν τὴν γονιμωτάτην καὶ εὔκαρπον, καὶ καρπῶν ἡμερῶν μητέρα καὶ τροφόν· τοιαύτη δὲ πᾶσα ἐστὶ θεοφιλὴς καὶ ὁσία ψυχὴ, γεωργὸν ὥσπερ τινα καὶ σπορέα παντὸς ἀγαθοῦ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα λαβοῦσα Χριστὸν, ὃς καὶ ἱερῶν ἡμῖν δογμάτων ἐναστράπτει τὴν γνῶσιν· ἀλλ' ὁ πάντων ἐχθρὸς, τουτ' ἔστιν ὁ σατανᾶς, ἐγείρει κατὰ καιροὺς τοὺς ἐπισπείροντας τῷ σίτῳ πονηρὰ ζιζάνια· πλὴν κἂν ἀνθήσωσιν, ἀποκείρονται· ἔστι δὲ οὕτω καθαρὸν τὸ χωρίον. Ἐκβέβληται τοίνυν ἀπὸ πάσης ἐκκλησίας ὁ ἀσεβὴς Νεστόριος τὸ πικρὸν ἀληθῶς τοῦ διαβόλου ζιζάνιον, καὶ ὁμογνωμονοῦσι λοιπὸν οἱ κατὰ πᾶσαν ὄντες τὴν οἰκουμένην θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι τῶν

* Malach. III. 12.

(1) Parva haec Cyrilli homilia extat latine tantummodo in concilii ephesini editionibus, puta in illa novissima Mansii ed. Florent. T. V. col. 289. Nunc demum graecus etiam textus, nova a nobis interpretatione donatus, ex duobus antiquis vaticanae bibliothecae codicibus 504. et 508. prodit, qui in futuris conciliorum editionibus postea collocabitur. Iam in codicibus legitur tantum ἐν τοῖς; num γενεθλίοις, *in nativitate?* (Alia Cyrilli homilia habita Ephesi die, ἐν ἡμέρᾳ, S. Ioh. Baptistae legitur opp. T. V. part. 2. p. 352.) Porro diem 28. pharmuthi aegyptiaci, quo recitata fuit haec homilia, incidere in diem 23. aprilis apud nos, monetur in margine loc. cit. (Sed apud Hard. concil. T. I. col. 1689. *indict. I.*) Grandis ceteroqui multorum eruditorum lis est super collatione mensium aegyptiacorum cum romanis; deque ea certe desperabat Averanius florentinus in dissert. de mensibus aegypt. cap. VI. Sed meliora ab hodiernis aegyptiacarum rerum scriptoribus dicta scio.



Digitized by Google

ὀρθὴν καὶ μίαν ὁμολογήσαντες πίστιν· συνήφθησαν τοίνυν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις, μᾶλλον δὲ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ αἱ οὖσαι κατὰ τὴν ἀνατολήν· ὡμολόγησαν γὰρ οἱ θεοσεβέστατοι τῶν ἐκεῖσε ἐπίσκοποι τὴν ὀρθὴν καὶ ἀβέβηλον πίστιν· οἷα δὲ γέγραφε πρός με ὁ θεοσεβέστατος καὶ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας Ἰωάννης, οἷα δὲ κἀγὼ πρὸς αὐτὸν ἀντέγραψα, ἀκούσεσθε σὺν θεῷ.

omnes per universum orbem pientissimi episcopi, rectam unamque confitentes fidem. Nostris itaque ecclesiis, immo cunctis toto orbe existentibus, copulatae sunt orientales ecclesiae: nam religiosissimi regionum illarum episcopi, rectam puramque professi sunt fidem. Quae autem ad me scripserit religiosissimus ac pientissimus Antiochiae episcopus Iohannes; quae vicissim ego ei rescripserim, Deo favente audietis.

---

## DE SANCTI CYRILLI HOMILIIS ALIQUOT

### ADNOTATIO.

Quamquam sancti Cyrilli homiliae plurimae fuerunt, teste Gennadio cap. 57, haeque adeo famigeratae, ut a graecis episcopis ad declamandi exemplum memoriae mandarentur (ceu videlicet apud Latinos sancti Augustini, Cyrillo coaetanei, sermones multitudine ac celebritate excelluerunt) attamen ego de iis generatim post alios bibliographos non loquar, ne forte actum agere videar. Paucas tantummodo memorabo, quas vel integras vel illarum fragmenta ego edidi, vel in codicibus adhuc retentas observavi. Sunt autem hae. 1. Homilia de parabola vineae, quae nondum graece fuerat edita. 2. Homiliae tres brevissimae de SS. MM. Cyro et Iohanne graece, itemque latine interprete Anastasio bibliothecario. (Huiuscemodi prorsus sunt tres illae S. Augustini conciunculae de S. Stephani miraculis in edit. Maurin. T. V. p. 1275.) 3. Homiliae fragmentum quod Christus dici non debeat homo theophorus, sed Deus incarnatus. 4. Homiliae quartae seu sermonis contra Arianos fragmentum. 5. Prosphoneticі ad Alexandrinos fragmenta. 6. Homiliarum partes aliquot in Nicetae ad Lucam catena. 7. Homilia de parabola decem virginum inscribitur Cyrillo in codice syriaco vat. 97; verumtamen ea legitur graece sub Chrysostomi nomine in graeco codice vat., extatque in Montfauconii editione inter spurias T. VIII. p. 45. seqq. etsi multa cum varietate. 8. Homilia de audienda liturgia Cyrillo item inscribitur in alio syriaco codice vat. 200, sed tamen hanc habere Cyrillum auctorem nondum mihi persuasi. 9. et 10. Homilias duas Cyrillo inscriptas de ascensione Domini, et de tribus pueris babylonicis atque Danihele, dixi olim me graece et partim etiam coptice, in codicibus observasse; neque tamen his fidem adiicere ausus sum. Postea tamen alia quoque de iisdem testimonia sum nactus: itaque fieri potest, ut harum fortasse alio tempore rationem habeam. 11. Homilia de paschate quaedam tribuitur Cyrillo in uno graeco codice, in alio autem Chrysostomo. 12. Cyrilli homilia de B. Mariae V. dormitione in codice vat. arab. 170, Script. vet. T. IV. p. 311. 13. Eiusdem Cyrilli homilia de paenitentia est in cod. vat. coptico 59, Script. vet. T. V. part. 2. p. 154. Denique paschalem tertiam homiliam, seu epistolam, quam deperditam quidam putant, nullis ego in codicibus reperi; neque ulla fortasse fuit. Feliciter tamen mihi obtigit, ut paschalis decimae septimae ineditam atque elegantem nanciscerer Arnobii latinam interpretationem, quam in quinto Spicilegii rom. volumine collocavi. De aliis vero nondum satis mihi perpensis aut exploratis, quas in codicibus scriptas aut memoratas interdum vidi, Cyrilli homiliis, dicere supersedeo. Denique tractatum de paschate, qui in editionibus tribuitur Ioh. Philopono, vidi inscriptum Cyrillo in uno cod. vat., in alio tamen eod. praedicto Philopono.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

### ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ.

# SANCTI CYRILLI

## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

### EXPLANATIO IN LUCAE EVANGELIUM.

### CAPITULUM I.

**Qui ab initio ipsi viderunt, et ministri fuerunt sermonis.**

Dum Verbi hypostatici ac viventis spectatores ait evangelista fuisse apostolos, consonat Iohanni Verbum factum esse carnem dicenti, atque apud nos inhabitasse, eiusque gloriam visam, gloriam quasi Unigeniti a patre. Per carnem enim factum est visibile Verbum, quae videlicet visibilis tangibilisque est et solida: nam per se ipsum visuali potentiae erat impervium. Rursusque Iohannes in epistola: « quod fuit ab initio, quod audivimus, quod oculis nostris vidimus, et manus nostrae contrectaverunt de Verbo vitae, et vita manifestata est. » Nonne audis, tangibilem appellari ab eo vitam? Nempe ut scias filium se hominem fecisse, et carne quidem esse visibilem, deitate autem invisibilem.

**Hic erit magnus et filius Altissimi vocabitur.**

Etenim pari gloria praeditus, atque omni re ei aequalis, ex quo effulsit, patri, merito intelligitur filius (1). Neque enim quum dispensatoria ratione factus est homo, omnino quicquam de suis attributis deminuit: neque eius natura passa aliquid est, cum apud nos pro nobis coepit ver-

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

*Οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου.* v. 2.

Τοῦ λόγου δὲ τοῦ ἐνυποστάτου καὶ ζῶντος αὐτόπτας εἰπὼν γενέσθαι ἀποστόλους, συμπεφώνηκε τῷ Ἰωάννῃ λέγοντι τὸν λόγον σάρκα γεγονέναι, καὶ ἐσκηνωκέναι ἐν ἡμῖν, καὶ τεθεωρῆσθαι τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός· διὰ γὰρ τῆς σαρκὸς, θεωρητὸς ὁ λόγος κατέστη, ὁρατῆς οὔσης καὶ ψηλαφητῆς καὶ ἀντιτύπου· ἀθεώρητος ὢν τὸ καθ' ἑαυτόν· καὶ πάλιν ὁ Ἰωάννης ἐν τῇ ἐπιστολῇ· * „ ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου ζωῆς, καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη· „ οὐκ ἀκούεις ὅτι ψηλαφητὴν ὀνομάζει τὴν ζωήν; ἵνα ἐνανθρωπήσαντα νοῇς τὸν υἱὸν, καὶ ὁρατὸν μὲν κατὰ σάρκα, ἀόρατον δὲ κατὰ τὴν θεότητα.

Cod. A. f. 2. b. E. f. 5.

* I. Ioh. I. 1.

*Οὗτος ἔσται μέγας, καὶ υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται.* v. 32.

Ἰσοκλεὴς γὰρ τῷ φύσαντι, κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσομέτρως ἔχων ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς υἱὸς νοοῖτ' ἂν εἰκότως· οὐ γὰρ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, μειονεκτεῖτο κατά τι γοῦν ὅλως αὐτοῦ· οὐδὲν γὰρ εἰς ἰδίαν ἠδικήθη φύσιν, ἀπό γε τοῦ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι δι' ἡμᾶς· μένει ἄτρεπτος κατὰ φύσιν A. f. 17.

(1) Animadverte iam inde ab initio vigilantissimum Cyrilli studium affirmandi divinitatem Christi domini, quod in omni eius scripto fieri videmus.

Digitized by Google

ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ὁ ὕψιστος καὶ κύριος ὀνομάζεται καὶ διὰ τῆς ἀγγέλων φωνῆς.

v. 37. Ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα.

E. f. 50. b. F. f. 734. Ἀποροῦσι δὲ πάλιν τινὲς, εἰ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὰ γινόμενα ἤδη καὶ πραχθέντα, δύναται ποιῆσαι μὴ γενέσθαι ποτὲ κατὰ τὸ, οὐκ ἀδυνατήσει αὐτῷ πᾶν ῥῆμα· οὐ γὰρ λέγομεν ὡς μὴ γινόμενα, ἀλλὰ μὴ γεγενῆσθαι τὴν ἀρχήν· οἷον εἰ τὴν πόρνην δύναται ποιῆσαι παρθένον ἐκ κοιλίας μητρὸς, ἵνα μήτε εἴη ποτὲ πόρνη, μήτε λέγοιτο, ὅτι παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ· πρὸς οὓς ἐροῦμεν, ὅτι ζητεῖσθαι χρὴ παρ' ἡμῶν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν εἰ μεγάλη καὶ ἀξιάγαστος, ὅτε τὸ δρώμενόν ἐστιν οὐκ ἀπηχὸς τῇ θείᾳ δόξῃ· οὐ γὰρ ὅτι πάντα δύναται, διὰ τοῦτο καὶ τῶν ἀτόπων αὐτὸν ἐργάτην ὁρᾶσθαι προσήκει· νοοῦμεν γὰρ ὅτι ἄτοπόν ἐστι τὸ λέγειν, εἰ δύναται ὁ Θεὸς ἑαυτὸν ποιῆσαι μὴ εἶναι Θεὸν, ἢ ἁμαρτίας δεκτικὸν, ἢ μὴ εἶναι ἀγαθὸν, ἢ ζωὴν, ἢ δίκαιον· δεῖ τοίνυν παραιτεῖσθαι παντὶ σθένει τὰς ἀτόπους οὕτω τῶν ἐρωτήσεων· διὰ τί δὲ Θεὸς οὐ δύναται τὴν πορνεύσασαν μὴ ποιῆσαι μὴ γενέσθαι ποτὲ πόρνην; ὅτι οὐ δύναται τὸ ψεῦδος ἀλήθειαν ποιῆσαι· καὶ οὐκ ἀσθενείας ἔγκλημα τοῦτο, ἀλλὰ φύσεως ἀπόδειξις οὐκ ἀνεχομένης τι παθεῖν, ὃ μὴ αὐτῇ πρέπει· ἀλλότριον δὲ Θεοῦ τὸ ψεῦδος παντελῶς· ψεῦσμα γάρ ἐστι τὸ τὴν πορνεύσασαν ποιῆσαι μὴ πορνεῦσαι ποτέ· δεῖ δὲ, ὡς ἔφην, τὰς οὕτως εὐήθεις τῶν ἐρωτήσεων καὶ πολὺ ἄτοπον ἐχούσας μηδὲ προσίεσθαι τὴν ἀρχὴν, μηδὲ τὴν θείαν ἀγνοεῖν φύσιν, μᾶλλον δὲ τῆς φύσεως ἐκείνης ἐξαίρετα.

v. 42. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

F. f. 56. F. f. 740. Οὐκ ἀκούεις καὶ τοῦ Δαβὶδ ψάλλοντος,
ἰδοὺ ἡ κληρονομία κυρίου, υἱοὶ ὁ μισθὸς
* Ps. CXXVI. 3. τοῦ καρποῦ τῆς γαστρὸς *; κληρονομία γὰρ
κυρίου οἱ διὰ πίστεως αὐτῷ υἱοθετηθέντες,
οἳ καὶ μισθός εἰσι Χριστοῦ, τοῦ γεγονότος
καρποῦ τῆς παρθενικῆς γαστρός· κατὰ τὸ,

sari: quippe invertibili natura est Dei Verbum. Propterea et Deus et altissimus ac dominus ab angelorum voce nuncupatur.

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Dubitant rursus nonnulli, num universalis Deus facere queat, ut res aliqua reapse facta et peracta, facta numquam fuerit: iuxta illud, non est ei impossibile omne verbum. Non enim loquimur de re non acta, sed de re acta quam actam fuisse nollemus. Veluti, an eam quae fuit meretrix, possit Deus efficere ceu ex matris utero virginem, ita ut neque meretrix fuerit, neque dicatur; quandoquidem impossibilia hominibus, possibilia Deo sunt. Quibus respondemus, debere nos Dei virtutem ita magnam et admirandam exquirere, ut res ab eo peragenda haud indigna sit Dei ipsius maiestate. Non enim quia omnia potest, idcirco absurdorum auctorem reputari eum decet. Etenim existimamus absurde quaeri, possit ne Deus efficere quominus ipse sit Deus, aut ut peccatum committat, aut ne sit bonus, et vivens, ac iustus. Oportet igitur totis viribus absurdas huiusmodi quaestiones vitare. Cur autem haud potest Deus efficere, ut quae fuerit meretrix, reapse non fuerit? nempe quia veritatem in mendacium convertere nequaquam potest. Neque id infirmitatis vitium est, sed naturae demonstratio pati quicquam sibi indecens impotentia: est autem a Deo prorsus alienum mendacium. Atqui mendacii genus foret, si quae fuerit meretrix, numquam fuisse meretricem efficeret. Oportet itaque, ut iam dixi, fatuis huiusmodi et valde absurdis quaestionibus numquam attendere, neque ignorare divinam naturam, vel potius naturae eiusdem dotes eximias.

Benedictus fructus ventris tui.

Nonne audis Davidem quoque psallentem: ecce ereditas Domini, filii merces fructus ventris? Quippe sunt Domini hereditas, quotquot adoptionem filiorum per fidem sunt consecuti. Iidem pariter Christi merces sunt, qui virginalis uteri factus est

fructus; iuxta illud: postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam.

αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου. * 
* Ps. II. 8.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis ipsorum.

Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν κ. τ. λ. v. 51.

Brachii vocabulo innuit (Maria) natum ex semet ipsa Verbum. Superbos autem dicit improbos daemonas, cum principe suo elationis causa lapsos: simulque Graecorum sapientes, qui evangelium, quod ipsis stultitia visum est, non admiserunt: nec non Iudaeos incredulos, qui indigna filio Dei sentientes dispersi fuerunt: potentes denique litteratos dicit ac pharisaeos, qui primas cathedras adpetebant. – Congruentius tamen est de scelestis daemonibus illa verba intelligere. Hos enim per orbem audacter grassantes dispersit adveniens Dominus, et captivatos ab ipsis homines ad suam obedientiam transtulit. Haec enim omnia prophetiam subsecuta sunt quae ait:

Αἰνίττεται ὁ βραχίων τὸν ἐξ αὐτῆς B. f. 16. H. f. 44. b.
ut accepturi; idque duplici ex causa: primum quidem quia hospitum suorum fruentur doctrinis; deinde etiam quia hospitalitatis mercedem cousequentur. Dum autem convivio excipiunt fratres, ne multo ministerio distrahantur, nec praeter id quod ad manum usumque fuerit, quicquam requirant: molestum enim est ubique et in omni re quicquid est nimium: nam et eos qui exhibere hospitalitatem vellent, remoratur; et iis qui recipiuntur hospitio grave est.

## ΚΕΦ. ΙΑ'.

v. 1. *Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον.*

A. f. 147. Καί τοι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ υἱὸς τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, καὶ διανέμει μὲν αὐτὸς τῇ κτίσει τὰ πάντα, δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοι καὶ σώζηται· δεῖται δὲ ὅλως αὐτὸς οὐδενός· πλήρης γάρ ἐστι φησὶν αὐτός· * τίνος ἂν ἐν χρείᾳ καθεστάναι φαίη τίς ἂν αὐτὸν, πάντα ἔχοντα φυσικῶς τὰ τοῦ πατρός; ἔφη γὰρ ἐναργῶς *, ὅτι πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστιν· ἔχει δὲ ὁ πατὴρ τὸ εἶναι πλήρης ἀγαθοῦ παντὸς καὶ θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων· ἔστι δὲ τοῦτο καὶ τοῦ υἱοῦ· καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι λέγουσιν ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν· * τί δῆτα οὖν προσεύχεται, φησὶν, εἰ πλήρης ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ὅλως δεῖται τῶν τοῦ πατρός; πρὸς τοῦτο φαμὲν ὅτι δίδωσι μὲν αὐτῷ ὁ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος, τὸ εἴ περ ἕλοιτο πληροῦν τὰ ἀνθρώπινα, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο· εἰ γὰρ ἔφαγε καὶ πέπωκεν, ὕπνου τε μετεσχηκὼς εὑρίσκεται, τί τὸ ἄτοπον κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς συγκαθιστάμενος μέτροις, καὶ ἀνθρωπίνην δικαιοσύνην ἀποπληρῶν, οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἐποιεῖτο τὴν προσευχήν; ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ῥαθύμους εἶναι πρὸς τοῦτο· συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον λιτὰς, οὐκ ἐν πλατείαις ἑστῶτας μέσαις (ἔδρων γὰρ τοῦτο τῶν Ἰουδαίων τινὲς, γραμματεῖς δέ εἰσιν οὗτοι καὶ φαρισαῖοι, φιλοδοξίας ἀφορμὴν τὸ χρῆμα ποιούμενοι) καταμόνας δὲ μᾶλλον, ἡσυχῇ τε καὶ ἀνακεχωρημένως, καὶ οἷον μόνους μόνῳ λαλοῦντας Θεῷ, καθαρῷ

* Is. I. 11.

* Ioh. XVI. 15.

* Ioh. I. 16.

## Cap. XI.

*Cum esset in quodam loco orans.*

Quum verus sit Deus, filiusque supremi Dei, et ipse creaturis omnia distribuat per quae bene habeant et conserventur: quumque nulla re prorsus indigeat, quia plenus, ut ait, est; cuiusnam rei usum optari ab eo quisquam dicat, qui omnia naturaliter habet quae patris sui sunt? Dixit enim manifeste: omnia quae pater habet, mea sunt. Est patris proprietas, ut omni re bona sit plenus Deoque dignis muneribus. Id vero proprium quoque filii est: cuius rei sancti homines gnari aiunt: de plenitudine eius nos omnes accepimus. Cur ergo iam orat, inquit aliquis, si plenus est, et nulla re caret quam habet pater? Ad haec dicimus, dispensationis in carne modum, concedere ei facultatem humana officia, si velit, implendi, quum occasio id tulerit. Nam si comedit et bibit, et somno indulsisse comperitur; quomodo sit absurdum, dum in nostrae naturae finibus versaretur, et humanae iustitiae daret operam, eum non incongruas preces frequentasse? ut nos doceret ne ad id genus officii torperemus, sed orationi animum intenderemus haud in mediis plateis stantes (id quod factitabant Iudaei nonnulli, scribae nimirum ac pharisaei, iactantiae occasionem inde capientes) sed solitarii potius, tacite atque seorsum, soli cum solo Deo colloquentes, pura minimeque distracta

mente. Oportebat enim bonae omnis atque utilissimae rei cuiuslibet initium nobis fieri atque magistrum, baud alium magis, quam ipsum qui in cunctis princeps est, atque omnium preces excipit.

Ait autem illis: cum oratis dicite, pater noster etc.

O magna liberalitas! o incomparabilis unique ipsi conveniens clementia! Suam nobis largitur gloriam, servum ad liberi dignitatem subvehit, patrem appellare concedit nobis Deum, ceu in filiorum ordine constitutis. Ab ipso autem hoc quoque munus accepimus; quam rem testabitur sapiens Iohannes dicens: quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Filii enim efficimur per genituram spiritalem, quae nobis accidit haud a corruptibili semine, sed a verbo Dei viventis permanentisque, sicuti scriptum est: voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturarum eius. Namque ita sanctorum apostolorum quidam locutus est. Quin adeo et ipse Christus, rei viam evidentem ostendit dicens: nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Immo vero, oportet enim quaedam etiam penitiora vobis dicere, ipse nobis factus est tam splendidae pretiosaeque gratiae via, ianua, occasioque, cum sibi nostram similitudinem induit. Sumpsit enim servi formam; quamquam, prout intelligitur et est reapse Deus, liber est, ut sua nobis communicaret. Solus enim suapte natura ipse liber est, qui solus filius est illius qui omnia excedit et universalis est dominus, patris inquam natura sua vereque liberi. Nam quod ad nativitatem perducitur, subditam habet creanti se cervicem. Canit itaque melodus, aitque ad eum: quoniam omnia serviunt tibi. Quod autem nostra ad se transferens, sapiente ratione sua nobis communicaverit, testis aderit mysteriorum eius

καὶ ἀπερισπάστῳ νῷ· ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ παντὸς καὶ ἐπωφελεστάτου πράγματος ἀρχὴν καὶ διδάσκαλον, οὐχ' ἕτερόν τινα ἡμῖν γενέσθαι μᾶλλον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον λιτάς.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς· ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· πάτερ ἡμῶν κ. τ. λ. v. 2.

Ὢ πολλῆς ἀφθονίας, ὢ γαληνότητος A. f. 142. ἀσυγκρίτου καὶ μόνῳ πρεπούσης αὐτῷ· τὴν ἰδίαν ἡμῖν χαρίζεται δόξαν, ἀναβιβάζει τὸ δοῦλον εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα, πατέρα καλεῖν ἐφίησι τὸν θεόν, ὡς ἐν υἱῶν τάξει γεγενημένους· παρ' αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχήκαμεν· καὶ μεμαρτύρηκε λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· * ὅσοι δὲ ἔλα- * Ioh. I. 12. βον αὐτόν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι· μεμορφώμεθα γὰρ εἰς υἱότητα, διὰ γεννήσεως τῆς πνευματικῆς, τελουμένης ἐν ἡμῖν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος θεοῦ καὶ μένοντος, καθὰ γέγραπται· βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων· ἔφη γὰρ οὕτω τίς τῶν ἁγίων ἀποστόλων· * καὶ * Iac. I. 18. αὐτὸς δέ που Χριστός, τὴν τοῦ πράγματος ὁδὸν ἐναργῆ καθίστη, λέγων· * ἐὰν μή τις γεννη- * Ioh. III. 5. θῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· μᾶλλον δέ, δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς (1) καί τι τῶν ἀποῤῥήτων εἰπεῖν, αὐτὸς ἡμῖν γέγονε τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιοκτήτου χάριτος ὁδός, καὶ θύρα, καὶ ἀφορμή, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθών· ἔλαβε γὰρ δούλου μορφήν, καίτοι καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστιν θεός, ἐλεύθερος ὤν, ἵν' ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ χαρίσηται· μόνος γὰρ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος αὐτός, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν υἱὸς τοῦ τὰ πάντα ὑπερκειμένου καὶ κατεξουσιάζοντος τῶν ὅλων. φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐλευθέρου παιδός· πᾶν γὰρ τὸ παρενεχθὲν εἰς γένεσιν, δοῦλον ὑπέχει τῷ κτίσαντι, τὸν αὐχένα· ψάλλει γοῦν ὁ μελῳδός, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλα σου· * ὅτι δὲ τὰ ἡμέτερα εἰς ἑαυτὸν μεταθείς, * Ps. CXVIII. 91. οἰκονομικῶς δέδωκεν ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πι-

(1) Nota indicium, recitatam ad populum fuisse homiliarum more hanc explanationem; sicut alibi vocabulum vocativum *carissime* id ipsum innuit.

στώσειται γράφων ὁ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἱερουργὸς, ὁ πάνσοφος Παῦλος· * ὅτι πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσεν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· πτωχεία μὲν γὰρ τῷ Θεῷ λόγῳ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἤτοι τὰ ἀνθρώπινα· πλοῦτος δὲ τῇ ἀνθρώπου φύσει, τὸ λαβεῖν τὰ αὐτοῦ· ὧν ἕν ἐστι τὸ ἐλεύθερον ἀξίωμα, πρέπον ὡς μάλιστα τοῖς εἰς υἱότητα κεκλημένοις· αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἔφην, τὸ δῶρον· ἔφη γὰρ πρὸς ἡμᾶς *, καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς, εἷς γάρ ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ οὐράνιος· πάντες δὲ ὑμεῖς, ἀδελφοί ἐστε· εἷς γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, διὰ τοῦτο πεπλουτήκαμεν ἡμεῖς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀδελφότητα· κελεύει τοίνυν παρρησιάζεσθαί τε καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς πατέρα· οἰκονομικώτατα δὲ λίαν δίδωσι κἀκεῖνο τοῖς προσευχομένοις ἐννοεῖν· εἰ γὰρ πατέρα καλοῦμεν τὸν Θεόν, καὶ τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἠξιώθημεν τιμῆς, πῶς οὐκ ἀξίως τοῦ τετιμηκότος πολιτευσόμεθα; τοῦτό τις ἔφη τῶν ἁγίων ἀποστόλων· * εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε.

II. Cor. VIII. 9. · * Matth. XXIII. 9. · * I. Petr. I. 17

v. 2. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

A I. 119. b. Ἆρα ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐγγενέσθαι παρακαλοῦμεν τῷ παναγίῳ Θεῷ; καὶ μὴν τοῦτο ἐστὶν οὐκ ἄμεμπτον παντελῶς· πλήρης γάρ ἐστι, καθὰ φησὶν αὐτὸς *, ἐξ ἑαυτοῦ τὲ, καὶ ἐν ἑαυτῷ παντέλειος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ χορηγῶν τῇ κτίσει τὸν ἁγιασμὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος· πρὸς δὲ αὖ τούτοις, εὔηθες καὶ καταγέλαστον τὸ νομίζεσθαι τοὺς προσευχομένους οὐχ' ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὰς λιτάς· τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου; φαμὲν, ὅτι οὐχ' ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐνυπάρξαι παρακαλοῦσι τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ· τίς γάρ ἐστιν ὁ μείζων αὐτοῦ, καὶ προσδοῦναί τι δυνάμενος; χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ἑαυτοῖς τε καὶ πᾶσιν ὑπάρξαι παρακαλοῦσιν· ὅτε διακείμεθα καὶ πιστεύομεν ὅτι Θεὸς ὁ φύσει καὶ ἐπὶ πάντας, ἅγιος ἁγίων ἐστὶ,

* Io. I. 16.

sacerdos sapientissimus Paulus scribens: qui quum dives esset, egenus est factus, ut nos inopia eius divites essemus. Etenim inopiae instar Deo Verbo fuit, res humani generis participare; opum autem instar est hominis naturae, dum quae sunt Christi accipit; quas inter libertatis dignitas est, eos potissime decens qui ad adoptionem in filios sunt vocati. Iam et hoc ipsum, ut dixi, donum ipsius est. Dixit enim nobis: nolite patrem vobis vocare super terram: unus enim est pater vester caelestis: vos autem cuncti fratres estis. Nam quia unus ipse de nobis factus est, idcirco fraternitatem cum illo nacti sumus. Iubet itaque nos audere, et patrem in precibus invocare. Sapientissime autem illud quoque orantes vult cogitare: nam si patrem appellamus Deum, tamque splendido adfecti honore fuimus, cur indignam bonorante vitam degimus? Hoc quidam sanctorum apostolorum ait: si patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione, secundum uniuscuiusque opus iudicat, cum timore incolatus vestri tempore conversamini.

Sanctificetur nomen tuum.

Num sanctitatis additamentum fieri petimus Deo sanctissimo? Hoc quidem prorsus est improbabile. Plenus est enim, ut ipse ait, se ipso, atque in se perfectissimus; immo ipse sanctitatem creatis rebus suppeditat de plenitudine sua. Stultum insuper et ridiculum est existimare, eos qui orant non magis pro se, quam pro illo, preces effundere. Quid ergo sibi volunt verba « sanctificetur nomen tuum? » Dicimus, homines haud precari ut summo Deo sanctitatis fiat accessio. Quis enim maior est illo, atque ei quicquam superaddere valens? Nam quod minor a maiore benedicatur, extra omnem controversiam est. Sed illud potius et sibi et cunctis ut eveniat orant. Cum consideramus et credimus Deum, qui natura sua supra omnes est, sanctum sanctorum esse, tunc eius timorem mente nostra volventes, rectam et inculpabilem vi-

Digitized by Google

tam degimus; ut sic sancti effecti, ad Deum sanctum appropinquare possimus. Scriptum est enim: sancti estote, quia ego sanctus sum. Dixit vero aliquando Deus hierophanti Moysi: in appropinquantibus mihi sanctificabor. Ergo in nobis, inquit, sanctum esto nomen tuum; hoc enim heic vocabulum « sanctificetur » significat. Neque pro se ipsis tantum sed etiam pro universo mundo hoc orantes petunt. Etenim reputandum est, apud eos qui nondum veritatis lumen sunt adepti, neque fidem receperunt, contemni adhuc nomen Dei. Nondum quippe illis sanctum videtur augustum atque adorabile. Quum autem ipsia veritatis iubar illuxerit, ac veluti ex nocte et tenebris evigilaverint, vix tum denique cognoscentes quis quantusve sit, ipsum sanctum esse sanctorum confitebuntur. Quod vero haec ita se habeant, inde intelliges. Ait quidam de sanctis prophetia: Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit tibi pavor: quod si illi confisus fueris, erit tibi in sanctificationem. Num ergo nos sanctum efficimus Deum, qui de propria plenitudine distribuit copiose creaturis quae sua sunt? Sine dubio autem hoc dicimus ab eo doceri, nempe ipsum sanctum credite; tunc enim eundem timebitis, atque ita vobis causa sanctitatis erit. De Christo item scriptum est: sanctificate eum, qui animam suam vilificavit, id est qui eam pensi non habuit, quam scilicet pro nobis posuit. Verumtamen a vobis sanctificetur, inquit, id est eum sanctum esse fateamini. Est enim revera suapte natura talis, quum sit Deus verus, et filius Dei. Nam sanctitas substantialis, neminis propria est, qui de non extantibus ad existendum productus fuerit, sed uni summae et super omnia naturae. Cum ergo credimus eum natura propria sanctum, hoc valet dictio « sanctificare eum » tunc simul confitemur Deum esse verum, et quidem a ceteris rebus seiunctum, et summo in culmine constitutum.

τότε τὸν φόβον αὐτοῦ λαβόντες εἰς νοῦν, ὀρθήν τε καὶ ἀνεπίληπτον ἐπιτηδευόμεθα ζωήν· ἵνα οὕτως ἅγιοι γεγονότες, ἐγγὺς εἶναι δυνηθῶμεν τοῦ ἁγίου θεοῦ· γέγραπται γάρ· * ὅτι ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιος εἰμί· ἔφη δή που καὶ πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα· * ἐν τοῖς ἐγγίζουσί μοι ἁγιασθήσομαι· οὐκοῦν ἐν ἡμῖν. φησὶν, ἅγιον ἔστω τὸ ὄνομά σου· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ ἁγιασθήτω δηλοῖ· καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, τοῦτο παρακαλοῦσιν· ἐννόησον γὰρ ὅτι παρὰ τοῖς οὔπω τὸ τῆς ἀληθείας πλουτήσασι φῶς, μήτε μὴν τὴν πίστιν παραδεξαμένοις, ἔτι καταπεφρένηται τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ· οὔπω γὰρ αὐτοῖς ἅγιον εἶναι δοκεῖ, καὶ σεπτὸν καὶ προσκυνητόν· ἐπὰν δὲ τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐλλάμψῃ φῶς, καὶ ὡς ἐκ νυκτὸς καὶ σκότους διεγρηγορήσωσι, μόλις τότε μαθόντες τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν, ἅγιον ἁγίων ὁμολογοῦσιν αὐτόν· ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, συνήσεις ἐντεῦθεν· ἔφη τίς τῶν ἁγίων προφητῶν· * κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμόν· ἆρα οὖν ἡμεῖς ἅγιον ἀποτελοῦμεν τὸν θεὸν, τὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμοντα πλουσίως τῇ κτίσει τὰ παρ' ἑαυτοῦ; ἀλλὰ δῆλον ὡς ἐκεῖνο διδάσκειν φαμὲν αὐτὸν, ὅτι ἅγιον εἶναι αὐτὸν πιστεύετε· τότε γὰρ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, ἔσται δὲ ὑμῖν καὶ εἰς ἁγιασμόν· γέγραπται δὲ πάλιν περὶ Χριστοῦ· * ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχήν· τουτέστι, παρ' οὐδὲν αὐτὴν ἡγήσατο· τέθεικε γὰρ αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν· πλὴν ἁγιαζέσθω, φησὶ, παρ' ὑμῶν, τουτέστιν ὁμολογείσθω ἅγιος· καὶ γάρ ἐστι τοῦτο κατὰ φύσιν, θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ υἱὸς θεοῦ· τὸ γὰρ ἅγιον οὐσιωδῶς, πρέποι ἂν οὐδενὶ μὲν τῶν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένων, μόνῃ δὲ τῇ ἀνωτάτῳ καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει· ὅταν οὖν πιστεύωμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιός ἐστι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἁγιάζειν αὐτὸν, τότε προσομολογοῦμεν ὅτι καὶ θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἔτι δὲ κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν λοιπῶν, καὶ ἐν ὑπεροχῇ μεγίστῃ.

* Lev. XI. 44.
* Lev. X. 3.
* Is. VIII 13.
* Is. XLIX. 7.

v. 2. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

A. f. 150. Ἀεὶ γε μὴν βασιλεύοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ κατακρατοῦντος ὅλων, τί δὴ βούλεται τὸ, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου; ἐοίκασι τοίνυν ἐπιθυμεῖν οἱ τοῦτο λέγοντες ἐν προσευχαῖς, ἐπιλάμψαντα πάλιν ἰδεῖν ἐν κόσμῳ, τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν· ἥξει γὰρ ἥξει, καὶ καταβήσεται κριτὴς, καὶ οὐκ ἐν ὑφέσει τότε τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ δορυφορούντων ἀγγέλων, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον· ἀπολογίας τοίνυν ὁ τότε καιρὸς, μᾶλλον δὲ δοκιμασίας καὶ ἀνταποδόσεως· πῦρ ηὐτρέπισται τοῖς ἀνόμοις, καὶ δίκη μακρὰ, διηνεκῆ κολαστήρια· εἶτα πῶς ἰδεῖν ἐκεῖνον εὔχονται τὸν καιρόν; ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ σωτῆρος τὸ εὔτεχνὲς, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἀξιοθαύμαστον οἰκονομίαν· ἐκέλευσε γὰρ διὰ προσευχῆς αἰτεῖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ὄντως φρικτὸν ἐπιστῆναι καιρὸν, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι διαβιοῦν αὐτοὺς ἀναγκαῖον, οὐ ῥαθύμως ἢ παρειμένως, ἁγιοπρεπῶς δὲ μᾶλλον, καὶ κατά γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν· ἵνα στεφάνων αὐτοῖς εὑρεθῇ πρόξενος ὁ καιρὸς, καὶ μὴ πυρὸς καὶ δίκης· τοῖς γὰρ ἀνόμοις καὶ βεβήλοις, πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον τὸ λέγειν ἐν προσευχαῖς, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· ἤγουν ἴσασιν ὡς τοῦτο λέγοντες, μονονουχὶ καταιτιῶνται θεὸν, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτοῖς ὁ τοῦ κολάζεσθαι καιρὸς ἀνίσχει καὶ φαίνεται· τούτοις ἐπιφθέγγεταί τις τῶν

* Amos V. 18. ἁγίων προφητῶν· * οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν κυρίου· ἵνα τί; ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα τοῦ κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος· οὐκοῦν αἰτοῦσιν οἱ ἅγιοι τὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὁλοτελοῦς βασιλείας ἐπιστῆναι καιρὸν, ἅτε δὴ πεπονηκότων ἃ δεῖ, καὶ τῶν ἤδη προειργασμένων αὐτοῖς ζητοῦντες τὰς ἀμοιβάς· τεθαῤῥήκασι γὰρ ὅτι λαμπροὶ παραστήσονται τῷ κριτῇ.

v. 3. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

A. f. 150. b. Ἀξιοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστόν· τὸ γὰρ ἐν γῇ βούλεσθαι κρατεῖν τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ, τί ἂν ἕτερον εἴη, πλὴν ὅτι τὸ πάντας ἐθέλειν ἁπάσης ἀρετῆς ἀποτελεστὰς εἶναι καὶ ἐπιστήμονας; οὕτω καὶ διαπρέπειν ἐν οὐρανοῖς τοὺς ἁγίους

Adveniat regnum tuum.

Age vero quum Deus ab aeterno regnet, et universale imperium teneat, quid sibi volunt verba « adveniat regnum tuum? » Videntur itaque optare, qui haec dicunt orantes, videre rursus apparentem mundo universalem servatorem Christum. Veniet enim veniet, descendetque iudex, neque iam in humilitate nostra, sed cum digna Deo gloria stipantibus angelis, ut mundum iudicet. Defensionis erit ergo tempus illud, probationis ac retributionis: ignis praeparatus est improbis, et diutina poena, perpetuusque cruciatus. Cur ergo ut videant tempus illud, orant? Considera mecum rursus Servatoris sollertiam, et in omni re prudentiam admirandam. Iussit enim precibus postulare illius vere formidandi temporis adventum, ut cognoscerent oportere eos vivere haud ignave aut dissolute, sed potius ut sanctos decet, atque uti Deo placet; ut praemia ipsis illud tempus conferat, non autem flammas ac poenam. Nam impiis atque impuris, nullatenus convenit dicere in precibus, adveniat regnum tuum. Sciant itaque quod ita precantes, propemodum incusant Deum, quod non citius ipsis punitionis tempus oriatur et superveniat. His sanctus quidam propheta inclamat: vae iis qui diem Domini optant. Cur? haec vobis dies Domini, tenebrae erit non lumen, caligo luce omni carens. Ergo petunt sancti, ut Servatoris nostri universaliter regnaturi tempus adsit; quoniam satis iam laboraverunt, et patratorum a se operum mercedem exquirunt. Confidunt enim, splendidos se coram iudice appărituros.

Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.

Hoc quoque sanctos decet, et quamlibet laudem excedit. Nam velle in terra praevalere bonam Dei voluntatem, quid aliud est quam velle ut cuncti virtutem omnem exerceant eaque se imbuant? Sic excellenter se gerere sanctos angelos in

caelis dicimus. Scriptum est enim de ipsis: benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius qui facitis voluntatem ipsius. Qui itaque ita dicunt, vires suppeditari postulant in terra degentibus, ut Dei voluntati obtemperent, et supernam caelestem imitentur vitam, eam scilicet quam sancti angeli agunt. Ut, quemadmodnm Paulus ait, etsi in terra ambulantes, nihilominus in caelo conversentur. Insuper dicimus, peccati extinctionem cupere eos videre qui dicunt: fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra. Voluntas enim, ut dixi, summi Dei est, ut sancte in terra vivamus, atque ita primogenitorum ecclesiae, supernae inquam, imitatio et imago veluti quaedam in terris conspecta Christum oblectet.

Panem nostrum ob subsistendum da quotidie.

Putant fortasse nonnulli, incongruum esse, et sanctis alienum, corporalia a Deo postulare, eamque ob causam ad spiritalem sensum id dictum transferunt; panemque eos petere dicunt non terrestrem non corporalem, sed illum potius caelo desuper descendentem vitamque mundo praebentem, sive ut aiunt, incorporeae vereque existenti substantiae, id est animae; quae quia non praeterit, proprie substantia est. Ego vero, sanctos quidem maxime decere, ut spiritalibus donis potiri studeant, nihil dubitans dixerim; ct tamen illud cogitare par est, quod etiamsi panem petant vulgarem, atque id agere praeceperit eis Servator, nullo probro obnoxiam faciunt supplicationem. Videsis enim quaenam huic dicto sententia insit. Dum enim iussit petere eos panem, sive victum quotidianum, constat eundem ipsis insinuasse nihil ut possideant, sed sanctam potius paupertatem sectentur. Non enim habentium mos est petere, sed in penuria constitutorum. Si quis autem nulla re indigens, Deo om-

ἀγγέλους φαμέν· γέγραπται γὰρ περὶ αὐτῶν·* εὐλογεῖτε τὸν κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ· ἰσχὺν τοίνυν παρακαλοῦσι δοθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς οἱ τοῦτο λέγοντες, ἵνα ποιῶσι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν ἄνω καὶ ἐν οὐρανοῖς ἀπομιμῶνται πολιτείαν, τὴν παρά γε φημὶ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ἵνα ὡς ὁ Παῦλος φησὶν *, ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, ἔχωσιν ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα· πρὸς δ᾽ αὖ τούτοις φαμὲν, ὅτι τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀναίρεσιν αἰτοῦσιν ἰδεῖν οἱ λέγοντες, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· θέλημα γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦ ἐπὶ πάντας θεοῦ, τὸ ἁγίως πολιτεύεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα τῆς τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίας, τῆς ἄνω φημὶ, μίμημα καὶ εἰκὼν ὥσπέρ τις, ἡ ἐπὶ γῆς ὁρωμένη, κατευφραίνῃ Χριστόν. • Ps. CII. 21. • Philip. III. 20.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον (1) δίδου ἡμῖν τὸ καθ᾽ ἡμέραν. v. 3.

Οἴονται δὲ ἴσως τινὲς, ἀνάρμοστον εἶναι καὶ ἀπεοικὸς ἁγίοις, τὸ αἰτεῖν παρὰ θεοῦ τὰ σωματικὰ, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀποφέρουσι τὸ εἰρημένον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν· καὶ δὴ καὶ ἄρτον φασὶν αὐτοὺς αἰτεῖν, οὐκ ἐπίγειον, οὐ σωματικὸν, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ παρέχοντα, ἢ ὥς φασιν, ἀληθεῖ οὐσίᾳ καὶ ἀσωμάτῳ, τουτέστι τῇ ψυχῇ· αὕτη γὰρ διὰ τὸ μὴ ῥευστὸν, κυρίως οὐσία ἐστίν· ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἁγίοις πρέποι ἂν ὅτι μάλιστα τὸ πνευματικῶν χαρισμάτων ἐπείγεσθαι μεταλαχεῖν, φαίην ἂν ἐνδοιάσας οὐδέν· πλὴν ἐκεῖνο ἄξιον ἰδεῖν, ὅτι κἂν ἄρτον αἰτῶσι κοινὸν, καὶ τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς προστέταχεν ὁ σωτὴρ, μώμου παντὸς ἐλευθέραν ποιοῦνται τὴν πρόσοδον· ἄθρει γὰρ ὁποῖος τοῖς εἰρημένοις ἐγκέκρυπται νοῦς· δι᾽ ὧν γὰρ προστέταχεν ἄρτον αἰτεῖν, ἤτοι τροφὴν τὴν ἐφήμερον, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν, μηδὲν ἔχειν αὐτοῖς ἐφιεὶς, ἁγιοπρεπῆ δὲ μᾶλλον ἐπιτηδεύειν πτωχείαν· οὐ γὰρ τῶν ἐχόντων τὸ αἰτεῖν, ἀλλὰ τῶν ἐν σπάνει καθεστηκότων· ἐπ᾽ ἂν δέ τις οὐ- A. f. 150. b.

(1) Ignotum Graecis hoc vocabulum ἐπιούσιος, et evangelicis tantum paginis traditum, testatur Origenes de orat. ff. 27, cuius etymologicam explicationem sequitur noster Cyrillus.

θενὸς ἐν χρείᾳ καθεστηκὼς, Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι λέγει, δὸς ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐφήμερον, δόξειεν ἂν εἰρωνεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γοῦν ἀληθῶς βούλεσθαι λαβεῖν· ἄρτον δὲ τὸν ἐπιούσιον, οἱ μὲν εἶναί φασι τὸν ἥξοντά τε καὶ δοθησόμενον κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἵνα νοῆται πάλιν πνευματικῶς· οἱ δὲ καὶ εἰς ἑτέρας ἐννοίας ἀποφέρουσι τὴν φωνήν· ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀληθὲς ὡς ἄρτου τοῦ δοθησομένου κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα μνήμην ποιοῦνται προσευχόμενοι, διὰ τί προσεπάγουσι τὸ, δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν; ἔστι γὰρ ἔτι διὰ τούτων ἰδεῖν, ὅτι τῆς ἐφημέρου τροφῆς ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, ὡς ἀκτήμονες δηλονότι· ἐπιούσιον δὲ τὸν αὐτάρκη νοεῖσθαι χρή· τέθεικέ που τὴν λέξιν, καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος, βραχὺ παραλλάξας, ἐπὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτὸν ἑαυτῷ κατασκευάσαι λαὸν περιούσιον *, ἀντὶ τοῦ ἐπιουσίου, τὸ περιούσιον εἰπὼν, τουτέστι, τὸν ἀρκοῦντα, καὶ τὸν τελείως ἔχειν οὐχ' ἡττώμενον.

* Tit. II. 14.

nia scienti dicat: da mihi panem quotidianum, ironice potius loqui videbitur, quam aliquid vere velle accipere. Panem vero ut ita dicam subsistentiae, alii dicunt venturum illum esse, id est in futuro saeculo dandum, ut denuo de spirituali cogitemus: alii autem ad alios quoque sensus id vocabulum transferunt. Sed enim, si forte verum sit eos orantes de pane loqui, qui in futuro saeculo dandus est, cur addunt da nobis quotidie? Hinc videlicet denuo patet, petere eos quotidianum panem, nempe ut pauperes. Subsistentiae autem panem, intelligere oportet sufficientem. Vocabulum hoc adhibuit, parum quid immutatum, beatus apostolus de omnium nostrûm Servatore Christo. Ait enim ipsum sibi comparasse populum περιούσιον, loco ἐπιούσιον dicens περιούσιον, id est sufficientem, statuque perfecto non inferiorem.

v. 4. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν κ. τ. λ.

A. f. 151. Βούλεται χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ κύριος· ὡς ἀνεπιπλήκτως δύνασθαι λέγειν ἐν προσευχαῖς· ἄφες ἡμῖν, ὅτι ἀφήκαμεν· ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως· πρῶτον, αἰτεῖν ἐπιτάττει τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, εἶθ' οὕτως ὁμολογεῖν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀφήσουσι καὶ αὐτοί· καὶ ἵνα οὕτως εἴπω, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀνεξικακίας μιμητὴν * ἐθέλουσι γενέσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἣν ἂν αὐτοὶ παράσχωνται τοῖς ὁμοδούλοις χρηστότητα, ταύτην ἐν ἴσῳ μέτρῳ ζητοῦσι λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ δίκαια νέμοντος, καὶ κατοικτείρειν ἅπαντας εἰδότος Θεοῦ· καὶ μή τις οἰέσθω τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς ἐξεῖναι λέγειν, ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· οὐ γὰρ τοῖς οὖσιν ἐν τῷ πλημμελεῖν ἔτι πρέποι ἂν λέγειν τὸ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· ἐκείνοις μᾶλλον οἵπερ ἂν εἶεν ἀποφοιτήσαντες μὲν τῶν ἤδη προεπταισμένων, ἀντεχόμενοι δὲ τοῦ διαζῆν λοιπὸν ἐθέλειν ἁγιοπρεπῶς· δεῖ τοίνυν αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, προαφέντας ἡμᾶς τοῖς κατά τι γοῦν προσκεκρουκόσιν, ὅταν εἰς ἡμᾶς καὶ μὴ εἰς

* cod. μιμηταῖς.

Et dimitte nobis peccata nostra etc.

Vult benignos esse et iniuriarum obliviosos discipulos suos Dominus; ut irreprehensibiliter dicere possint in suis precibus: dimitte nobis, quia dimisimus. O altitudo divitiarum, et sapientiae ac scientiae! Primum, petere iubet peccatorum propriorum remissionem, deinde confiteri se quoque omnino veniam aliis daturos: atque ut ita dicam, haerentis sibi indulgentiae imitatorem volunt fieri Deum; et quam ipsi exhibuerint conservis benignitatem, hanc pari mensura quaerunt consequi a insto rerum datore, et omnium misereri solito Deo. Nec tamen quisquam existimet cuique indifferenter licere dicere, dimitte nobis peccata nostra. Non enim eos qui peccare pergunt decebit dicere, dimitte nobis peccata nostra; sed eos potius, qui a priore culpa recesserint, nunc autem sancte vivere studeant. Oportet itaque a Deo postulare peccatorum veniam, postquam iis qui nos laeserint pepercerimus; si tamen ii adversus nos, non autem in divinam supremamque peccaverint maiestatem.

Neque enim delictorum illorum, sed horum tantummodo quae in nos commissa fuerunt, potestatem habemus.

Et ne nos inducas in tentationem.

Usque ad hunc locum orationem recitat Lucas; Matthaeum vero comperimus addere: sed libera nos a malo. Habent autem haec dicta plurimam connexionem: est enim consectaneum ut si in tentationem non ingredimur, malo liberemur. Immo si quis dicat, liberari idem esse ac non ingredi in tentationem, a veritate non abludet. Dum autem sic loqui nos docet, haud sane molles aut timidos nos vult esse, quin potius viriles, et ad laudabile opus quodlibet alacres: insuper etiam modestos et pauperes spiritu; neque existimare, fore nos in omni prorsus tentatione superiores. Intolerabilis enim quandoque incidit in hominis animum consternatio, et confidentissimam quamque mentem tentationis pondus perfringit. Oportet itaque haud nimis audere in tentationibus, sed reputare potius mentis nostrae infirmitatem. Ergo deprecemur quidem tentari; occasione tamen necessaria vocante, tunc demum omni exprompta strenuitate decertandum est. Duplex vero est tentationum genus: aut enim aliquis a diversae sectae hominibus tentatur, aut ab ignominiae passionibus. Debemus itaque in his tam gravibus versantes malis, vel etiam ante quam eveniant, orare ac dicere: ne nos inducas in tentationem. Sed cum ipsa tentatio ingruet, tunc resiste fortiter, carnem increpa, frenum menti iniice, opem a Deo pete. Tunc enim auxiliabitur, et victoriam concedet universalis Servator ac dominus.

Et ait ad illos: quis vestrum habebit amicum? etc.

Mirabilis heic est sententiarum ordo. Docuit enim Servator quemadmodum opus sit orare, sciscitantibus id sanctis apostolis. Sed oportebat, eos qui hanc tam venerabilem salutaremque doctrinam accepe-

αὐτὴν τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ἁμαρτάνωσι δόξαν· οὐ γὰρ ἐκείνων ἡμεῖς ἐσμὲν κύριοι, μόνον δὲ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγονότων.

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. v. 4.

Μέχρι μὲν τούτου τὴν προσευχὴν ἵστησιν ὁ A. f. 152.
Λουκᾶς· ὁ δέ γε Ματθαῖος * εὑρίσκεται προσ- * Matth. VI. 13.
επενεγκών· ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ἔνεστι δὲ τοῖς λόγοις πλείστη τις ἀκολουθία· ἕψεται γὰρ πάντως τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, τὸ ἐκ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς· ἢ τάχα που, ταυτὸν εἶναί τις εἰπὼν τὸ ῥυσθῆναι τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς· οὐκ ἀνάνδρους δὲ ἡμᾶς οὔτε δειλοὺς εἶναι βούλεται, ταῦτα διδάσκων λέγειν, νεανικοὺς δὲ μᾶλλον, καὶ ἐφ' ἅπασιν εὐτόλμους τοῖς ἐπαινουμένοις· πρὸς δὲ αὖ τούτοις, καὶ μετριόφρονας καὶ πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ μὴ νομίζειν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως παντὸς περιεσόμεθα πειρασμοῦ· ἀφόρητον γὰρ ἔσθ' ὅτε καταμπίπτει δέος τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς, καὶ εὐτολμότατον συνθραύει φρόνημα τοῦ πειρασμοῦ τὸ βάρος· χρὴ τοίνυν μὴ καταθρασύνεσθαι πειρασμῶν, διαλογίζεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ ἀσθενές· οὐκοῦν παραιτώμεθα μὲν τὸ πειράζεσθαι· καιροῦ δὲ καλοῦντος ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰς τοῦτο, τότε δὴ τότε παντὶ σθένει χρωμένους ἀγωνίζεσθαι χρή· διττὸν δὲ τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γάρ τις ὑπὸ τῶν ἑτεροφρόνων πειράζεται, ἢ ὑπὸ τῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν· δεῖ δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐνομιλοῦντας κακοῖς, ἢ γοῦν οὔπω γεγονότας ἐν αὐτοῖς, προσεύχεσθαί τε καὶ λέγειν, μὴ εἰσαγάγῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· ἐπιπηδήσαντος δὲ πειρασμοῦ, τότε γενναίως ἵστασο, ἐπιτίμησον τῇ σαρκὶ, χαλινὸν ἐπίθες τῷ νῷ, αἴτησον ἐπικουρίαν τὴν παρὰ θεοῦ· ἐπικουρήσει γὰρ τότε καὶ παρέξει τὸ νικᾶν ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος (1).

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον; κ. τ. λ. v. 5.

Θαυμαστὴ τῶν ἐννοιῶν ἡ τάξις· ἐδίδαξε A. f. 153 B. f. 112.
μὲν γὰρ ὁ σωτὴρ, τίνα δεῖ προσεύχεσθαι τρόπον, αἰτησάντων τοῦτο τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ἀλλ' εἰκὸς ἦν τὸ σεπτὸν δὴ τοῦτο καὶ σωτήριον ἐσχηκότας μάθημα παρ' αὐτοῦ, ποιεῖ-

(1) Si quis hanc Cyrilli explanationem orationis dominicae, cum paris nominis opusculis Origenis et Cypriani conferet, facile existimabit, utrumque auctorem a Cyrillo fuisse inspectum.

Digitized by Google

σθαι, μὲν τὰς λιτὰς κατὰ τὸν δοθέντα τύπον. μὴ ἀψικόρως δὲ τοῦτο δρᾷν μηδὲ ῥαθύμως· εἶτα μὴ ἀκουσθέντας ἐκ πρώτης εὐχῆς, ἢ γοῦν καὶ δευτέρας, ἀνακόψαι τὰς ἱκετείας, ὡς οὐδὲν ἐχούσας τὸ γοῦν εἰς ὄνησιν· ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο πάθοιμεν, μήτε μὴν ἐκ τῆς τοιαύτης μικροψυχίας ὑποστῶμεν ζημίαν, ἐν τρόπῳ παραβολῆς διαδείκνυσιν ἐναργῶς, ὡς τὸ ῥάθυμον μὲν εἰς προσευχὰς ἐπιζήμιον, ἐπωφελεστάτη δὲ λίαν ἡ ἔν γε τούτοις ὑπομονή· φέρε δὴ μεταστήσωμεν τὸ, ὡς ἐν τύπῳ παραβολῆς δεικνύμενον, εἰς ἀλήθειαν· ὄχλησον διὰ προσευχῆς· πρόσιθι τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, καὶ μάλα συχνῶς· κἂν ἴδῃς μέλλουσαν τὴν χάριτος τὴν ἐπίδοσιν, μὴ ἀπογνῷς τῶν προσδοκωμένων, μήτε ἀπολισθήσῃς τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἐκεῖνο ἴσως λέγων καθ' ἑαυτὸν ἀσυνέτως· προσῆλθον πολλάκις, δεδάκρυκα, ἐδεήθην, καὶ οὐ προσεδέχθην· οὐ γὰρ ἐκβέβηκέ τι πρὸς πέρας, τῶν αἰτηθέντων παρ' ἐμοῦ· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐννόησον κατὰ σεαυτόν· ὑπὲρ ἡμᾶς οἶδε τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων ταμίας· αἰτεῖς ἔσθ' ὅτε τὰ τῶν σῶν ἐπέκεινα μέτρων· οἶδεν αὐτὸς ὁ διδοὺς, τὸν ταῖς φιλοτιμίαις πρέποντα καιρόν· χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐμφρόνως τε ὁμοῦ καὶ ἐντόνως, τὰς πρὸς Θεὸν ποιεῖσθαι λιτάς· κἂν εἰ γένοιτό τις τῶν αἰτημάτων ἀνάκλησις· τὸ γὰρ ἀνιδρωτὶ πορισθὲν καὶ ἐξ ἑτοίμου ληφθὲν, καταφρονεῖσθαι φιλεῖ.

v. 8. *Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς κ. τ. λ.*

A. f. 154. B. f. 112. Ἐνταῦθα τὸ λέγω ὑμῖν, ὅρκου δύναμιν ἀποπληροῖ· οὐ ψεύδεται δὲ Θεὸς, κἂν ὅρκου δίχα γένηται τὸ ἐπηγγελμένον· ἀπροφάσιστον δὲ ἀποφαίνων τὴν ἡμῶν ὀλιγοπιστίαν, ἔσθ' ὅτε ὅρκῳ βεβαιοῖ τοὺς ἀκροωμένους· τὸ δὲ ζητεῖτε λέγων, τὸ πονεῖν ἐπιτάττει· πόνῳ γὰρ ἀεί πως, εὑρίσκεται τὸ ζητούμενον· ὁ κρούων, τῇ χειρὶ προσαράττει τὴν θύραν, ἵνα τὴν τῶν κρουσμάτων ὄχλησιν οὐκ ἐνεγκὼν ὁ τῆς ἑστίας δεσπότης, ἀνοίξῃ καὶ οὐχ ἑκών· μάθε τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, τῶν χρησίμων τὴν θήραν· κροῦσον, ὄχλησον, αἴτησον· τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς αἰτοῦντάς τι παρὰ Θεοῦ· ἐμφρόνως οὖν καὶ εὐτόνως εὔχεσθαι χρή· κἂν ἀναβολή τις τῶν αἰτημάτων γένηται, μὴ ναρκᾷν μηδὲ ἀφίστασθαι· γράφει γοῦν ὁ σο-

rant, facere quidem iuxta datam normam, sine fastidio tamen atque socordia: nec deinde, minime exaudita prima prece aut etiam secunda, cessare a precibus, ceu nullam utilitatem habentibus. Ne ergo id nobis accidat, neque ex hac pussillanimitate detrimentum patiamur, sub parabolae forma, perspicue ostendit, ignaviam nocere precibus, utilissimam autem esse perseverantiam. Age porro quod specie parabolae ostensum fuit, in rei veritatem convertamus. Importune ora, accede ad benignum Deum persaepe; et si videris procrastinari gratiae concessionem, ne animum despondeas, neque a suscepta spe excidas, ita fortasse tecum ipse insipienter loquens: accessi multoties, lacrymatus sum, oravi, neque tamen exauditus fui; neque quicquam a me expetitum, recte successit. Illud potius tecum reputa: plus quam nos ipsi, res nostras videt omnium custos: petis interdum quae supra tuam conditionem sunt: scit ille dator idoneum benefaciendi tempus. Debemus igitur nos prudenter simul et constanter preces nostras Deo offerre; etiamsi fiat aliquando petitionum repetitio. Nam quod nobis sine nostro labore datur, quodque facile accipitur, contemni solet.

Dico vobis, et si non dabit illi surgens etc.

Heic verba « dico vobis » iurisiurandi vice funguntur. Neque idcirco fallit Deus si forte absque iureiurando aliquid spondeat; sed ut nulla nostrae fidei exiguitati excusatio sit, iureiurando interdum audientes confirmat. Verbo autem « quaerite » laborem imperat; nam labore plerumque res quaesita invenitur. Qui pulsat, manu ianuam concutit, ut ictuum molestiam non ferens aedium dominus, vel invitus aperiat. Disce igitur ex his quae apud homines accidunt, rei utilis conquisitionem: pulsa, molestus esto, ora: tales esse oportet qui aliquid a Deo postulant. Prudenter itaque et enixe orandum est. Et si forte dilatio aliqua exaudiendis precibus fiat,

non est torpendum neque desinendum. Scribit itaque sapientissimus Paulus: sine intermissione orate. Non mediocriter enim turbat diabolus, subitis interdum irretiens discriminibus, et ad varia peccata impellens. Tum praeterea congenita voluptarii affectus lex, carnis membris inhaeret, repugnans legi mentis nostrae, sicuti scriptum est. Denique etiam adversarii verorum dogmatum haeretici. Quamobrem opus est precibus mutuis. Arma enim nostra haud carnalia sunt, ut at scriptura, sed potentia Deo.

Quis autem ex vobis patrem poscet filius panem, numquid lapidem dabit illi?

Rursus nos docet Servator aliud quiddam utilitate praecipuum. Aliquando enim ad benignum Deum accedimus preces oblaturi de re qualibet, prout cuique videtur: neque tamen discernentes interdum aut explorantes, quid vere sit conveniens, quidve a Deo datum profuturum sit; quidque secus nociturum, si acceperimus a Deo: sed inconsiderato voluntatis impetu in cupiditates ferimur pernicie plenas. Cum ergo huiusmodi aliquid a Deo poscemus, nihil impetrabimus; risuque potius dignas facimus preces. Quaenam vero rei huius sit causa, ab ipso discamus. Numquis ex vobis homo, quem filius suus panem poposcerit, lapidem huic porriget? Tamquam in imagine, inquit, perspicuoque exemplo, ex iis quae apud vos fiunt, dictorum meorum vim cognoscite. Pater filiorum effectus, omni prorsus ope, ob multam erga eos caritatem, vis iis prodesse. Cum ergo filius panem postulat, sine mora alacerque porrigis, probe sciens ab eo utile alimentum affectari. Sin vero mentis adhuc impos parvulus, resque visas discernere nondum sciens, lapidem petierit ut comedat; num ei, inquit, porrigis, et non potius eum a noxia illa cupiditate retrahis? Idem porro sermo valet de serpente et pisce, de ovo et scorpione. Si ergo, inquit, vos mali quum sitis, id est capacem malitiae mentem ha-

φώτατος Παῦλος *, ἀδιαλείπτως προσεύ- * I. Thess. V. 17.
χεσθε· θορυβεῖ μὲν γὰρ ὁ ὁ διάβολος οὐ
μετρίως, ἀδοκήτοις ἔσθ' ὅτε περιστάσεσιν
ἐνιείς, καὶ καταφέρων εἰς πολύτροπον ἁμαρ-
τίαν· εἶτα πρὸς τούτῳ, τῆς ἐμφύτου φιληδο-
νίας ὁ νόμος, ἐμφωλεύει τοῖς μέλεσι τῆς σαρ-
κὸς, ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς
ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· * καὶ μὴν, καὶ * Rom. VII. 23.
οἱ τοῖς τῆς ἀληθείας πολεμοῦντες δόγμα-
σιν αἱρετικοί· χρεία τοίνυν συχνῆς καὶ ἀλλε-
παλλήλου προσευχῆς· τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν
οὐ σαρκικὰ, κατὰ τὸ γεγραμμένον *, ἀλλὰ * II. Cor. X. 4.
δυνατὰ τῷ θεῷ.

Τινα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, v. 11.
μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

Διδάσκει πάλιν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἕτερόν A. f. 155.
τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν· πρόσιμεν γὰρ ἔσθ'
ὅτε τῷ φιλαγάθῳ θεῷ, τὰς λιτὰς ποιούμενοι,
τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κατὰ τὸ ἑκάστῳ δο-
κοῦν· ἀλλ' οὐ διακρίνοντες ἔσθ' ὅτε, ἢ βα-
σανίζοντες, τί μὲν ἐστι τὸ ἀληθῶς συμφέρον,
καὶ ὅπερ ὀνίνησι δοθὲν παρὰ θεοῦ· τί δὲ καὶ τὸ
ἀδικοῦν, εἰ λάβοιμεν· ἀκατασκέπτοις δὲ
μᾶλλον θελημάτων ὁρμαῖς, ἐμπίπτομεν εἰς
ἐπιθυμίας ὀλέθρου μεστάς· ὅταν οὖν τι τοιοῦ-
τον αἰτῶμεν παρὰ θεοῦ, ληψόμεθα μὲν οὐ-
δαμῶς, γέλωτος δὲ μᾶλλον ἀξίαν ποιούμεθα
τὴν λιτήν· καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τούτου πρόφασις,
παρ' αὐτοῦ μάθωμεν· τίς ἐσται ἐξ ὑμῶν ἄν-
θρωπος, ὃν αἰτήσει ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ
λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; ὡς ἐξ εἰκόνος φησὶ
ἤτοι παραδείγματος ἐναργοῦς, ἐκ τῶν καθ'
ὑμᾶς αὐτῶν, τὴν τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων δύν-
αμιν ἐννοήσατε· πατὴρ γέγονας τέκνων, διὰ
τρόπου παντὸς ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοστοργίας
ὠφελεῖν ἐθέλεις αὐτά· ὅταν τοίνυν ἄρτον αἰ-
τήσῃ, ἀμελητὶ καὶ χαίρων προσάγεις, εὖ εἰδὼς
ὅτι τροφῆς μεταποιεῖται τῆς ἐπωφελοῦς· ὅταν
δὲ διὰ φρενῶν ἔνδειαν τὸ βραχὺ παιδίον, οὔ-
πω διακρίνειν εἰδὸς τὰ ὁρώμενα, αἰτήσῃ λί-
θον ἵνα φάγῃ, δίδως ἄρα, φησὶν, ἢ μᾶλλον
ἀποφέρεις αὐτὸ τῆς εἰς τοῦτο βλαβερᾶς ἐπι-
θυμίας; ὁ δὲ αὐτὸς ἔστω λόγος ἐπί τε ὄφεως
καὶ ἰχθύος, ὠοῦ καὶ σκορπίου· ὅτε τοίνυν, φησὶν,
ὑμεῖς ὄντες πονηροὶ, τουτέστι κακίας δεκτι-
κὴν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, καὶ οὐ μονότροπον εἰς

τὸ ἀγαθὸν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεός, οἴδατε διδόναι δόματα ἀγαθὰ τοῖς τέκνοις, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει πνεῦμα ἀγαθὸν τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; τουτέστι χάριν πνευματικὴν, ἀγαθὴν δὲ πάντως· ἣν εἴπερ τις λάβοι, τρισμακάριος ἔσται· οὐκοῦν εἴ τι τῶν τοιούτων ἐθέλοις λαβεῖν, πρόσιθι χαίρων· κατανεύσει γὰρ ἑτοίμως, φιλάρετος ὢν ὁ ἐν οὐρανοῖς πατήρ.

v. 14. *Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν.*

A. f. 156. C. f. 131. b. Κωφὸν (1) ἐν τούτοις τὸν ἄφωνον ὠνομάσθαι φαμέν· οὐ τῆς φύσεως δὲ ἦν τὸ πάθος, ἀλλὰ τῆς δαίμονος ἐπιβουλῆ δήσαντος τὴν γλῶσσαν· διὸ καὶ ἑτέρων δεῖται τῶν προσαγόντων· οὐδὲ γὰρ δι' ἑαυτοῦ παρακαλέσαι ἠδύνατο, ἄφωνος ὤν· ὅθεν οὐδὲ ἀπαιτεῖ πίστιν αὐτὸν ὁ κύριος, ἀλλ' εὐθέως διορθοῦται τὸ νόσημα. "Καὶ ἐθαύμασαν οἱ ὄχλοι." Τούτου καθαρισθέντος καὶ τελεσθέντος τοῦ θαύματος, κατεκρότει μὲν ἡ πληθὺς ταῖς εὐφημίαις αὐτὸν, καὶ δόξῃ θεοπρεπεῖ στεφανοῦν ἠπείγετο τὸν θαυματουργόν· τινὲς δέ, φησιν, ἐξ αὐτῶν, οὗτοι δὲ ἦσαν γραμματεῖς τε καὶ φαρισαῖοι, ἀπονοίᾳ καὶ φθόνῳ μεθύουσαν ἔχοντες τὴν καρδίαν, προσθήκην τῇ νόσῳ τὸ θαῦμα πεποίηνται· ἀφιστάντες γὰρ αὐτοῦ τὰ θεοπρεπῶς εἰργασμένα, τῷ διαβόλῳ προσνενεμήκασι τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν· δι' αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν ἐκβάλλειν
v. 15. A. f. 155. b. ἔφασαν τὰ δαιμόνια. — Καταχωννύων γοῦν ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ οὐχ' ἑκόντα μεθιστὰς, διὰ τοῦ τῶν ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτὰ, καί τοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι, παρὰ τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν, οὐ διέδρα λόγους· τετολμήκασι γὰρ εἰπεῖν, ἔγκλημα ποιούμενοι τὴν τερατουργίαν, οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελ-
v. 16. ζεβούλ. "Ἕτεροι δὲ πειράζοντες κ. τ. λ." Ἕτεροι δὲ τοῖς ἴσοις τοῦ φθόνου διανυττόμενοι κέντροις, ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ σημεῖον ἰδεῖν παρ' αὐτοῦ· μονονουχὶ βοῶντες, κἂν ἐξ ἀνθρώπου κακόηθες ἐλάσῃς δαιμόνιον, ἀλλ' οὔπω μέγα τὸ χρῆμα ἐστὶν, οὐδὲ θείας ἐνεργείας ἀπόδειξιν ἔχει τὸ δρώμενον· οὔπω τί

beatis, neque in bono constantem, prout est omnium Deus, nostis bona filiis dare, quanto magis pater vester caelestis spiritum bonum dabit poscentibus se? id est spiritalem gratiam planeque bonam; quam qui receperit, beatissimus erit. Si ergo huius generis aliquid vis accipere, accede alacer; annuet enim libenter virtutis amator caelestis pater.

*Et erat eiiciens daemonium, et illud erat mutum.*

Mutum heic appellatum dicimus hominem qui non loquebatur; neque hic erat naturae morbus, sed fraus daemonis qui linguam ei vinxerat. Quamobrem etiam indiguit, ut ab aliis Christo offerretur; neque enim ipse per se postulare poterat voce carens. Hinc ne fidem quidem ab eo exigit Dominus, sed ilico morbum curat. « Et admiratae sunt turbae. » Homine hoc liberato, consummatoque miraculo, plaudebat Christo cum praeconiis populus, gloriaque Deo congrua exornare satagebat prodigii auctorem. Quidam tamen ex eis, inquit, hi vero scribae ac pharisaei erant, invidia vesaniaque refertum cor gerentes, morbi quasi additamentum miraculum id esse voluerunt. Etenim Christo quae divinitus fiebant detrahentes, diabolo adtribuebant nihil agere non valenti: nam per hunc a Christo expelli daemonia dictitabant. – Ergo demersis quasi abysso malis daemonibus Christus, quos invitos ab obsessis pellebat, quum ob id dignus admiratione esset, maledicorum tamen obtrectationes non vitavit. Ausi sunt enim dicere, crimini vertentes prodigium: hic non expellit daemonia nisi in Beelzebul. « Et alii tentantes etc. » Alii vero paribus invidiae stimulati aculeis, quaerebant videre signum de caelo ab eo fieri, propemodum dicentes: quamquam improbum ex homine pepulisti daemonem, nondum tamen id grande portentum est, neque divinam potentiam res haec demonstrat. Nondum quid

(1) Fragmentum hoc, usque ad *νόσημα*, in codice dicitur Cyrilli simul et Chrysostomi.

simile antiquis prodigiis vidimus. Ostende aliquid quod absque ulla dubitatione caelitus factum videatur. Transmisit Moyses populum, gradibile ei faciens medium mare. Petram virga perculit, et fluentorum matrem effecit, fontes de duro lapide scaturierunt. Similiter post eum Iosue solem contra Gabaon stitit, et lunam contra vallem Arnon. Iussit Iordanem subsistere, eiusque fluentis vinculum indidit. Tu vero nihil huiusmodi ostendisti. Nam de caelo signum petere, nihil aliud fere innuit, nisi inter homines illos talia fuisse de eo colloquia. Quid vero ad haec Christus?

Ipse autem ut vidit cogitationes eorum etc.

Primo quidem se Deum ostendit, eo quod tacite ab iis murmurata scivit; etenim cogitationes illorum cognoverat (1). Deinde ut tam gravi eos impietate averteret, nihil e scripturis profert, quibus non adtendissent, immo et falsos sensus adsuissent; sed ex vulgo accidentibus argumentatur. Nam civitas, inquit, immo et domus, si dissidio laboret, celeriter dissolvetur; pariterque regnum, quo nihil validius esse solet. Si ergo et ego daemonem habens, ope huius daemonas eiicio, seditio inter daemones fit; qui si invicem adversentur, potentia ipsorum peribit. Nam regnum firmat subditorum germanitas. Firmatur quoque domus, si domestici nullatenus inter se contendant. Regnum denique etiam Beelzebuli firmum manet, nisi ipse contraria sibi operari voluerit. Quomodo ergo Satanam expellit Satanas? Igitur haud spontanei eiiciuntur ex hominibus daemones. Non enim secum pugnat Satanas, in proprios non invehitur stipatores, sed suo potius fert suppetias regno. Superest igitur ut existimetis, a me divina virtute Satanam conteri. — Impiorum pharisaeorum nequissima mul-

τεθεάμεθα τοῖς ἀρχαίοις θαύμασιν ὅμοιον· δεῖξόν τι τῶν ἄνωθεν ἀνενδοιάστως ἐνεργουμένων· διεβίβασε Μωϋσῆς τὸν λαὸν, βάσιμον αὐτοῖς ἀποφήνας τὴν διὰ μέσου θάλατταν· ἐτύπτησε τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν, καὶ ποταμῶν αὐτὴν ἔδειξε μητέρα· ἐξεδόθησαν ἐκ τῶν ἀκροτόμου πηγαί· ὁμοίως ὁ μετ' αὐτὸν Ἰησοῦς ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Ἀρνών· ἔστησε τὸν Ἰορδάνην, καὶ τοῖς ἐκείνου νάμασιν ἐνῆκε δεσμόν· σὺ δὲ τούτων ἔδειξας οὐδέν· τὸ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ βούλεσθαι σημεῖον αἰτεῖν, οὐδὲν ἕτερον ὑπεμφήνειεν ἂν, πλὴν ὅτι τοιούτους ἐσχήκασιν ἐπ' αὐτῷ τότε διαλογισμούς· καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός;

Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα κ. τ. λ. v. 17.

Πρῶτον μὲν ὄντα θεὸν ἑαυτὸν ἀποφαίνει, διὰ τοῦ καὶ τὸ λάθρα ψιθυρισθὲν παρ' A. f. 155. b.
αὐτοῖς, εἰδέναι· ἔγνω γὰρ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν. Ἔπειτα (2) τῆς οὕτω δεινῆς ἀφιστὰς αὐτοὺς ἀσεβείας, οὐδὲν ἀπὸ τῶν γραφῶν φησὶν, οὐδὲ γὰρ προσεῖχον, ἀλλὰ καὶ παρερμηνεύειν ἔμελλον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κοινῇ συμβαινόντων· καὶ πόλις γάρ φησιν καὶ οἰκία ἂν σχισθῇ, ταχέως διαλύεται· καὶ βασιλεία, ἧς οὐδὲν δυνατώτερον· εἰ οὖν καὶ ἐγὼ δαίμονα ἔχων, δι' ἐκείνου ἐκβάλλω τοὺς δαίμονας, στάσις μεταξὺ δαιμόνων ἐστί· καὶ εἰ κατ' ἀλλήλων ἵστανται, ἀπόλωλεν αὐτῶν ἡ ἰσχύς· ἵστησι μὲν γὰρ βασιλείας τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸ γνήσιον· ἵστησι δὲ οἴκους τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ἀντιφέρεσθαί τινας ἀλλήλοις τῶν ἐν αὐτοῖς· ἔστησε δ' ἂν καὶ τὴν τοῦ Βεελζεβοὺλ βασιλείαν, τὸ μὴ αὐτὸν ἑαυτῷ δρᾶν ἐθέλειν τὰ ἐναντία· πῶς οὖν ἐκβάλλει σατανᾶς τὸν σατανᾶν; οὐκοῦν οὐχ ἑκόντα τῶν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται τὰ δαιμόνια· οὐ γὰρ μάχεται φησὶν ὁ σατανᾶς ἑαυτῷ· οὐκ ἐπιπλήττει τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις, συγκροτεῖ δὲ μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν· λείπεται τοίνυν ἐννοεῖν ὅτι δυνάμει θείᾳ συντρίβω τὸν σατανᾶν. — Τῶν ἀνοσίων A. f. 156.
φαρισαίων ἡ δυστροπωτάτη πληθὺς διαβε-

(1) Heic prosequitur in Corderii lat. catena Cyrillus. « Quia autem impudens erat talis illorum suspicio, ideo etiam multorum timore perterriti, non praesumpserunt criminationes suas in publicum proferre, sed mente secum assidue versabant. »

(2) Qui heic prosequitur tractus, usque ad τὸν σατανᾶν, inscribitur in codice Cyrillo simul et Chrysostomo.

βλήκασι τὸν Ἐμμανουήλ, καὶ συκοφαντεῖν ἀπετόλμων τὴν δόξαν αὐτοῦ, τὸν τοῦ Βεελζεβοὺλ συνεργίαις ἐπικουρούμενον, εἰς τὸ δύνασθαι τὰ πονηρὰ τῶν ἠρρωστηκότων ἐξελαύνειν πνεύματα, δυσσεβῶς ὀνομάζοντες· τοιγάρτοι καὶ
* Os. VII. 13. διὰ Ὠσηὲ * προφήτου τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίας κατεκεκράγει λέγων αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ· ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτούς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ.

titudo criminabantur Emmanuhelem, eiusque gloriam calumniari audebant; et quasi is Beelzebuli adiutorio fultus malos ab aegrotis daemonas posset expellere, impie dictitabant. Quamobrem per Oseam quoque prophetam, Iudaeorum os procax increpabat his verbis Emmanuhel: vae eis, quoniam recesserunt a me! miseri sunt, quia impie egerunt adversus me. Ego quidem redemi eos, sed ipsi adversus me falsa locuti sunt.

v. 19. Οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι;

A. f. 156. Ἰουδαῖοι γὰρ καὶ ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί· οὗτοι τὴν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐξουσίαν ἐσχήκασι παρὰ θεοῦ, καὶ δὴ καὶ ἀπήλλαττον τοὺς ἐνισχημένους, ἐπιφωνοῦντες αὐτοῖς τὸ ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτε τοίνυν, φησίν, οἱ ἐξ ὑμῶν γεγονότες υἱοί, ἐν ὀνόματί μου τὸν Βεελζεβοὺλ συντρίβουσιν, ἐπιπλήττοντες αὐτοῦ τοῖς δορυφόροις, καὶ ἀμελητὶ τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ἐκπέμποντες, πῶς οὐκ ἐναργὴς δυσφημία, πολὺ τὸ ἀμαθὲς δὲ ἔχουσα συμπεπλεγμένον, τὸ λέγειν ἐμὲ δύναμιν δανείζεσθαι τὴν παρὰ τοῦ Βεελζεβούλ; κατακριθήσεσθε τοίνυν ὑπὸ τῆς πίστεως ἐξ ὑμῶν γεγονότων υἱῶν, εἴπερ αὐτοὶ μὲν τὴν παρ' ἐμοῦ λαβόντες ἐξουσίαν καὶ δύναμιν παραλύουσι τὸν σατανᾶν, καὶ οὐχ ἑκόντα τῶν ἐχόντων αὐτὸν ἐκπέμποντες· ὑμεῖς δὲ λέγετε τῇ ἐκείνου δυνάμει κεχρημένον, ἐνεργεῖν ἐμὲ τὰς θεοσημείας.

Filii vestri in quo eiiciunt?

Iudaei enim ex iudaeis secundum carnem orti erant beati discipuli. Hi adversus impuros spiritus potestate a Deo instructi fuerant, ideoque etiam obsessos liberabant inclamantes eis verba: in nomine Iesu Christi. Si ergo, inquit, filii vestri in nomine meo Beelzebulum conterunt, stipatores eius obiurgando, atque ilico ex obsessis pellendo, quid ni sit manifestum convicium, multam quoque habens admixtam inscitiam, si quis ait me potentiam a Beelzebulo mutuari? Convincemini igitur vestrorum filiorum testimonio, quoniam ipsi quidem post acceptam a me potestatem ac vim, Satanam debellant, invitumque ex obsessis ab eo trudunt; dum vos interim me dicitis illius viribus utentem miracula operari (1).

v. 20. Εἰ δὲ ἐν δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια κ. τ. λ.

A. f. 156. B. f. 115. b. Ἐπειδή φησι τὸ παρ' ὑμῶν λεγόμενον οὐκ ἀληθές, ἕωλον δὲ μᾶλλον ἐστὶ καὶ κατεψευσμένον, καὶ συκοφαντίας ἔχον γραφήν, πρόδηλον ὅτι ἐν δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια· δάκτυλον δὲ θεοῦ, τὸ ἅγιον πνεῦμα φησί· χεὶρ μὲν γὰρ αὐτὸς καὶ βραχίων ὠνόμασται τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ἐνεργεῖ γὰρ τὰ πάντα δι' αὐτοῦ· ἐνεργεῖ δὲ ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς ἐν πνεύματι· ὥσπερ οὖν ὁ δάκτυλος ἀπήρτηται τῆς χειρός, οὐκ ἀλλότριος ὢν αὐτῆς, ἀλλ' ἐν αὐτῇ φυσικῶς, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ [illegible] ὄντα [illegible] καίτοι

Porro si in digito Dei eiicio daemonia etc.

Quoniam dicta a vobis veritate carent, et futilia falsaque sunt, immo et calumniosa dici queunt, constat me digito Dei daemones eiicere. Digitum porro Dei, Spiritum sanctum dicit. Manus enim et brachium ipse Christus patris Dei nominatur, qui omnia per ipsum operatur. Filius item operatur similiter in Spiritu. Sicut ergo digitus pendet a manu, ab ipsa non alienus, sed in eadem naturaliter existens, sic etiam Spiritus sanctus consubstantialitatis ratione filio unitus est, quamquam a Deo patre

(1) Daemones pro morbis, et daemoniacos pro aegrotis, dici in evangeliis, saepe importuneque scripserunt heterodoxi critici. Qua tamen fide id adfirmare queunt, sacro textu eiusque explanatoribus patribus omnino reluctantibus?

procedit. Nam cuncta, ut dixi, filius operatur per consubstantialem Spiritum. Verumtamen digito, inquit, Dei daemones eiicio, nunc etiam dispensatoria ratione ut homo. Neque enim sustinuissent Iudaei, corrupta fatuaque mente praediti, dicentem ipsum Spiritu se proprio daemones eiicere. – Et animadverte quaeso diligenter, quod operante patre per filium miracula, Spiritus ipse haec operatur: namque ipse in illo suo templo agebat. Quorum autem una est operatio, horum quoque eadem natura est. Undique igitur ad veritatem compulsi Spiritus sancti adversarii, oderint demum deceptorum suorum vomitus, resipiscant ad Deum, petant ab eo veritatis lumen, quod benignus Servator non denegabit. – Si ergo, inquit, ego homo aeque ac vos factus, Spiritu Dei eiicio daemonia, sequitur ut humana natura in me primo consecuta sit congruum Deo regnum. Gloriatur enim se conterere Satanam, et impuros spiritus increpare. Hoc significant verba: pervenit in vos regnum Dei.

Cum fortis armatus custodit atrium suum etc.

Quoniam ad multos sensus sermonem huiusmodi pertrahi necesse erat, utitur claro ac limpidissimo exemplo, cuius ope possint quicumque velint cognoscere, quod ipse principem huius saeculi vicerit, et quasi enervaverit, et haerente illi fortitudine spoliatum, praedam amicis suis tradiderit. Quamdiu enim, inquit, fortis robur suum retinet, et rem suam custodit, violentiam nullam pertimescit. Verumtamen si quis eo fortior superveniens ipsum domuerit, tunc diripitur. Haec quidem de hominibus dicta est similitudo; attamen par calamitas virtutis osori diabolo accidit: qui ante quidem Servatoris adventum magnis viribus pollebat, alienos greges, nempe illos qui supremi Dei erant, concludens veluti ac retinens in caula sua. Sed

πρὸς ἕνωσιν τῷ υἱῷ, κἂν ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἐκπορεύηται (1)· πάντα γὰρ ὡς ἔφην ὁ υἱὸς ἐργάζεται, διὰ τοῦ ὁμοουσίου πνεύματος· πλὴν ἐν δακτύλῳ θεοῦ φησὶ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, καὶ νῦν οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος· οὐ γὰρ ἂν ἤνεγκαν Ἰουδαῖοι, σαθρὸν καὶ ἀσύνετον ἔχοντες νοῦν, λέγοντος αὐτοῦ, ὅτι ἐν πνεύματί μου ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια. – Καί μοι πρόσχες ἀκριβῶς, ὅτι ἐνεργοῦντος τοῦ πατρὸς δι' υἱοῦ τὰ παράδοξα, τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ἐνεργοῦν αὐτά· καὶ γὰρ αὐτὸ ἐνήργει ἐν ἐκείνῳ τῷ ναῷ· ὧν δὲ μία ἐνέργεια, τούτων καὶ φύσις ἡ αὐτή· πανταχοῦ τοίνυν συνελαυνόμενοι πρὸς τὸ ἀληθὲς οἱ πνευματομάχοι, μισείτωσαν λοιπὸν τῶν πλάνων ἐμέτους, ἀνανηφέτωσαν πρὸς θεὸν, αἰτείτωσαν παρ' αὐτοῦ τῆς ἀληθείας τὸ φῶς· χαρίσεται γὰρ φιλάνθρωπος ὢν ὁ σωτήρ. – Εἰ τοίνυν φησὶν ἐγὼ ἄνθρωπος ὢν καὶ γενόμενος καθ' ὑμᾶς, ἐν πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, πεπλούτηκεν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ καὶ πρώτῳ τὴν θεοπρεπῆ βασιλείαν· δεδόξασται γὰρ συντρίβουσα τὸν σατανᾶν, καὶ ἀκαθάρτοις ἐπιτιμῶσα πνεύμασι· τοῦτό ἐστι τὸ, ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. A. f. 156. A. f. 156. b.

Ὅταν ὁ ἰσχυρὸς καθωπλισμένος φυλάσσῃ τὴν ἑαυτοῦ αὐλὴν κ. τ. λ. v. 21.

Ἐπειδὴ διὰ πολλῶν ἐννοιῶν, τὸν ἐπὶ τούτοις ἰέναι λόγον ἀναγκαῖον ἦν, κέχρηται παραδείγματι σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ, δι' οὗ πάρεστι τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν, ὅτι νενίκηκε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ οἷον ἀπονευρώσας αὐτὸν, καὶ γυμνὸν ἀποφήνας τῆς ἐνούσης ἰσχύος αὐτῷ, δέδωκεν εἰς διαρπαγὴν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις· ἕως μὲν γάρ, φησιν, ὁ ἰσχυρὸς ἔχει τὸ δύνασθαι, καὶ φυλάττει τὰ ἑαυτοῦ, οὐδὲ μίαν ὑφορᾶται πλεονεξίαν· ἐπ' ἂν δέ τις ἰσχυρότερος αὐτοῦ ἐπελθὼν χειρώσηται αὐτὸν, τότε διαρπάζεται· τοῦτο ὡς ἐπ' ἀνθρώπων εἴρηται τὸ παράδειγμα· πέπονθε δὲ αὐτὸ καὶ ὁ μισόκαλος διάβολος· ἦν μὲν γὰρ πρὸ τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίας ἐν ἰσχύι πολλῇ, τὰς ἀλλοτρίας ἀγέλας, δῆλον δὲ ὅτι τὰς τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ, συνελάσας ὥσπερ καὶ συνέχων εἰς ἰδίαν A. f. 156. b.

(1) Hactenus hoc fragmentum ad v. 20. citat Allatius de syn. ephes. p. 64. ex Cyrillo in Lucam cap. 39. (nimirum ex aliquo codice ms.) Confer etiam Cyrilli thesaurum ed. Aubert. T. V. part. I. p. 339.

αὐλήν· ἐπεὶ δὲ ὁ πάντων ἐπέκεινα τοῦ Θεοῦ λόγος, ὁ πάσης ἰσχύος δοτὴρ, καὶ τῶν δυνάμεων κύριος, ἐπεπήδησεν αὐτῷ γενόμενος ἄνθρωπος, διηρπάσθη πάντα αὐτοῦ τὰ σκεύη, καὶ διεδόθη τὰ σκῦλα· οἱ γὰρ πάλαι παρ' αὐτοῦ συνεχόμενοι πρὸς ἀθεΐαν καὶ πλάνην, κέκληνται διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ προσεκομίσθησαν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ διὰ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν υἱόν.

postquam summum illud Dei Verbum, omnis fortitudinis dator, et virtutum dominus, humana adsumpta natura diabolum adortus est, cuncta huius vasa direpta fuerunt, et spolia sunt distributa. Nam qui olim in atheismo atque errore ab eo detinebantur, per sanctos apostolos ad veritatis agnitionem vocati fuerunt, et ad Deum patrem, per fidem in filium, adducti.

v. 23. Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι.

Qui non est mecum, contra me est.

A. f. 157. C. f. 132. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐπεδήμησα, φησὶν, ἵνα πάντας ἐξέλωμαι τῶν τοῦ διαβόλου χειρῶν, ἵνα αἰχμαλώτους ὄντας ἐλευθερώσω, καὶ φωτίσω ἐσκοτισμένους, καὶ πεσόντας ἀναστήσω, καὶ συντεθραυσμένους ἰάσωμαι, ἵνα τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ, τὰ διεσκορπισμένα παρ' ἐκείνου δηλονότι, συναγάγω εἰς ἕν· ὁ δέ γε σατανᾶς μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, ἐπιχειρεῖ σκορπίζειν ἃ συνῆξα καὶ ἔσωσα· πῶς οὖν ὁ μαχόμενος ταῖς ἐμαῖς οἰκονομίαις, δίδωσί μοι δύναμιν καθ' ἑαυτοῦ; ἆρ' οὐκ εὔηθες τὸ οἴεσθαι τοιοῦτόν τι γεγενῆσθαι; — Πόθεν οὖν ἄρα συμβέβηκε τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, τὸ κατολισθεῖν εἰς τοιαύτας ἐννοίας περὶ Χριστοῦ, αὐτὸς διεσάφησεν εἰπών·

Equidem veni, inquit, ut omnes diaboli manu eripiam, ut captivos liberem, obtenebratos illuminem, lapsos relevem, confractos sanem; ut Dei filios a diabolo dispersos congregem. Secus vero Satanas, qui mecum non est, spargere nititur quae collegi atque salvavi. Qui ergo fieri potest, ut qui meis actibus adversatur, vires mihi contra se ipsum suppeditet? Nonne stulte creditnr huiusmodi aliquid evenisse? — Quomodo autem Iudaeorum populo contigerit in huiusmodi de Christo opiniones delabi, ipse declaravit dicens:

v. 24. Ὅταν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων κ. τ. λ.

Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa etc.

A. f. 157. b. Ὅτι δὲ εἰς Ἰουδαίους ἐστὶ τὸ σύμπαν τοῦτο παράδειγμα, δεδήλωκεν ὁ Ματθαῖος *, ἐπιφωνήσας· οὕτως ἔσται καὶ τῇ γενεᾷ τῇ πονηρᾷ ταύτῃ· ἕως μὲν γὰρ ἦσαν ἐν Αἰγύπτῳ θητεύοντες, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων διαζῶντες ἔθεσί τε καὶ νόμοις, μεστοὶ πάσης ὑπῆρχον ἀκαθαρσίας, ἔνοικον ἦν αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ πονηρόν· ἐπεὶ δὲ λελύτρωνται διὰ Μωϋσέως κατοικτείροντος Θεοῦ, καὶ νόμον ἐσχήκασι παιδαγωγὸν, πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καλοῦντα φῶς, ἀπελήλατο τὸ βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα· ὅτε δὴ καὶ τεθύκασι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον Χριστοῦ, κατεχρίσθησάν τε τῷ αἵματι, καὶ διέδρασαν τὸν ὀλεθρευτήν· ἐπεὶ δὲ οὐ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ παρῄσαντο τὸν λυτρωτὴν, ἰδοὺ δὴ πάλιν εἰσπέπτωκε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ πολὺ χειρόνως ἢ πάλαι· εὗρε γὰρ αὐτῶν τὴν καρδίαν γυμνὴν, καὶ σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης εὐσεβείας, καὶ οἷον σεσαρωμένην, καὶ κατῴκησεν

* Matth. XII. 45.

Sane quod adversus Iudaeos universa haec similitudo tendat, certiores nos facit Matthaeus insuper exclamans: sic huic pravae generationi eveniet. Nam quamdiu in Aegypto serviebant, et Aegyptiorum vivebant moribus legibusque, omni scatebant impuritate, incolamque perpetiebantur improbum spiritum. Postquam vero miserante Deo per Moysem liberati fuerunt, legemque habuerunt veluti quendam paedagogum, a quo ad veram Dei notitiam deducebantur, profanus impurusque spiritus eiectus fuit. Tunc etiam Christi typum sacrificantes agnum, eiusque sanguine tincti, exitiosum angelum effugerunt. Sed enim qnia deinde noluerunt Christo credere, redemptoremque repudiarunt, en rursus in eos irruit, immo et gravius quam olim, impurus spiritus: reperit enim cor illorum vacuum, et omni recta pietate carens, sco-

pis velnti mundatum, ideoque in his habitavit. Sicut enim sanctus Spiritus, siquando hominis cor impuritate qualibet liberum viderit, ibi habitat ac diversatur et requiescit; sic etiam immundus spiritus in improborum animabus degere solet. Hi enim omni, ut dixi, virtute vacant. Sic ergo contigit, ut postrema Israhelis prioribus peiora fuerint. Namque, ut ait Servatoris discipulus, « melius erat illis non cognoscere viam veritatis, quam post agnitionem, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri proverbii: canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti. » Revera ex illorum ausibus cognoscere licet, proprios vomitus resorbuisse, et antiquo in luto sese iterum volutasse, atque in Aegypti errorem relapsos. Nimirum in eos denuo insiluit immundus spiritus; fueruntque, ut ait Servator, postrema ipsorum peiora prioribus.

Signum quaerit, et signum non dabitur ei.

Malitiosa haec postulatio; ideo nihil consequuntur, iuxta illud: exquirent me impii, et non invenient. Quod si fieri potuisset, ut nollet Iesus pati in carne necem crucis, ne hoc quidem Iudaeis signum dandum erat. Quia vero inevitabilis erat ob mundi salutem passio, datum est illis hoc signum ad condemnationem. Quod autem maximum signum sit Deo dignae virtutis, potentiaeque incarnati Verbi, mortis destructio per ipsius a mortuis resurrectionem, satis erit, ut reor, piis hominibus ad rem sibi persuadendam, quod nempe Pilati milites pecunia multa seducti fuerint, qui dominicum custodiebant sepulcrum, ut dicerent, dormientibus ipsis corpus furto sublatum. Ne huic igitur quidem crediderunt signo Iudaei. Ideo iuste admodum de ipsis ait: regina austri consurget etc.

Regina austri consurget in iudicio etc.

Festinavit ad Salomonem audiendum mulier barbara, tantumque viae ob hanc causam emensa est, ut doctrinam de visi-

ἐν αὐτοῖς· ὥσπερ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅταν ἴδῃ καρδίαν ἀνθρώπου σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας, ἐναυλίζεται καὶ κατοικεῖ καὶ ἐπαναπαύεται αὐτῇ, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, ψυχαῖς ἀνόμων ἐνδιαιτᾶσθαι φιλεῖ· σχολάζουσι γάρ, ὡς ἔφην, ἀπὸ πάσης ἀρετῆς· γέγονε τοίνυν τὰ ἔσχατα τῶν ἐξ Ἰσραήλ, χείρονα τῶν πρώτων· ὡς γὰρ ὁ τοῦ σωτῆρος ἔφη μαθητής*, κρεῖττον ἦν αὐτοῖς [* II. Petr. II. 21] μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ἢ ἐπιγνοῦσιν, εἰς τὰ ὀπίσω ἀνακάμψαι ἀπὸ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς· συμβέβηκε γὰρ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου· ἐξ αὐτῶν γὰρ τῶν τετολμημένων καταθρήσαιτό τις ἄν, ὅτι τῶν ἰδίων ἐμέτων ἥπτοντο πάλιν, καὶ τοῖς ἄνωθεν ἐγκαλινδεῖσθαι βορβόροις ἐξ ὑποστροφῆς ἐμελέτων, καὶ πεπτώκασιν εἰς τὴν ἐν Αἰγύπτῳ πλάνησιν· εἰσέφρησε γὰρ πάλιν τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ γέγονεν αὐτοῖς, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν, χείρονα τῶν πρώτων τὰ ἔσχατα.

Σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ. v. 29.

Ἐκ πονηρίας ἡ αἴτησις· διὸ οὐδὲ ἐπι- [B f. 116. b.] τυγχάνουσι· κατὰ τό, ζητήσουσί με κακοί, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν· * εἴπερ γὰρ ἦν ἐφικτὸν μὴ ἂν [* Os. V. 6.] ἐθελῆσαι τὸν Ἰησοῦν παθεῖν κατὰ σάρκα τὸν ἐπὶ σταυροῦ θάνατον, οὐδ' ἂν τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις τὸ σημεῖον ἐδόθη· ἐπεὶ γὰρ ἀπαραίτητον ἦν τὸ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ὑπ' οὐρανὸν πάθος, δίδοται αὐτοῖς εἰς κατάκριμα· ὅτι γὰρ πάμμεγα σημεῖόν ἐστι τῆς θεοπρεποῦς δυνάμεώς τε καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐνανθρωπήσαντος λόγου τὸ καταργῆσαι τὸν θάνατον διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἀναστάσεως, ἀρκέσει οἶμαι τοῖς ἐπιεικέσιν εἰς πληροφορίαν τὸ πολλοῖς ἀναπεισθῆναι χρήμασιν τοὺς Πιλάτου στρατιώτας, οἳ τὸν δεσποτικὸν τάφον ἐτήρουν, ἵν' εἴπωσιν, ὅτι ἡμῶν κοιμωμένων ἐκλάπη νυκτός· οὐδὲ τούτῳ οὖν τῷ σημείῳ πεπιστεύκασιν Ἰουδαῖοι· διὸ καὶ μάλα εἰκότως ἔφη περὶ αὐτῶν, ὅτι βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται κ. τ. λ.

Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει κ. τ. λ. v. 31.

Ἐσπούδασε περὶ τὴν Σολομῶντος ἀκρόα- [A. f. 130.] σιν βάρβαρος γυνή, καὶ τοσαύτην ὁδὸν διὰ τοῦτο ἐστείλατο, σοφίαν τὴν περὶ τῶν ὁρατῶν

καὶ ζώων καὶ βοτανῶν φύσεως ἀκουσομένη (1)· ὑμεῖς δὲ παρόντες καὶ ἀκούοντες, περὶ ἀοράτων καὶ οὐρανίων πραγμάτων αὐτῆς τῆς σοφίας ἠχούσης πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὸν λόγον ἔργοις καὶ τεραστίοις βεβαιούσης, ἀλλοτριοῦσθε πρὸς τὸν λόγον, καὶ τὸ θαῦμα τῶν λογίων ἀναισθήτως παραπέμπεσθε; πῶς οὖν οὐ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, τουτέστι παρ' ἐμοί; καὶ ὅρα μοι πάλιν τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνές· διὰ τί γὰρ τὸ ὧδε φησὶ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον παρ' ἐμοί; ἵν' ἡμᾶς ἀναπείσῃ ταπεινοφρονεῖν, κἂν χαρισμάτων ὦμεν ἀνάμεστοι πνευματικοῖς· ἄλλως τε δὲ τὸ ἀπεικὸς ἦν οὐδὲν, Ἰουδαίους ἀκούσαντας ὅτι πλεῖον Σολομῶντός ἐστι παρ' ἐμοὶ, τὰ συνήθη πάλιν περὶ αὐτοῦ παραθῆναι λαλεῖν· ἰδοὺ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν ἐπισήμως βεβασιλευκότων ἑαυτὸν εἶναι φησὶν ἐν ἀμείνοσι· μετριάζει τοίνυν οἰκονομικῶς ὁ σωτὴρ, τὸ ὧδε λέγων, ἀντὶ τοῦ
v. 32. A. f. 150. παρ' ἐμοί. — Καὶ Νινευΐτας δὲ εἰς κατάκρισιν αὐτῶν ἔσεσθαι φησὶν ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ· ἄνδρες γὰρ ἦσαν ὠμοί τε καὶ βάρβαροι, θεὸν οὐκ εἰδότες τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς, τῶν διὰ Μωϋσέως τεθεσπισμένων ἀνήκοοι παντελῶς, προφητικῆς εὐστομίας ἀνεπιστήμονες· ἀλλὰ καὶ οὕτω γνώμης ἔχοντες, μετενόησαν φησὶν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· μακρῷ τοιγαροῦν ἀμείνους τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτούς· ἀλλ' ἄκουε καὶ τῶν ῥημάτων· ἄνδρες Νινευῒ ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ ὧδε.

bilibus rebus, animalibus, herbarumque natura auditu cognosceret. Vos autem praesentes audientesque de invisibilibus caelestibusque rebus loquentem ipsam, quae ad vos venit sapientiam, suaque verba operibus prodigiisque confirmantem, sermones eius aversamini, et oraculorum eius mirabilitatem incuriose praeteritis? Quid ni igitur plus quam Salomon heic sit, id est in me? Et rursus animadverte dicti sollertiam, ut nos doceat humiliter sapere, etiamsi forte spiritalibus donis cumulati simus. Praeter quam quod non erat inverisimile, Iudaeos si audissent « plus est quam Salomon in me » more solito de eo locuturos: ecce hic regibus quoque apud nos inclytis meliorem se ait. Modeste igitur ac dispensatoria ratione Servator dicit « heic » potius quam « in me. » — A Ninivitis quoque damnatum iri Iudaeos dicit iudicii tempore. Hi porro erant crudeles barbarique homines, verum naturalemque Deum ignorantes, et qui Moysis constituta numquam audiverant, propheticaeque doctrinae erant ignari. Et tamen quum ita comparati essent, resipuerunt inquit ad Ionae praedicationem. Multo itaque meliores Israelitis fuerunt, ideoque horum iudices erunt. Sed audi verba ipsa: « viri ninivitae surgent in iudicio adversus hanc generationem, et condemnabunt illam, quia ipsi paenitentiam egerunt praedicante Iona; et ecce plus quam Ionas heic est. »

v. 33. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας, εἰς κρυπτὸν τίθησι κ. τ. λ.

Nemo qui lucernam accenderit, in abscondito ponit etc.

A. f. 101. B. f. 116. b. Καὶ ποία τίς ἦν τῶν τοιούτων λόγων ἡ χρεία; ἀντιθέσει μάχεται τοῖς Ἰουδαίοις ἐξευρημένῃ διὰ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς σκαιότητός τε καὶ ἀμαθίας· ἔφασκον γὰρ θαυματουργεῖν αὐτὸν, οὐχ' ἵνα πιστεύηται μᾶλ-

Quinam porro sermonum huiusmodi scopus erat? Contradictione utitur in Iudaeos, quam ex ipsorum improbitate inscitiaque sumit. Dicebant enim eum prodigia patrare, non ut fides augeretur, sed

(1) Ex codice veneto, ubi praestans graecorum patrum in libros regum catena est, exscripsi ante hos annos manu mea, edidique post Cyrilli explanationem in psalmos p. 441. breve fragmentum, quod huius quod in manibus habemus partim compendium est, partim incrementum. Κυρίλλου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν. Γυνὴ βάρβαρος, μακρῶν αὐτὴν εἰργόντων διαστημάτων, ὄκνου γέγονε κρείττων, οὐχ ἵνα χρημάτων ποιήσηται συλλογὴν, ἀλλ' ἵνα ἀκούσῃ τὴν σοφίαν Σολομῶντος παραβολὰς λαλοῦντος καὶ αἰνίγματα, καὶ ἀνθρωπίνων ὑπογράφοντος κάλλη τέ καὶ ψόγους. *Cyrilli, ex commentario in Lucae evangelium. Mulier barbara, magno locorum intervallo distans, socordiam omisit, non ut opes conquireret, sed ut Salomonis sapientiam audiret, parabolas et aenigmata loquentis, et humanorum morum laudes vituperationesque describentis.*

ut multos adseclas consequeretur, atque a miraculorum spectatoribus plausum eliceret. Refellit itaque hanc calumniam, et a lucernae usu similitudinem capit. Nam lucerna, inquit, semper elato loco superque candelabro ponitur, ut spectantibus utilis sit. Iam quidnam hinc colligatur, consideremus. Ante Servatoris quidem adventum, obscurabat mundum pater tenebrarum, id est Satanas, et intellectuali caligine omnia obumbrabat. Dum ergo tali rerum statu essemus, lucernam veluti quandam mundo pater obtulit filium suum, qui divino nos lumine irradiaret, et diabolica caligine eriperet. Iam vero, o iudaee, si tu quidem crimini vertis quod lucerna non absconditur, sed alte potius in candelabro collocata lumen spectantibus praebeat; tunc, inquam, Christum quoque reprehende, quia latere noluerit, sed videri potius ab omnibus; et quia obtenebratos illuminat, ac verae Dei notitiae lumen diffundit. Igitur non ut sui admirationem concitaret, prodigia patrabat, neque ut inde inclaresceret, sed magis ut sibi crederetur, qui quum esset suapte natura Deus, factus erat homo propter nos, quin tamen a priore suo statu decederet. Is autem in sancta ecclesia, veluti candelabro, per suam doctrinam resplendens, omnium mentes illuminat, divina replens scientia.

λον, ἀλλ' ἵνα πολλοὺς ἔχῃ τοὺς ἑπομένους αὐτῷ, καὶ τοὺς παρὰ τῶν ὁρώντων τὰς θεοσημείας ἁρπάζῃ κρότους· ἀποκρούεται τοίνυν τὴν ἐπὶ τούτῳ συκοφαντίαν, καὶ δέχεται πρὸς παράδειγμα τὴν τοῦ λύχνου χρείαν· κεῖται γὰρ ὁ λύχνος ὑψοῦ καὶ ἐπὶ λυχνίαν ἀεὶ, ἵν' εἴη τοῖς ὁρῶσι χρήσιμος· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν, περινοήσωμεν· πρὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, κατεσκότισε τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τοῦ σκότους πατὴρ, τουτέστιν ὁ σατανᾶς, ἀχλύϊ τε νοητῇ τὰ πάντα κατεμελαίνετο· ἐπειδὴ δὲ ἡμεν ἐν τούτοις, λύχνον ὥσπερ τινα τῇ ὑπ' οὐρανὸν δέδωκεν ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν, ἵνα τὸ θεῖον ἡμῖν ἐναστράψῃ φῶς, καὶ ἀχλύος ἡμᾶς ἐξέληται διαβολικῆς· ἀλλ' ὦ ἰουδαῖε, εἰ μὲν αἰτιᾷ τὸν λύχνον ὅτι μὴ κρύπτεται μᾶλλον, ἀλλ' ὑψοῦ καὶ ἐπὶ λυχνίᾳ κείμενος ἐνίησι τοῖς ὁρῶσι τὸ φῶς, ἐγκάλει Χριστῷ μὴ λαθεῖν ἐθέλοντι μᾶλλον, ἀλλ' ὁρᾶσθαι παρὰ πάντων. καὶ φωτίζοντι τοὺς ἐσκοτισμένους, καὶ τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐνιέντι φῶς· οὐκοῦν οὐχ' ἵνα θαυμάζηται μᾶλλον ἐπλήρου τὰς θεοσημείας, καὶ δι' αὐτῶν ἠξίου γνωρίζεσθαι, ἀλλ' ἵνα πιστεύηται μᾶλλον ὅτι θεὸς ὢν φύσει, γέγονεν ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἀπέστη τοῦ εἶναι ὃ ἦν· ὡς ἐπὶ λυχνίας δὲ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῷ κηρύγματι λάμπων, καταφωτίζει τὰς πάντων διανοίας, θείας πληρῶν ἐπιγνώσεως.

Rogabat illum quidam pharisaeus ut pranderet apud se.

Vere dicit sapientissimus Paulus, Christum ob peccatores salvandos in mundum venisse. Hanc enim ob causam se ad exinanitionem demittens, in terra incarnatus apparuit, et cum hominibus conversatus est. Rem hanc ex supradictis etiam verbis cognoscere licet. Quid ni enim omnibus constat improbam et impuram fuisse semper pharisaeorum officinam, invidia superbiaque nutritam, et universali nostro servatori Christo adversam? Cur igitur hospes horum fit? Num insitam illis malitiam ignorabat? Sed quis hoc impune dicat,

Ἠρώτα αὐτὸν φαρισαῖός τις ὅπως ἀριστήσῃ παρ' αὐτῷ. v. 37.

Ἀληθεύει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος *, A. f. 102. * I. Tim. I. 15
ὅτι Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι· ταύτης γὰρ ἕνεκα τῆς αἰτίας, καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἐπὶ γῆς ὤφθη μετὰ σαρκὸς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη· τοῦτο γεγονός ἐστιν ἰδεῖν καὶ διά γε τῶν προκειμένων ῥητῶν· πῶς γὰρ οὐχ' ἅπασιν ἐναργὲς, ὅτι πονηρὸν καὶ βέβηλον ἀεὶ τὸ τῶν φαρισαίων γέγονεν ἐργαστήριον, βάσκανον καὶ ἀλαζονείᾳ σύντροφον, καὶ καταθρασυνόμενον τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ; πῶς οὖν ἄρα κατέλυσε παρ' αὐτοῖς; ἆρα ἠγνόησε τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς σκαιότητα; καὶ πῶς τοῦτο

Digitized by Google

λέγειν ἀσφαλές; πάντα γὰρ οἶδεν ὡς θεός· τί οὖν ἐστιν; αὐτοὺς μάλιστα νουθετεῖν ἠπείγετο, τοὺς ἀρίστους τῶν ἰατρῶν ἀπομιμούμενος, οἳ τοῖς ἀρρωστοῦσι φορτικώτερον, τὰς ἐκ τῶν οἰκείων ἐπιτηδευμάτων προσάγουσιν ἐπικουρίας· ὡς γὰρ αὐτός που φησὶν *, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκοῦν ὁ μὲν φαρισαῖος, τό γε ἧκον εἰς τὸν ἐνόντα αὐτῷ σκοπὸν, ἐπὶ ἑστίαν καλεῖ· ὁ δέ γε τῶν ὅλων σωτὴρ, καθίησι μὲν ἑαυτὸν εἰς τοῦτο, καθάπερ ἔφην, οἰκονομικῶς· μυσταγωγίας δὲ πρόφασιν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα· ἐδίδου δὲ τῷ λόγῳ τὰς ἀφορμὰς ὁ δυσμαθὴς φαρισαῖος· ἐθαύμασε γάρ, φησιν, ὡς οὐκ ἐβαπτίσθη πρὸ ἀρίστου· ἐσκανδαλίσθη, φησὶν, ὅτι δικαίου καὶ προφήτου δόξαν ἔχων παρ' αὐτοῖς, ταῖς ἀλογωτάταις αὐτῶν οὐ συνεπλάττετο συνηθείαις· ἐβαπτίζοντο γὰρ πρὸ τροφῆς, οἷον ῥύπου παντὸς ἑαυτοὺς ἀπαλλάττοντες· ἀσυνέτως δὲ σφόδρα καὶ τοῦτο· ἡ μὲν γὰρ διὰ τῶν ὑδάτων ἀπόνιψις, χρειωδεστάτη λίαν ἐστὶ τοῖς ῥυπῶσι σωματικῶς, ἀκαθαρσίας γε μὴν τῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, πῶς ἂν ἀπαλλάξειέ τινας; πλὴν ἐκεῖνο φαμέν· ἀσύνετε φαρισαῖε, μέγα πεφρόνηκας ἐπὶ τῇ τῶν ἱερῶν εἰδήσει γραμμάτων, τὸν Μωϋσέως νόμον γινώσκεις· εἰπὲ τοιγαροῦν, ποῦ σοι τοῦτο προσέταξε Μωϋσῆς; ποίαν ἔχεις εἰπεῖν ἐντολὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ θεοῦ, τὴν ἐπί γε τῷ δεῖν βαπτίζεσθαι πρὸ τροφῆς; δέδοται μὲν γὰρ διὰ τῆς Μωϋσέως ἐντολῆς εἰς ἀποκάθαρσιν ῥύπου σωματικοῦ, τὸ ὕδωρ τοῦ ἁγνισμοῦ, τύπον ἐπέχον τοῦ ἀληθῶς ἁγίου καὶ διασμηκτικοῦ βαπτίσματος, φημὶ δὴ τοῦ ἐν Χριστῷ· ἀπελούοντο δὲ ὕδατι καὶ οἱ καλούμενοι πρὸς ἱερουργίαν· καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς ἔλουσεν ὕδατι τὸν Ἀαρὼν, καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς λευΐτας· καταδηλοῦντος τοῦ νόμου διὰ τοῦ τυπικοῦ καὶ ὡς ἐν σκιαῖς βαπτίσματος, ὅτι μὲν ἡ κατ' αὐτῶν ἱερουργία, τὸ τέλειον εἰς ἁγιασμὸν οὐκ ἔχει· δεῖται δὲ μᾶλλον τοῦ θείου τε καὶ ἱεροῦ βαπτίσματος, εἰς ἀποκάθαρσιν ἀληθῆ· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἡμῖν ὑποφαίνοντος, ὅτι τὸ ἱερὸν καὶ ἀπόλεκτον παρὰ θεῷ γένος, τουτέστιν ἡμᾶς, τελειοῖ πρὸς ἁγιασμὸν, καὶ εἰς ἀπόθεσιν ῥύπου παντὸς ὁ

* Matth. IX. 12.

quum nihil Deus non sciat? Quid ergo? Illos apprime emendare studebat, medicorum optimos imitans, qui gravius aegrotantibus, curarum suarum adiutoria adhibent. Namque ut ipse aliquando dixit, non egent medico sani, sed qui male habent. Pharisaeus itaque scopo suo sibi proposito, ad convivium invitat; cunctorum autem Servator morem huic ut dixi prudente consilio gerit, atque hanc erudiendi hominis ansam capit. Suppeditavit autem disserendi materiam morosus pharisaeus. Miratus est, inquit evangelista, Christum ante prandium non lavisse. Scandalo ei fuit, inquit, quod ille iusti ac prophetae loco apud Iudaeos habitus, haud tamen absurdissimas ipsorum consuetudines sequebatur. Ipsi enim ante cibum sumendum lavabant, omni se veluti inquinamento mundantes; et hoc ipsum stulte admodum. Nam aquae lotio corporaliter quidem sordidatis utilissima est; a mentis tamen cordisque immunditia qui fieri potest ut quemquam purget? Atqui nos dicimus: o pharisaee insipiens, valde gloriaris de sacrarum litterarum peritia, Moysis legem calles. Dic ergo ubinam id tibi Moyses praeceperit? quodnam potes recitare mandatum Dei, oportere homines ante cibum sumendum lavare? Data fuit utique per mosaicum constitutum ad corporalium sordium purgationem lustrationis aqua, typum gerens vere sancti et purgatorii baptismi, illius nempe qui in Christo fit. Aqua item lavabantur vocati ad sacerdotium. Itaque divus Moyses Aaronem aqua lavit, unaque cum eo levitas; lege videlicet per hunc umbratilem typicumque baptismum demonstrante, ne illorum quidem sacerdotium perfectam sanctificationem habere; sed divino potius sacroque indigere baptismo ut vera mundatio fiat: alioquin etiam nobis innuens, sacram delectamque a Deo gentem, nos videlicet, ad sanctificationem perfici atque omni inquinamento mundari ab universali Servatore, per sanctum venerandumque

Digitized by Google

baptismum. Apparet itaque nusquam in mandatis datum, ut ante cibum lavemus. Cur miraris ergo, vel quamobrem scandalizaris, o pharisaee? Quid tunc Servator? Opportunam facit obiurgationem. Audi enim.

Nunc vos, pharisaei, quod deforis est calicis et catini mundatis etc.

Poterat et alio verborum genere uti Dominus, quum vellet insipientem pharisaeum admonefacere; nihilominus praesentem occasionem captat, et ex iis quae in manibus sunt doctrinam suam connectit. Namque ut in prandii mensaeque tempore, evidentem similitudinem sumit a calice et catino, demonstratque mundos esse debere ac lautos qui sincere Deum colunt; neque corporalibus tantum carere sordibus, verum etiam intellectualibus et reconditis; haud secus quam adhibenda mensis vasa, non extrinsecis tantum inquinamentis mundare convenit, sed etiam intrinsecis. Nam qui exteriora, inquit fecit, idem etiam interiorum auctor est: videlicet qui corpus condidit, idem animam quoque creavit. Oportet igitur, quotquot creaturae sunt unius diligentis virtutem Dei, consentaneam habere munditiem. Ceterum insolitum hoc erat scribis ac pharisaeis, qui ut specie tenus mundi viderentur, omnem operam dabant; sepulcris dealbatis similes, iuxta ipsius Servatoris effatum, exterius quidem speciosi, intus autem mortuorum ossibus et omni spurcitia pleni. Sed non tales vult esse nos Christus, verum sanctos et immaculatos anima et corpore. Quamobrem ait quidam noster: emundate manus, peccatores; et purificate corda, duplices animo. Immo etiam Isaias tam-

τῶν ὅλων σωτὴρ, διὰ τοῦ ἁγίου καὶ σεπτοῦ βαπτίσματος· ὁρᾶται γε μὴν οὐδαμοῦ προστεταχὼς βαπτίζεσθαι πρὸ τροφῆς· τί οὖν τεθαύμακας, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν ἐσκανδαλίσθης ὦ φαρισαῖε; τί οὖν ὁ σωτήρ; εὐάφορμον ποιεῖται τὴν ἐπίπληξιν· ἄκουε γάρ.

Νῦν ὑμεῖς οἱ φαρισαῖοι τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος καθαρίζετε κ. τ. λ. v. 39.

Ἐνῆν * μὲν καὶ ἑτέροις λόγοις χρήσασθαι A. f. 102. b. C. f. 132. b. * ol. ἐξῆν. τὸν κύριον, νουθετεῖν ἐθέλοντα τὸν ἀσύνετον φαρισαῖον· ἐπιδράττεται δὲ τοῦ καιροῦ, καὶ οἷον ἐκ τῶν ὄντων ἐν χερσὶν ἐξυφαίνει τὴν μυσταγωγίαν· ὡς γὰρ ἐν καιρῷ τροφῆς καὶ τραπέζης, ἐναργὲς ὑπόδειγμα δέχεται τὸ ποτήριον καὶ τὸν πίνακα· καὶ διαδείκνυσιν, ὡς καθαροὺς καὶ ἐκνενιμμένους εἶναι χρὴ τοὺς εἰλικρινῶς λατρεύοντας τῷ θεῷ, καὶ οὐδήπου μόνης ἐξ ἀκαθαρσίας σωματικῆς, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς εἰς νοῦν ἔσω κεκρυμμένης, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ ταῖς τραπέζαις ὑπηρετοῦντα τῶν σκευῶν, καὶ τῶν ἔξωθεν ἠλευθεροῦσθαι ῥύπων, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ προσέτι τούτῳ τῶν ἔσω· ὁ γὰρ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔξωθεν, καὶ τὸ ἔσωθεν ἐποίησεν· τουτέστιν ὁ τὸ σῶμα κτίσας, καὶ ψυχὴν εἰργάσατο· χρὴ τοιγαροῦν ἑνὸς ὄντα ποιήματα τοῦ φιλαρέτου θεοῦ, σύνδρομον ἔχειν τὴν ἀποκάθαρσιν· ἀλλ' ἦν ἄηθες τοῦτο τοῖς γραμματεῦσι τε καὶ φαρισαίοις· μέχρι γὰρ μόνου τοῦ δοκεῖν εἶναι καθαροὺς αὐτοὺς, πάντα δρᾷν ἐσπούδαζον· τάφοις κεκονιαμένοις προσεοικότες, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φωνὴν, ἔξωθεν μὲν ὡραῖοι, ἔσωθεν δὲ γέμοντες ὀστέων νεκρῶν, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας (1)· ἀλλ' οὐ τοιούτους ἡμᾶς εἶναι βούλεται Χριστὸς, ἁγίους δὲ καὶ ἀμώμους ψυχῇ τε καὶ σώματι· καὶ γοῦν ἔφη τις τῶν παρ' ἡμῖν· * καθαρίσατε χεῖρας, ἁμαρτωλοὶ, καὶ ἁγνίσατε καρ- * Iac. IV. 8
δίας, δίψυχοι· ἀλλὰ μὴν καὶ Ἡσαΐας ἐκ προσώ-

(1) Hoc loco in codice A. p. 162. b. inseritur Cyrilli locus adversus Iulianum, qui legitur in operum Iuliani editione petaviana p. 337. seq. Sed in catena praeeunt verba: ἀλλ' ἐνταῦθα ὁ ἀποστάτης φευκτέον φησὶ τοὺς τάφους κ. τ. λ. *verum heic apostata fugienda dicit sepulcra* etc. Tum etiam est in codice clausula quam Petavius desiderat: ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιδιὰ καὶ λῆρος· ὁ δὲ κύριος τοὺς τῇ ὑποκρίσει τὴν ἑαυτῶν κακίαν ἐπικαλύπτοντας, τάφους ἀδήλους καλεῖ, ἀπατῶντας τοὺς ἐντυγχάνοντας: *sed haec deliramenta lususque sunt. Etenim Servator homines, qui suam nequitiam hypocrisi contegunt, sepulcra invisibilia appellat, quae supra ambulantes fallunt.* Num ergo Cyrillus dicta a se contra Iulianum, repetiit in commentario ad Lucam cum aliqua varietate?

* Is. 1. 16. που τοῦ θεοῦ· * λούσασθε, φησὶ, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου· ἐπιτήρησον δὲ τοῦ λόγου τὸ ἀκριβές· πονηροὶ γὰρ ὄντες ἴσθ᾽ ὅτε λάθοιεν ἂν τινας τῶν ἀνθρώπων ὀφθαλμοὺς, τοὺς δέ γε θείους οὐκ ἔνεστι λαθεῖν· ποῖον οὖν φάρμακον αὐτοῖς μετὰ τοὺς ἐλέγχους δέδωκεν ὁ σωτήρ;

v. 41. *Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ὑμῖν ἐστιν.*

A. f. 162. b. Καίτοι πλείστας εἶναι φαμὲν τῆς εὐδοκιμήσεως τὰς ὁδοὺς, οἷον πρᾳότητα, ταπεινοφροσύνην, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφά· ἀνθ᾽ ὅτου δὴ οὖν, τῶν τοιούτων ἀφέμενος, φιλοικτίρμονας αὐτοὺς γενέσθαι κελεύει; φιλάργυροι λίαν ἦσαν οἱ φαρισαῖοι, καὶ χρημάτων πορισμοὺς ἀκορέστῳ χειρὶ συλλέγοντες· καὶ γοῦν ἔφη που
* Is. 1. 21. περὶ αὐτῶν ὁ τῶν ὅλων θεός· * " πῶς ἐγένετο πόρνη, πόλις πιστὴ Σιὼν, πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί· τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι, οἱ ἄρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν, ἀγαπῶντες δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσει χήρας οὐ προσέχοντες· " κεχώρηκε τοίνυν οἰκονομικῶς, κατὰ τοῦ κρατοῦντος αὐτῶν ἀρρωστήματος.

v. 42. *Ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ πήγανον καὶ πᾶν λάχανον κ. τ. λ.*

A. f. 163. C. f. 133. Ἃ γὰρ ἔδει μάλιστα κατορθοῦν, ταῦτα παρέντες ὡς ἕωλα, τουτέστι τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ, μόνας ἐκείνας ἀκριβῶς ἐτήρουν τὰς ἐντολὰς, ἤγουν τηρεῖσθαι προσέταττον παρὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν, αἳ πλείστων αὐτοῖς λημμάτων ὁδὸς ἦσαν καὶ ἀφορμή· ὥστε μηδὲ τὰ τῶν λαχάνων λεπτὰ καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου, παρατρέχειν αὐτούς· ἔργον δὲ ἀγάπης τῆς εἰς θεὸν, τὸ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρούειν αὐτῷ, δεδιέναι δὲ τὴν παντὸς νόμου τὴν παράβασιν, κρίσεως δὲ ἡ δικαιοκρισία, καὶ τὸ φροντίδος ἴσως ἀξιοῦν τὰ τεθεσπισμένα, καὶ μὴ καταρρᾳθυμεῖν μὲν τῶν ἀναγκαίων, μόνοις δὲ τοῖς ἐπικερδέσιν ἀκριβῶς ἐνορᾶν, ἀλλ᾽ ἀπροσκλινῆ ποιεῖσθαι τὴν ψῆφον, τὴν ἐφ᾽ ἑκάστῳ πράγματι· τὸ γὰρ ἄδικα κρίνειν, οὐκ ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς τηρούντων

quam ex Dei persona: lavamini, inquit, mundi estote, auferte iniquitates de animabus vestris, in conspectu meo. Animadvertite autem accuratum verborum tenorem. Fieri enim potest ut improbi quidam lateant hominum oculos, Dei vero nequaquam. Quodnam ergo eis remedium post reprehensionem suggessit Servator?

*Verumtamen quae habetis, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.*

Sane plurimas esse bene agendi vias dicimus, puta mansuetudinem, animi humilitatem, et his affinia. Cur ergo, his omissis, misericordes eos esse iubet? Avarissimi pharisaei erant, et pecuniae quaestum insatiabili manu acervabant. Quamobrem de ipsis ait alicubi universalis Deus: « quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena iudicii? Iustitia habitavit in ea, nunc autem homicidae. Argentum tuum adulterinum est, caupones tui vinum aquae miscent: principes tui infideles, socii furum, munerum adpetitores, mercedibus inhiantes: pupillis ius non dicunt, viduarum causis non vacant. » Prudentem ergo adversus praecipuum illorum vitium fecit invectionem.

*Decimatis mentam et rutam et omne olus etc.*

Quae agere apprime oporteret, haec ut levia omittentes, id est iustitiam et Dei caritatem, illa tantum observabant ad unguem praecepta, vel potius a subiecto sibi populo observari iubebant, quae multarum ipsis oblationum vehiculum et occasio erant: ita ut ne minuta quidem olera nulloque pretio digna negligerent. Atqui caritatis erga Deum negotium est, nullatenus eum offendere, universae legis transgressionem vereri, iuste iudicare, pari omnia praecepta cura exequi: neque vero ad necessaria officia torpere, dum uni lucro diligenter studetur; sed indeclinatam omni in re ferre sententiam. Nam contra ius iudicare, non est illorum qui debitam fratribus caritatem servant. Neglectis itaque

Digitized by Google

legis necessariis capitalibusque articulis, decimas vilissimarum etiam rerum percipere satagebant.

Diligitis primas cathedras in synagogis etc.

Per quae illos obiurgat, per haec eadem nos meliores efficit. Vult enim nos minime cupidos esse gloriae, neque speciem virtutis potius quam eiusdem veritatem sectari; quod contra pharisaei solebant. Quippe salutari ab aliquibus, et praecedendi amor, nequaquam nos frugi homines esse denotat: haec enim multis quoque minime bonis accidunt. Quod demonstrat Servator ilico addens: » vae vobis scribae et pharisaei hypocritae, quia estis ut sepulcra quae non apparent, et homines supra ambulantes ignorant. » Nam salutationes omnium in foro ambire, et principem in concionibus locum vehementer adpetere, nihil a clausis sepulcris differt, quae externis quidem ornamentis decora sunt, intus autem omni immunditia scatent. Hoc loco specta mecum hypocrisim summe vituperatam, moremque illum cuncta ob hominum captandam gratiam agendi. Propterea beatus Paulus ait: si hominibus placerem, Christi servus non essem.

Magister, haec dicens etiam contumeliam nobis facis.

Grave plerumque est cuique homini redargui. Ceterum ea res piis quidem non est inutilis; etenim illos ad meliorem frugem transfert. Hoc morbo laborare cerne Iudaeorum appellatos iurisperitos. Namque omnium Servator pharisaeos increpabat ceu a recta via declinantes. Id autem impiorum legisperitorum globus stomachabatur: ipsi enim sese huic accusationi reos inserunt, sibique dicta existimant, quae reapse de ipsis Christus erat effatus. Sed enim melius fuisset reprehensionem boni consulere, atque infirmitatis suae remedium petere, quam contumeliae titulo reprehensionem inscite appellare, quae utilis poterat esse ac fructuosa. Quid ergo ad haec Christus? Reprehensionem gravius in-

ἐστί· τὰ τοίνυν ἀναγκαῖα καὶ συνεκτικὰ μὴ τηροῦντες τοῦ νόμου, τὰς δεκάτας λαμβάνειν ἐσπούδαζον καὶ τῶν εὐτελεστάτων.

Ἀγαπᾶτε τὴν πρωτοκαθεδρίαν ἐν ταῖς συναγωγαῖς κ. τ. λ. v. 43.

Δι' ὧν ἐκείνοις ἐπιτιμᾷ, διὰ τούτων αὐτῶν ἡμᾶς ἀμείνους ἀποτελεῖ· ἀφιλοδόξους A. f. 166.
γὰρ ἡμᾶς εἶναι βούλεται, καὶ μὴ τὸ δοκεῖν, πρὸ τοῦ ἀληθῶς εἶναι, μεταδιώκειν· ὅπερ ἐποίουν οἱ φαρισαῖοι· ἀσπασμὸς γὰρ ὁ παρά τινων, καὶ τὸ προεδρεῦσαι φιλεῖν, οὐ πάντως ἡμᾶς εὐδοκίμους ὄντας ἀποφαίνει· ὑπάρχει γὰρ τοῦτο πολλοῖς καὶ οὐκ ἀγαθοῖς οὖσι· διαδείκνυσι δὲ τοῦτο λέγων εὐθὺς ὁ σωτήρ· “ οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἐστὲ ὡς τὰ μνημεῖα τὰ ἄδηλα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ περιπατοῦντες ἐπάνω οὐκ
οἴδασιν. — Τὸ γὰρ ἀσπασμοὺς ζητεῖν παρὰ A. f. 163. b C. f. 133.
πάντων τῶν ἐν ἀγορᾷ, καὶ τὸ προεδρεύειν συλλόγοις περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι σπουδάζοντες, μνημάτων ἀδήλων οὐδὲν διαφέρουσιν, ἃ διαπρέπει μὲν τοῖς ἔξωθεν κόσμοις, μεστὰ δέ εἰσι πάσης ἀκαθαρσίας· ἐνταῦθα μοι βλέπε διαβεβλημένην ἐσχάτως τὴν ὑπόκρισιν, καὶ πρὸς ἀρέσκειαν ἀνθρώπων ἅπαντα διαπράττεσθαι· διὰ τοῦτο φησὶν ὁ μα-
κάριος Παῦλος· * εἰ ἀνθρώποις ἤρεσκον, * Gal. I. 10.
Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἤμην.

Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. v. 45.

Δυσφόρητον μὲν ἀεί πως ἐστὶ παντὶ A. f. 164. b. B. f. 119. C. f. 133.
ἀνθρώπῳ, τὸ ἐλέγχεσθαι· πλὴν οὐκ ἀνόνητον τοῖς ἐπιεικέσι, μεθίστησι γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἄμεινον· ἄθρει τοῦτο πεπονθότας τοὺς παρά γε τοῖς Ἰουδαίοις ὠνομασμένους νομικούς· ὁ μὲν γὰρ σωτὴρ τῶν ὅλων, ἐπετίμα τοῖς φαρισαίοις ὡς ἔξω τρέχουσι τῆς εὐθείας ὁδοῦ· πρὸς τοῦτο δὲ τὸ τῶν ἀνοσίων νομικῶν ἐχαλέπαινε στῖφος· ἑαυτοὺς γὰρ ὑποφέρουσι τοῖς ἐγκλήμασι, καὶ καθ' ἑαυτῶν εἰρῆσθαι νομίζουσιν, ἃ πρὸς ἐκείνους ἔφη Χριστός· ἀλλ' ἦν δή που κρεῖττον ἀγαπῆσαι μὲν τὸν ἔλεγχον, αἰτῆσαι δὲ τῶν ἀρρωστημάτων τὴν λύσιν, καὶ μὴ ὕβριν ἀμαθῶς τὸν ἔλεγχον ὀνομάζειν, ἐπωφελῆ ὄντα χρήσιμον· τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; ἐπιτείνει τὸν ἔλεγχον,

καὶ τὴν εἰκαίαν αὐτῶν ὀφρὺν καταφέρῃ, λέγων·

v. 46. Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς οὐαί, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία κ. τ. λ.

A. f. 163. b. B. f. 119. Ὡς ἐκ παραδείγματος ἐναργοῦς, τὸν πρὸς αὐτοὺς ἐξυφαίνει λόγον· φορτικὸς μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ὁ νόμος ἦν τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ὡμολόγουν δὲ τοῦτο, καὶ οἱ θεσπέσιοι μαθηταί,
* Act. XV. 10. λέγοντες ἐν ταῖς πράξεσι· * “ καὶ νῦν τί πειράζετε τὸν θεὸν ἐπιθεῖναι ζυγὸν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν ἴσχυσαν βαστάσαι; καὶ αὐτὸς δὲ τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδα-
* Matth. XI. 28. ξεν ὁ Χριστὸς, προσφωνῶν καὶ λέγων· * “ δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πραΰς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν· „ κοπιῶντας δὲ καὶ πεφορτισμένους, τοὺς ὑπὸ νόμον εἶναί φησι, ἑαυτὸν δὲ πρᾶον ὠνόμαζεν, ὡς οὐκ ἔχοντος
* Hebr. X. 28. τοῦτο τοῦ νόμου· ὡς γὰρ Παῦλος φησὶν * “ ἀθετήσας τίς νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· „ οὐαὶ τοίνυν ὑμῖν ὦ νομικοί, δυσβάστακτα γὰρ φορτία καταδεσμεύοντες, εἶτα τοῖς ὑπὸ τὸν νόμον ἐπιτιθέντες αὐτά, αὐτοὶ τούτοις οὐ προσψαύετε· ἀπαράβατον γὰρ προστάττοντες τηρεῖσθαι τὴν Μωϋσέως ἐντολὴν, καὶ δίκην τοῖς ἀθετοῦσιν ἐπάγοντες, αὐτοὶ λόγου τοῦ μηδενὸς ἠξίουν τὸ ἐργάσασθαί τι τῶν διατεταγμένων· τοῖς ταῦτα δρᾷν εἰωθόσι καὶ ὁ σοφώτατος
* Rom. II. 21. Παῦλος ἐπιπλήττει, λέγων· * “ ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; ὁ λέγων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις; ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις; ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; ὃς ἐν νόμῳ καυχᾷ, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις; „ ἀδόκι-
* eod. 23. μος * γὰρ ὁ διδάσκων ἐστὶν, ὅταν ἀσύμβατον ἔχῃ τῷ λόγῳ τὸν τρόπον· τούτῳ καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ πικρὰν ἐπήρτηκε δίκην, λέ-
* Matth. V. 19. γων· * ὡς ὁ μὲν διδάξας καὶ ποιήσας, μέγας κληθήσεται· ὃς δ' ἂν διδάξῃ μὲν, μὴ ποιήσῃ δὲ, οὗτος ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν (1).

tendit, vanumque illorum supercilium deprimit dicens:

Et vobis legisperitis vae, quia oneratis homines oneribus etc.

Evidenti veluti exemplo suum ad illos informat sermonem. Gravis enim sine dubio Israhelitis erat lex; quod divi quoque discipuli fassi sunt, dicentes in actibus « et nunc cur tentatis Deum, imponere iugum super cervices discipulorum, quod ne patres quidem nostri portare potuerunt? » Quin ipse quoque nos Christus hoc docuit, verbis his compellans: « venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos; et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. » Laborantes atque oneratos dicit legi suppositos, seque mitem appellat, ceu si huiuscemodi non sit lex. Etenim, ut ait Paulus, « irritam quis faciens legem Moysis, sine miseratione duobus vel tribus testibus moritur. » Vae ergo vobis, o legisperiti! intolerabilia enim pondera conglobantes, deinde ea legi subiectis imponentes, vos ipsi quidem eadem ne attingere quidem patimini. Quippe legisperiti Moysis praecepta violari vetantes, poenamque transgressoribus decernentes, ipsi tamen nullam legis partem observare curabant. Ita semet gerere solitos sapientissimus quoque Paulus obiurgat dicens: « qui alium doces, te ipsum non doces? qui ais non furandum, furaris? qui dicis non moechandum, moecharis? qui abominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis Deum inhonoras? » Certe improbatur ille doctor, qui non consentientes doctrinae mores habet. Huic ipse Servator acerbam poenam decrevit, dicens: qui docuerit et egerit, magnus vocabitur: qui autem docuerit, et non egerit, hic vocabitur minimus in regno caelorum.

(1) Invertitur heic (sine ullo tamen detrimento) sententiarum evangelicarum ordo. Nec mirum; patres enim haud raro sacrum textum memoriter referebant.

Digitized by Google

Vae vobis qui aedificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos!

Postquam satis improbaverat pessimam legisperitorum officinam, communem Iudaeorum principibus conficit reprehensionem. Quid vero dicat, diligenter scrutemur. Iudaeorum maiores interfecerant variis temporibus sanctos prophetas, qui divinum verbum ad eos deferebant: verum posteri eorum confitentes fuisse illos venerabiles honorandosque prophetas, exornaverant iis sepulcra seu monumenta, honorem tribuentes sanctis viris convenientissimum. Ergo quos maiores ipsorum occiderant, dum posteri sanctos viros existimabant, iudices fiebant illorum qui eos occiderant. Quia enim occisos illos honorandos censebant, idcirco rem occisoribus crimini dabant. Sed tamen qui maiores suos ob tam saeva homicidia condemnaverant, pari mox culpa irretiendi erant, eademque per crimina, immo et peiora, discursuri. Nam quamdiu in aliorum culpas quisquam inquirit, naturali ratiocinio iudicans, pravitatem agnoscit et vituperat: sed cum ipse pares animi passiones experitur, tunc quasi caecus in eas incurrit. Hi ergo auctorem vitae interfecerunt; et hisce adversus eum impietatibus, divorum quoque discipulorum caedes addiderunt. Nam Dei sapientia Servator sic illis aiebat: mittam ad eos prophetas atque apostolos; ex quibus partim occident, partim persequentur, et reliqua. Et hoc quidem loco prophetarum nomine apostolos vocat, nec non apostolorum successores, ecclesiae pastores atque magistros, prophetiae atque doctrinae a sancto Spiritu donis ornatos. Praedicit igitur eventura Iudaeorum genti mala, propter insatiabilem ipsorum saevitiam. Futurum enim erat, ut ultio exquireretur de omnium prophetarum effuso sanguine, a mundi primordiis usque ad praesentem aetatem. Zachariam autem, consentaneum est intelligere Praecursoris parentem, quem non scripta traditio refert a

Οὐαὶ ὑμῖν ὅτι οἰκοδομεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν προφητῶν, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. v. 47.

A. f. 161. B. f. 120. D. f. 47. b.

Ἀδόκιμον ἀποφήνας καὶ αὐτὸ τῶν νομικῶν τὸ παμμόχθηρον ἐργαστήριον, κοινὸν ἅπασι τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς ἐξυφαίνει τὸν ἔλεγχον· τί δὲ ἄρα φησὶν, ἐρευνήσωμεν ἀκριβῶς· οἱ μὲν τῶν Ἰουδαίων πατέρες ἀπέκτειναν κατὰ καιροὺς τοὺς ἁγίους προφήτας, τὸν θεῖον αὐτοῖς διαπορθμεύοντας λόγον· οἵ γε μὴν ἐξ αὐτῶν γεγονότες, ὁμολογοῦντες ὅτι οἱ προφῆται γεγόνασι σεπτοὶ καὶ τίμιοι, περιήρμοσαν αὐτοῖς τοὺς τάφους ἤτοι τὰ μνημεῖα, τιμὴν ἀπονέμοντες τὴν τοῖς ἁγίοις πρεπωδεστάτην· οὐκοῦν ἀπεκτόνασι μὲν οἱ πατέρες αὐτῶν, αὐτοὶ δὲ προφήτας εἶναι πιστεύσαντες καὶ ἄνδρας ἁγίους, κριταὶ γεγόνασι τῶν ἀποκτεινάντων αὐτούς· δι' ὧν γὰρ τιμᾶν ἐγνώκασι τοὺς ἀνῃρημένους, διὰ τούτων αὐτῶν κατηγοροῦσι ὡς ἠσεβηκότων· ἀλλ' οἱ τῶν ἰδίων πατέρων ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς μιαιφονίαις καταψηφισάμενοι, τοῖς ἴσοις ἔμελλον ἁλῶναι κακοῖς, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰέναι πλημμελημάτων, μᾶλλον δὲ διὰ τῶν ἔτι χειρόνων· ἕως μὲν γάρ τις τὰς ἑτέρων ἀδικίας ἐξετάζει, φυσικῷ λογισμῷ κρίνων, ὁρᾷ τὸ φαῦλον καὶ μέμφεται· αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἴσα πάθη ψυχῆς προαγόμενος, οἱονεὶ τυφλὸς ἐπὶ ταῦτα φέρεται· ἀπεκτόνασι μὲν γὰρ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· προστεθείκασι δὲ ταῖς κατ' αὐτοῦ δυσσεβείαις, καὶ τὰς κατὰ τῶν θείων αὐτοῦ μαθητῶν μιαιφονίας· φησὶ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτὴρ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία· * ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενοῦσι, καὶ ἐκδιώξουσι, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ προφήτας μὲν ὧδε τοὺς ἀποστόλους καλεῖ, καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων διαδόχους τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένας καὶ διδασκάλους, τοὺς ἐν προφητείαις καὶ διδασκαλίαις, ταῖς διὰ τοῦ πνεύματος δωρεαῖς κεκοσμημένους· προλέγει τοίνυν τὰ μέλλοντα καταλαβέσθαι τῇ τῶν Ἰουδαίων γενεᾷ κακὰ, διὰ τὴν ἀκόρεστον αὐτῶν μιαιφονίαν· μέλλει γὰρ ἐκζητεῖσθαι τὸ αἷμα πάντων τῶν προφητῶν τὸ ἐκχυθὲν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἕως τῆς γενεᾶς ταύτης· Ζαχαρίαν δὲ ὧδε ἀκόλουθόν ἐστι ἐννοεῖν τὸν τοῦ προδρόμου πατέρα, ὃν ἐξ ἀγράφου παραδό-

* v. 49.

σεως ἱστόρηται (1) τοὺς Ἰουδαίους ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, διὰ τὸ προφητεύειν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ ἀποδεικνῦναι τὴν θεοτόκον, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον θεὸν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν, οἷα δή τινα βασιλέα καὶ κύριον ἐπὶ τὸ ἔθνος ἀποσταλήσεσθαι αὐτῶν· καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν παρθένον μετὰ τὴν ἐκ πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, τοῦ τόπου τῶν παρθένων, τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντος μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, μὴ ἀποστῆσαι, καθὰ δὴ γεγαμημένην, ἀλλ' ἔτι παρθένον γινώσκειν αὐτὴν, καὶ συγχωρεῖν κατὰ τὸν συνήθη τόπον ἑστάναι· διὰ γοῦν ταῦτα τοὺς ἀκούοντας εἰς ὀργὴν ἐμπεσεῖν, καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁπλίσαι τὰς χεῖρας, δεδιότας τὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ προφητείας προσδοκώμενον βασιλέα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους μέλλοντι καταδυναστεύειν αὐτῶν· τὸν οὖν ταῦτα μαρ-

Iudaeis interfectum inter templum et altare, propterea quod prophetaverat, immo vero praesentem demonstraverat virginem deiparam, atque ex ea oriturum Deum ac servatorem Iesum Christum, qui regis instar ac domini ad eorum gentem mittendus erat: ipsamque sanctam virginem, post conceptionem de Spiritu sancto, ex virginali statione, quae in sacro loco erat inter templum et altare, non esse dimittendam dixerat ceu nuptam, sed adhuc virginem agnoscendam, eique permittendum ut in consueta statione subsisteret. His ergo auditis Iudaeos excanduisse, eique manus attulisse, metuentes expectatum ex eius vaticinio regem, caventesque ne regi fierent subiecti qui ipsos imperio premeret. Haec ergo testantem de futuro partu Zachariam

(1) Narratio haec nominatim tribuitur Cyrillo in duobus saltem codicibus C. f. 133. b, et D. f. 47. b. Et quidem aliis plerumque verbis eandem rem scribit noster Cyrillus etiam contra Anthropomorphitas cap. 27. Porro in codice item vetere B. f. 119. b. eandem narrant historiam Greg. Nyssenus (qui tamen cum Cyrillo contra Anthrop. saepe ad litteram congruit) nec non Severus antiochenus, quorum verba adscribam. Τοῦ Νύσσης. Ἱερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν, τῷ τῆς προφητείας χαρίσματι πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν κρυπτῶν χειραγωγούμενος· ὃς τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου τόκου μυηθεὶς, οὐκ ἀπέκρινεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν ἄγαμον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους ὅτι παρθένος ἡ κόρη, καὶ θεὸς μέγας καὶ σωτὴρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενος Ἰησοῦς Χριστός· ἦν δὲ οὗτος ὁ τόπος, τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διάστημα· ἐπεὶ δὲ ἤκουον ταῦτα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους, ταῦτα μαρτυροῦντα διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντες. — Λέγει καὶ Σευῆρος εἰς τὸ αὐτό, ὅτι ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστόρηται τοὺς Ἰουδαίους τὸν ἱερέα Ζαχαρίαν τὸν Ἰωάννου πατέρα ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἣν καὶ ὁ Νύσσης εἴρηκεν. *Nysseni. Sacerdos erat hic Zacharias, prophetiae dono ad arcanorum cognitionem manuductus. Is virginitatis mysterium circa incontaminatum partum edoctus, non secrevit in templo ab adsignato per legem virginibus loco incorruptam matrem, Iudaeos admonens virginem esse hanc puellam, Deumque magnum ac servatorem oriturum ex ipsa Iesum Christum. Erat vero is locus, inter templum et altare intervallum. Ea re audita Iudaei, veriti ne regi fierent subditi, virum talia testantem interficiunt, ipso in altari sacerdotem immolantes. — Ait etiam Severus hoc eodem evangelii loco, ex traditione non scripta narratum esse, Iudaeos sacerdotem Zachariam, Iohannis patrem, occidisse inter templum et altare, ob eandem quam Nyssenus dixit causam.* Nysseni locus sumitur, nonnullis variatis, ex eius sermone de ost. Domini. Tractum autem Severi multo integriorem nos edidimus in tomo decimo AA. class. p. 432, qui Cyrillum auctorem sibi familiarissimum sine dubio expilavit. Item nos Script. vet. T. IX. p. 662. In catena ad Lucam verba protulimus Geometrae, qui Zachariam ab Herodis lictoribus occisum ait. Sed enim notissima est Hieronymi sententia super hac traditione comm. in Matth. XXIII. 35. *Alii Zachariam patrem Iohannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris praedicarit adventum. Hoc quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Ita peremptorio, ut solet, stilo Hieronymus. Sed tamen cum Cyrillo, et supra scriptis Nysseno Severo et Geometra, consentiunt antiquissimi patres a Calmeto iam citati (praeter Iacobi protoevangelium) Origenes, Petrus alex., Tertullianus, Basilius, Chrysostomus, Epiphanius; item iuniores Theophylactus et Euthymius. His addit Baronius (qui hanc opinionem tuetur T. I. ao. I. n. 53.) etiam Valentiniani imp. auctoritatem in epistola apud Theodoretum hist. lib. IV. 8. Origenis locus graece extat ex catena ms. in ed. Ruaei T. III. p. 845, sed initio acephalus, quem nos ex cod. A. p. 164. b. ita supplebimus. Ὠριγένους. Ζαχαρίαν εὑρίσκομεν ἐν ταῖς βασιλείαις ἱερέα, φονευθέντα ἐγγὺς τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ὑπὸ Ἰωὰς βασιλέως Ἰούδα· Ἰώσηππος δὲ ἱστορεῖ τὸν υἱὸν Βαραχίου Ζαχαρίαν αὐτὸν εἶναι πατέρα τοῦ Βαπτιστοῦ· οὐ δύνανται γὰρ etc. (heic sequitur dicta editio.)

interemerunt, dum apud ipsum altare rem sacram utpote sacerdos operabatur.

Utique dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Etiamsi demonstrative dicit « ab hac generatione » haud fortasse tamen significari ab eo dicimus praesentes tantummodo atque auditores, sed homicidam quemlibet, et sanguinis effusi reum: nam simile cum simili collocatur, ut fraternum atque homogeneum, iuxta illud: haec est generatio quaerentium Dominum. Et illud: et custodies nos a generatione hac.

Tulistis clavem scientiae, ipsi non introistis etc.

Scientiae clavem dicimus ipsam esse legem, et in Christo iustificationem, per fidem videlicet in ipsum. Sane in umbra typoque lex versabatur, verumtamen veritatem typi figurant, umbraeque multimodis depingunt nobis Christi mysterium. Agnus mactabatur secundum Moysis legem: carnes eius comedebant, et limina sanguine ungebant; atque ita exterminatori superiores fuerunt. Atqui communis oviculae cruor, necem arcere haud potuisset; ergo figurabatur in agno Christus, pro mundi vita caedem sustinens, proprioque sanguine participes sui salvans. Plurima quispiam addere posset, ex quibus cognoscere licet Christi sacramentum a legis umbra delineatum. Dixit autem alicubi Christus ipse Iudaeos alloquens: « est qui vos accusat Moyses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit. » Et mox: « scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere: et ipsae sunt, quae testimonium perhibent de me; nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis. » Tota enim inspiratae scripturae oratio ipsum designat, et in eundem collineat. Debebant ergo sic dicti legisperiti, ceu qui in Moysis lege studium collocaverant, nec sanctorum prophetarum oracula ignorabant, aperire quodammodo iudaicis turbis scientiae ianuam. Nam lex ad Christum instituit, atque ad

τυροῦντα περὶ τὸν τόπον διαχωρίζονται, πρὸς αὐτῷ τὸ θυσιαστηρίῳ τὰ ἱερὰ ἱερουργήσαντα *.

* al. codd. ἱερουργήσαντες.

v. 51.

Ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ γενεᾶς ταύτης.

A. f. 164. b.

Εἰ καὶ δεικτικῶς ἔστι λέγει ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, οὐχὶ μόνον τάχα που κατασημῆναι φαμὲν τοὺς τότε παρόντας καὶ ἀκροωμένους, ἀλλὰ πάντα τὸν φονευτὴν καὶ ὑπὸ τὴν μιαιφονίαν πίπτοντα· συντέτακται γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὡς ἀδελφὸν καὶ ὁμογενές· κατὰ τὸ, αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν κύριον· * καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης *.

* Ps. XXIII. 6.

* Ps. XI. 6.

v. 52.

Ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε κ. τ. λ.

A. f. 166.
B. f. 120.
C. f. 133. b.
D. f. 48.

Κλεῖδα γνώσεως, αὐτὸν εἶναι φαμὲν τὸν νόμον, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν διὰ πίστεως ἤγουν δηλονότι τῆς εἰς αὐτόν· ἦν μὲν γὰρ ὁ νόμος ἐν σκιᾷ καὶ τύπῳ, πλὴν οἱ τύποι διαμορφοῦσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ γράφουσιν αἱ σκιαὶ πολυτρόπως ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον· ἀμνὸς ἐσφάζετο κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ἤσθιον τῶν κρεῶν αὐτοῦ, καὶ ἔχριον τῷ αἵματι τὰς φλιάς· καὶ νενικήκασι τὸν ὀλοθρευτήν· ἀλλ' αἷμα προβάτου κοινοῦ, οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀναστεῖλαι θάνατον· ἐμορφοῦτο δὴ οὖν ὡς ἐν ἀμνῷ Χριστὸς, ὁ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ὑπομένων σφαγὴν, καὶ σώζων αἵματι τῷ ἰδίῳ τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ· πλεῖστα δ' ἂν τις πρὸς τοῦτο λέγοι, δι' ὧν ἔνεστιν ἰδεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς γραφόμενον· ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῶν· * " ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωϋσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε· εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε· καὶ πάλιν· * ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι ἐν αὐταῖς δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ περὶ ἐμοῦ μαρτυροῦσαι· καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε· ,, ἅπας γὰρ λόγος τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, εἰς αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ συντείνεται· ἤδη δὴ οὖν τοὺς καλουμένους νομικοὺς, ἅτε δὴ τὸν Μωϋσέως πολυπραγμονοῦντας νόμον, καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν οὐκ ἠγνοηκότας φωνὰς, ἀνοίγειν τρόπον τινὰ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις τὰς τῆς γνώσεως θύρας· παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ Χριστὸν, ἀπο-

* Ioh. IV. 46.

* Ioh. V. 39.

φέρει δὲ εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἁγίων
Sicut morbi corporum vehementiores, remediorum adiutoria non admittunt, ac medicinam veluti fugiunt; et cum aliquis profutura exhibet, gravius exasperantur, et quasi indignantur blandienti arti; sic

οὐ γὰρ ἔν γε τῷ εἶναι πλούσιοι, λογικοί τέ ἐσμεν, καὶ ἁπάσης ἀγαθοεργίας ἐπιστήμονες, ἀλλ᾽ ἡ τῆς φύσεως ἐπιτηδειότης, δεκτικὴ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶν ἡμέτερον· ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος *, ἐκτίσθημεν ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς, οἷς προητοίμασεν ὁ Θεὸς ἵνα ἐν αὐτοῖς περιπατήσωμεν· ὅταν τοίνυν ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ, τουτέστιν ἐν τοῖς ἔξωθεν προσγινομένοις, ἄπιστοί τινες εἶεν, πῶς ἂν λάβοιεν τὰ ἑαυτῶν; τουτέστι πῶς ἂν ἐν μεθέξει γένοιντο τῶν θεοσδότων ἀγαθῶν; ἢ πῶς κομισόμεθα τὸ ἱερόν τε καὶ ἀξιάγαστον κάλλος, ὃ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐγγράφει Θεὸς, διαμορφῶν αὐτὰς πρὸς ἑαυτόν; γεγόναμεν γὰρ οὕτως ἐν ἀρχαῖς· ὅτι δὲ ἐστὶ τῶν ἀμηχάνων, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μερίζεσθαι πρὸς τὰ ἐναντία, καὶ ἀκαταμέμπτως δύνασθαι βιοῦν, διαδείκνυσι λέγων· * Ephes. II. 10.

Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. v. 13.

Παράδειγμα τοῦτο σαφές τε καὶ ἐναργὲς, καὶ τῇ τῶν προκειμένων θεωρίᾳ πρεπωδέστατον· συμπέρασμα δὲ ὥσπερ τοῦ παντὸς λόγου, τὸ ἐφεξῆς· οὐ δύνασθε γὰρ Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ· εἰ γὰρ δή τις γένοιτο, φησὶ, δύο κυρίων οἰκέτης, μεμερισμένων τοῖς θελήμασιν εἰς τὸ ἐναντίον, καὶ ἀσύμβατον ἀλλήλοις ἐχόντων τὴν γνώμην, πῶς ἂν δύναιτο ἀμφοτέροις ἀρέσαι; μεριζόμενος γὰρ εἰς τὸ ἑκατέρῳ δοκοῦν, τοῖς ἀμφοῖν θελήμασιν ἀντανίσταται· πᾶσα γὰρ ἀνάγκη, τὸν αὐτὸν ὁρᾶσθαι πονηρόν τε καὶ ἀγαθόν· οὐκοῦν εἴπερ ἕλοιτο γνήσιος ἑνὶ γενέσθαι, φησὶ (1), μισήσει τὸν ἕτερον· ἀμήχανον δὴ οὖν Θεῷ δουλεῦσαι καὶ μαμωνᾷ· ἐπὶ θάτερον τοίνυν μεταθῶμεν τὴν πᾶσαν σπουδὴν, πολλὰ χαίρειν εἰπόντες τῷ μαμωνᾷ· ταῦτα γὰρ ἡμῖν ὁ μέγας εἰσηγεῖται διδάσκαλος. A. f. 217. B f. 164. b.

Φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες ἐξεμυκτήριζον αὐτόν. v. 14.

Ὥσπερ τὰ τῶν ἐν τοῖς σώμασι παθῶν ἀγριώτερα, τὰς ἐκ τῶν φαρμάκων ἐπικουρίας οὐ προσίεται, φεύγει δὲ ὥσπερ τὴν ἴασιν· κἂν εἴ τις προσάγοι τὸ πεφυκὸς ὠφελεῖν, ἐξαγριοῦται μειζόνως, καὶ οἷον ἀγανακτεῖ, καί A. f. 217. b.

(1) Φησὶ intercalatum esse verbum, ut passim fit, non agnovit Corderius, ideoque scripsit: *ille dicet ut odiat alterum.*

τοι τῇ τέχνῃ κολακευόμενα, οὕτω τὰ ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς ἐπισυμβαίνοντα πάθη σκληρὰ καὶ ἀνυθέτητά πως εἰσὶν ἔσθ' ὅτε, καὶ οὐδενὸς ἀνέχεται λόγου καλοῦντος εἰς ἀπόστασιν τοῦ κακοῦ, καὶ τοῖς ἀμείνοσιν ἐμβιβάζοντος· τοῦτο πεπονθότας εὑρήσομεν τοὺς φαρισαίους, οἳ διὰ φιλαργυρίαν ἐξηυτέλιζον τὰς ἀρίστας παραινέσεις· καὶ δέον σεβασθῆναι, ἐμυκτήριζον ταῦτα εἰσηγούμενον δεσπότην· ἀλλ' ἡμεῖς ἐξέλωμεν τὸ τῆς φιλαργυρίας (1) κέντρον, ὃ καὶ εἰς ἀσέβειαν ἐγείρειν δύναται, καθάπερ ἐκείνους· μακρὸν τοιγαροῦν ἐπ' αὐτοῖς δαπανήσας λόγον ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ, εἶτα τῶν ἰδίων σκεμμάτων καὶ παθῶν οὐκ ἀποφοιτῶντας ὁρῶν, ἐμφιλοχωροῦντας δὲ μᾶλλον τῇ συντρόφῳ σκαιότητι, τρέπεται λοιπὸν ἐπὶ τὸ δριμὺ τῶν ἐλέγχων, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο, καὶ ἀποφαίνει ὑποκριτὰς ὄντας καὶ βωμολόχους, καὶ δόξης μὲν ἐραστὰς, ἥ περ ἂν πρέποι δικαίοις τε καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐ μὴν ὄντας τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν.

v. 15. Ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων.

A. f. 218. Τοῦτο καὶ ἑτέρωθί που πρὸς αὐτοὺς εὑρί-
* Ioh. V. 44. σκεται λέγων· * “ πῶς δύνασθε πιστεῦσαι, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, τὴν δὲ δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ οὐ ζητεῖτε; „ τοὺς μὲν γὰρ ἀληθῶς ὄντας ἀγαθοὺς, τοῖς εἰς δικαιοσύνην ἐπαίνοις ὁ θεὸς στεφανοῖ· οἵ γε μὴν ἀφιλάρετοι καὶ ὑποκριταὶ, τάχα τοῖς ἑαυτῶν ψήφοις, τὸ δοκεῖν εἶναι σεπτοὶ παρακλέπτουσιν· ἀλλ' οὐδεὶς, ὦ βέλτιστοι, φαίη τίς ἂν αὐτοῖς, ἑαυτὸν στεφανοῖ· γέγραπται
* Prov. XXVII. 2 γάρ· * ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη· πλὴν κἂν εἰ δύναιντό πως λαθεῖν οἱ ὑποκριταὶ, καὶ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἁρπάσαι τιμὰς, ἀλλ' οὖν ὁ θεός φησι γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τιμᾷ μὲν δίκαιον τὸν ἀληθινὸν, σκορπίζει δὲ τὰ τῶν ἀνθρωπαρέσκων ὀστᾶ· ἀνθρωπαρεσκία γὰρ ῥίζα καὶ ἀρχὴ καὶ γένεσις τῆς μεμισημένης παρά τε θεῷ καὶ ἀνθρώποις ὑπεροψίας· καταστίξας τοίνυν τοῖς ἐλέγχοις αὐτοὺς, ἕτερόν τι τούτοις προσεπάγει Χριστὸς,

quae hominum animabus eveniunt perturbationes, saevae et admoneri impatientes aliquando sunt, nulliusque vocem audiunt a vitio revocantis, et meliora suadentis. Hoc idem passos comperiemus pharisaeos, qui ob suam avaritiam admonitiones optimas flocci faciebant; et quum revereri deberent, disserentem haec Dominum deridebant. Verumtamen nos avaritiae stimulum eximamus, quod usque ad impietatem nos potest, aeque ac illos, impellere. Longo itaque adversus eos consumpto sermone Servator universalis, quum a propriis cogitationibus et cupiditatibus haud recedere cerneret, sed ingenitam nequitiam acrius retinere, pergit deinceps ad acerbiores increpationes, occasione invitante, definitque eos esse hypocritas, gulosos victimarum appetitores, et gloriae quidem cupidos, quae iustis bonisque debetur viris, sed tamen ipsos a virtute longe remotos.

Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus.

Hoc idem alibi quoque dixisse eis Christum comperimus: quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, gloriam autem quae a solo Deo est non quaeritis? Nam vere bonos Deus iustitiae laudibus ornat. Hostes autem virtutis et hypocritae, fortasse suffragio proprio, sanctitatis opinionem usurpant. Atqui, o egregii, dicet his aliquis, nemo se ipsum coronat. Scriptum est enim: laudet te proximus, non os tuum; extraneus, non labia tua. Attamen etiamsi latere fortasse queant hypocritae, et ex hominibus honorem carpere, certe Deus corda vestra novit, et enm qui vere iustus est, habet in pretio; at illorum, qui hominibus placent, ossa dispergit. Quippe placendi hominibus studium, radix est et initium et parens invisae Deo hominibusque superbiae. Postquam eos reprehensionibus bis compunxerat, aliud addit Christus quod erant pas-

(1) Cod. φιλανθρωπίας, quod plane mendum nobis visum est.

suri propter haerentem illis impietatem et contumaciam. Dicit enim:

Lex et prophetae usque ad Iohannem etc.

Involvit rursus obscuritate id quod molestiam creabat, et obumbratam quodammodo facit praedictionem eorum quae incredulis eventura erant. Nam Moyses, inquit, et reliquus cum eo sanctorum prophetarum chorus, sacramenti mei virtutem terrae incolis praenunciaverunt. Lex quidem per umbram et figuras denotabat, me in carne necem passurum ut mundum salvarem; et corruptelae vim superaturum, a mortuis resurgendo. Consona autem Moysis legi prophetae locuti sunt. Haud ergo mirum est, immo et praecognitum fuit, quod vos sermonibus meis credituri non fueritis. Nam usque ad Iohannem Baptistam vaticiniorum de me pertinet sermo. A diebus autem Iohannis, regnum caelorum nunciatur, et omnis homo ad id compellitur. Regnum autem caelorum hoc loco dicit iustificationem in fide, peccati ablutionem per sanctum baptisma, sanctificationem per Spiritum, adorationem in Spiritu, adoptionis dignitatem, dandae sanctis in posterum gloriae spem. Nunciatur itaque caelorum regnum, procedente in medium Baptista ac dicente: parate viam Domini; et iam praesentem demonstrante agnum Dei qui tollit peccatum mundi. Quisquis ergo sacrae praedicationis auditor est et amator, is vi compellitur; id est omni alacritate totisque viribus utens, in spem recipi gestit. Namque ut alibi ait: regnum caelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.

Facilius est autem etc.

Facilius esse dicit caelum et terram transire, nondum id fieri iubente Deo, quam legis unum excidere apicem. Legem aliquando summatim dicit pro universa divinitus inspirata scriptura, idest Moysis ac prophetarum. Quaenam itaque praenunciaverunt, quae et exitum habere necesse sit? Praedixerunt videlicet, fore ut ob mul-

ὅπερ ἔμελλον πείσεσθαι, διά γε τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀνοσιότητα τὲ καὶ ἀπείθειαν· φησὶ γάρ·

Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου κ. τ. λ. v. 16.

Ἐπικρύπτει πάλιν ἀσαφείᾳ τὸ λυποῦν, A f. 218.
καὶ κατεσκιασμένην ὥσπερ ποιεῖται τὴν προαγόρευσιν τῶν συμβησομένων τοῖς ἀπειθεῖν ἑλομένοις αὐτῷ· Μωϋσῆς γάρ φησι καὶ σὺν αὐτῷ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ χορὸς, τὴν κατ' ἐμὲ μυστηρίου τὴν δύναμιν προκατηγγέλκασι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ὁ νόμος ἐδήλου διὰ σκιᾶς καὶ τύπων, ὅτι καὶ τὸν τῆς σαρκὸς ὑπομενῶ θάνατον, ἵνα σώσω τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ καταργήσω τὴν φθορὰν, ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν· συμβαίνοντα δὲ τοῖς Μωϋσέως νόμοις, ἐλάλησαν οἱ προφῆται· ξένον τοίνυν φησὶν οὐδὲν, ἤγουν προεγνωσμένον, ὅταν τοῖς ἐμοῖς ἀπειθήσητε λόγοις· μέχρι γὰρ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, ὁ τῆς προφητείας τῆς ἐπ' ἐμοὶ καὶ ὑμῖν ἐκτείνεται λόγος· ἀπὸ δέ γε τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται· βασιλείαν δὲ οὐρανῶν φησὶν ἐν τούτοις, τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν τῆς ἁμαρτίας ἀπόνιψιν. τὴν διά γε φημὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, τὸν διὰ τοῦ πνεύματος ἁγιασμὸν, τὴν ἐν πνεύματι προσκύνησιν, τὸ τῆς υἱοθεσίας τὸ καύχημα, τῆς μελλούσης δοθήσεσθαι τοῖς ἁγίοις δόξης τὴν ἐλπίδα· εὐαγγελίζεται τοίνυν ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία, παρελθόντος εἰς μέσον τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ λέγοντος· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου· καὶ καταδεικνύντος ἤδη παρόντα τὸν ἀμνὸν τοῦ θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· πᾶς δὲ εἴ τις γέγονε τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων κατήκοος καὶ ἐραστὴς, εἰσβιάζεται· τουτέστιν ἁπάσῃ προθυμίᾳ καὶ παντὶ σθένει χρώμενος, εἴσω παρελθεῖν τῆς ἐλπίδος ἐπιθυμεῖ· ὡς γὰρ ἑτέρωθί που φησὶν *, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. * Matth. XI. 12.

Εὐκοπώτερον δέ ἐστι κ. τ. λ. v. 17.

Εὐκοπώτερον εἶναι φησὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν A f. 218. b.
γῆν παρελθεῖν, οὔπω τοῦτο γίνεσθαι θεοῦ προστάττοντος, ἢ τοῦ νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν· νόμον δέ φησιν ἴσθ' ὅτε συλλήβδην ἅπασαν τὴν θεόπνευστον γραφὴν, τουτέστι τὰ Μωϋσέως καὶ προφητῶν· τίνα τοίνυν προαπηγγέλκασιν, ἃ καὶ δεῖ πάντως ἐκβῆναι πρὸς πέρας; προηγόρευσαν ὅτι διὰ πολλὴν

ἀπιστίαν καὶ τρόπων ἀνοσιότητα, τῆς πρὸς θεὸν οἰκειότητος ἀπολισθήσει, καί τοι πρωτότοκος ὢν ἐν τέκνοις ὁ Ἰσραήλ· καὶ ὅτι τῆς παρ' αὐτοῦ ἀγάπης ἐξωσθήσεται ἡ Ἱερουσαλήμ·
* Os. II. 6. καὶ γοῦν ἔφη περὶ αὐτῆς, διὰ φωνῆς Ὠσηέ· * " ἰδοὺ ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι, καὶ ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδοὺς αὐτῆς· καὶ τὴν τρίβον αὐτῆς οὐ μὴ εὕρῃ· „ ὁδὸς μὲν γὰρ εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ οὐδὲν ἄναντες ἐν αὐτῇ, λεῖα δὲ πάντα καὶ ἱππήλατα· φράσσεται δὲ ἡ ὁδὸς τῆς Ἰουδαίων μητρὸς, τουτέστιν ἀδιόδευτος αὐτοῖς ἡ τῆς εὐσεβείας ἀπετελέσθη τρίβος· ὅτι δὲ γεγόνασι σκοτεινοὶ τὸν νοῦν, καὶ οὐ προσήκαντο τῆς τοῦ σωτῆρος δόξης τὸ φῶς, οὐ γὰρ ἐγνώκασιν αὐτὸν, προαναπεφώνηκε,
* Os. IV. 5. λέγων *, ὡς πρὸς Ἰουδαίων τὸν δῆμον· " νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν μητέρα σου· ὡμοιώθη ὁ λαός μου, ὡς οὐκ ἔχων γνῶσιν· ὅτι σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι· καὶ ἐπελάθου νόμου θεοῦ σου, κἀγὼ ἐπιλάθωμαι τέκνων σου· „ ἀκούεις ὅτι σκότῳ καὶ νυκτὶ παρεικάζεται, καὶ σφόδρα εἰκότως, ἡ τῶν ἀπειθούντων πληθύς; ἀνίσχει μὲν γὰρ τοῖς πιστεύουσιν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ὁ νοητὸς ἑωσφόρος, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος· σκότῳ δὲ καὶ ἀχλύϊ νοητῇ καταμελαίνεται τῶν ὑβριζόντων τὴν οὕτω λαμπρὰν καὶ ἀξιόκτητον χάριν ὁ νοῦς· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἐξ Ἰσραήλ· περὶ δὲ τῶν ἐπεγνωκότων τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ θεὸς καὶ πατὴρ
* Zach. X. 16. ὑπισχνεῖτο, λέγων· * " καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν κυρίῳ θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ θεοῦ αὐτῶν ὑπάρξουσι (1) · „ συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἐν πνεύματι φησὶ
* Ps. LXXXVIII. 16. πρὸς Χριστόν· * " κύριε ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν· ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν, σὺ εἶ· καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου (2) ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν· „ καυχώμεθα γὰρ ἐν Χριστῷ, δικαιωθέντες ἐν αὐτῷ· γεγόναμεν ὑψηλοὶ, τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας ταπείνωσιν ἐκβεβληκότες, καὶ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων τὴν ἀκριβῆ καταπλου-

tam suam incredulitatem et morum impietatem, ab amicitia Dei excidat Israhel, primogenitus licet inter filios; et urbs Hierusalem illius amore excludatur. Quamobrem ait de ipsa per os Oseae: « ecce ego saepiam viam eius sudibus, et obstruam itinera eius, et ipsa semitam suam non inveniet. » Porro via piorum recta est, nihil in ipsa arduum, sed facilia cuncta et gradibilia. Secus autem obstruitur via metropoleos Iudaeorum, id est inacessa his verae religionis fit semita. Quod vero obtenebratam mentem habuerint, nec lumen gloriae Servatoris admiserint, quem agnoscere noluerunt, praedixit his verbis Iudaeorum veluti populum alloquens. « Nocti assimilavi matrem tuam. Assimilatus est populus meus, quasi non habens scientiam. Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio mihi fungaris. Oblita es legis Dei tui, ego quoque filiorum tuorum obliviscar. » Audin tenebris noctique comparari, et convenientissime quidem, incredulorum multitudinem? Credentibus enim exoritur in mente et corde intellectualis lucifer, ac iustitiae sol; secus vero mens eorum obtenebratur qui erga tam splendidam pretiosamque gratiam iniurii sunt. Et haec quidem de Israhelitis. Iis autem, qui adventum omnium nostrûm servatoris Christi agnoverunt, per unum de sanctis prophetis Deus pater spondebat dicens: « confortabo eos in domino Deo ipsorum, et in nomine domini Dei ipsorum erunt. » Consona his etiam psalmista Spiritu instinctus aiebat ad Christum: « Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exultabunt tota die; quoniam gloria virtutis eorum tu es; et in iustitia tua exaltabitur cornu eorum. » Gloriamur nimirum in Christo, cum in ipso iustificamur: excelsi efficimur, abiecta peccati humilitate, et verorum dogmatum accuratam adepti notitiam. Hoc enim nobis

(1) Ita cod. pro κατακαυχηθήσονται *gloriabuntur*, ut in textu edito.
(2) Ita cod. praetermissis aliquot in medio verbis.

spondebat Deus voce Isaiae dicens: « et ducam caecos in viam, quam nesciebant, et semitas quas ignorabant calcare eos faciam; convertam tenebras illis in lucem, et cuncta obliqua faciam recta. » Nos enim qui caeci eramus, recepimus lumen, et insolitam iustitiae viam terimus. Qui autem legis ducatu gloriabantur, in tenebras inciderunt. Namque ut ipsemet aiebat Christus, tenebrae excaecaverunt oculos eorum, et obduruit ex parte Israhel; ut spectantes non videant, et auscultantes non audiant. Nam debacchati sunt contra sanctos prophetas, et ipsi Christo manus afferre ausi sunt ad salutem vitamque vocanti. Si ergo discredetis, inquit, meosque insipienter sermones irridebitis, qui vos ceteroqui ad rei utilis decoraeque consecutionem deducebant; non fuit hoc, inquit, ignotum sed iamdiu a lege prophetisque praedictum. Porro impossibile est, Dei oracula effectu carere: nam quod omnino prorsusque sciebat esse futurum, id praedixit. Prout ergo dictum fuerat, evenisse demonstrat; haud equidem propheticas auctoritates dissolvens aut subvertens, sed complens potius prophetas simul et legem. Nam quia dixerat legem et prophetas usque ad Iohannem stetisse, ne quis putaret, nunc eos exclusos et abolitos, propterea subdidit: non excidet de lege iota unum; aut apex, secundum Matthaeum.

τηρήσαντες γνῶσιν· τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐπηγγέλλετο Θεὸς λέγων διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· * " καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ᾔδεισαν πατῆσαι ποιήσω αὐτούς· ποιήσω αὐτοῖς τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν· ", ἡμεῖς μὲν γὰρ ὄντες τυφλοὶ, πεφωτίσμεθα, καὶ τὴν ἀπλανῆ τῆς δικαιοσύνης ἐρχόμεθα τρίβον· οἱ δὲ νόμον αὐχοῦντες παιδαγωγὸν, ἐν σκότῳ γεγόνασιν· ὡς γὰρ αὐτὸς ἔφη Χριστὸς, ἡ σκοτία ἐτύφλωσε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν *, καὶ πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ· ἵνα βλέποντες, μὴ βλέπωσι· καὶ ἀκούοντες, μὴ ἀκούωσι· πεπαρῳνήκασι γὰρ εἰς τοὺς ἁγίους προφήτας, τετολμήκασι δὲ καὶ αὐτῷ τὰς χεῖρας ἐπενεγκεῖν τῷ καλοῦντι πρὸς σωτηρίαν καὶ ζωήν· οὐκοῦν ἂν ἀπειθῆτε, φησὶ, κἂν τοὺς ἐμοὺς ἀπειέτως διαμυκτηρίζητε λόγους, ἐπὶ τὴν τοῦ χρησίμου καὶ πρέποντος ἀποκομίζοντας θήραν, ἀλλ' οὐκ ἠγνοήθη ταῦτα φησὶ, ἀλλ' ἤδη προείρηται διά τε νόμου καὶ προφητῶν· ἔστι δὲ τῶν ἀμηχάνων, εἰς ἀπραξίαν διαπεσεῖν τὰς θεοῦ φωνάς· ὃ γὰρ ᾔδει πάντη τε καὶ πάντως ἐσόμενον, τοῦτο προκαταμεμήνυκε· κατὰ μὲν οὖν τὸ ῥητὸν, δηλοῖ ὅτι ἀφῖκται, καταλύσων μὲν ἥκιστα ἢ ἀνατρέψων τὰ προφητῶν, ἀποπεραιῶν δὲ μᾶλλον καὶ προφήτας καὶ νόμον· ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὅτι ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, ἵνα μή τις ὑπολάβοι, ὅτι ἐκβέβληνται καὶ ἠθέτηνται, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· ὅτι οὐ πεσεῖται ἀπὸ τοῦ νόμου ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία κατὰ τὸν Ματθαῖον (1).

* Is. XLII. 16.

* Ioh. XII. 40 ex Is. VI. 9.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso.

Ἄνθρωπος δέ τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. v. 19.

Interrogabit aliquis, num secundum evangelicam historiam, quae ait pauperem ad requiem transisse, divitem vero ad poenam, num inquam haec iam evenerint, dignaque utrique data fuerit remuneratio; an futuri potius iudicii hoc exemplo imago repraesentetur? Utique, inquit, quia Lazari nomen diserte ponit, vere haec evenerunt et peracta sunt. Cur enim non dixit « homo quidam pauper, sed Lazarus? »

Πύθοιτο δ' ἂν τις, ἆρά γε κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, τὴν λέγουσαν τὸν μὲν πτωχὸν εἰς τὴν ἀνάπαυσιν ἀπελθεῖν, τὸν δὲ πλούσιον εἰς τὴν κόλασιν, γέγονεν ἤδη ταῦτα, καὶ ἀνταπόδοσις ἀξία ἐκληρώθη ἑκάστῳ, ἢ τῆς μελλούσης κρίσεως ἀνατυποῖ τὴν εἰκόνα ἐν τούτοις; ἀλλὰ μὴν φησιν, ὁπότε ὀνομάζει Λαζάρου προσηγορίαν, ἀληθῶς γέγονε καὶ ἐπράχθη· διὰ τί γὰρ μὴ εἶπε, πτωχὸς δέ τις ἄνθρωπος, ἀλλὰ Λάζαρος; ἵνα τῇ

A. f. 250. k. f. 252. b.

(1) Lucas *iota*; Matthaeus V. 18. utrumque *iota* et *apex*.

προσηγορίᾳ δείξῃ, πείρᾳ καὶ ἀληθείᾳ ταῦτα πεπρᾶχθαι· πρὸς ὃν ἐροῦμεν· τὴν κρίσιν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν, ἡ θεία πανταχοῦ λέγει γραφή· ἀνάστασις δὲ οὐκ ἔσται, μὴ αὖθις ἡμῖν ἐπιφοιτήσαντος τοῦ Χριστοῦ ἐξ οὐρανῶν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· οὕτω καὶ ὁ πάνσο-
* I. Thess. IV. 15. φος Παῦλός φησιν *, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· σαλπίσει γάρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἐν Χριστῷ ἄφθαρτοι· οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανῶν καταβεβηκότος τοῦ πάντων κριτοῦ, οὐδὲ ἡ τῶν νεκρῶν γέγονεν ἀνάστασις· εἶτα, πῶς ἐκ ἀπίθανον ἐννοεῖν, ὅτι γέγονεν ἤδη τισὶν ἀνταπόδοσις, ἢ πονηρῶν ἔργων ἢ ἀγαθῶν (1);

nempe ut pronunciato nomine demonstraret, haec reapse acta fuisse. Cui nos respondemus: iudicium post mortuorum resurrectionem fore, divina ubique adfirmat scriptura; resurrectionem autem non antea futuram, quam denuo de caelo venerit Christus cum patris gloria et angelis sanctis. Sic etiam sapientissimus Paulus dicit: ipsum Dominum in iussu, in voce archangeli, et in tuba Dei, de caelo descensurum. Clanget enim tuba, et mortui resurgent in Christo facti incorruptibiles. Quum ergo nondum advenerit de caelo iudex, neque mortuorum facta sit resurrectio; quid ni improbabile existimetur, iam factam esse remunerationem sive malorum

(1) Postulat hic Cyrilli locus paulo accuratiorem explanationem, propter schismaticorum, quamquam haud magno numero, tum Graecorum tum Armeniorum, exitiosum errorem, quod nempe humanorum actuum remuneratio non nisi post corporum resurrectionem a Deo fiet. 1. Ergo in primis noster ipse Cyrillus semet explicat in commentario ad ps. XLVIII. 16, quem nuper nos ex vaticanis codicibus divulgavimus, dum ait *sanctorum animas post divinum redemptionis opus in manus Dei convolare;* quod probat Christi crucifixi verbis ad patrem *in manus tuas* etc., et ad latronem *hodie mecum eris in paradiso;* nec non illis Stephani: *domine Iesu, suscipe spiritum meum.* 2. Idem Cyrillus in homilia prima paschali ait avunculum suum decessoremque Theophilum, nuper mortuum, ad caelestes sedes migrasse. 3. Eusebius caesariensis, classicus aeque immo et antiquior auctor, in commentario ad ps. CXLII. 8, quem item nuper nos ex codicibus vatt. sumptum edidimus, ait Deo: δεῖξον ὁδὸν τὴν ἄγουσαν μετὰ σώματος ἀπαλλαγὴν ἐπὶ τὰ οὐράνια: *viam ostende, quae post corporis depositionem ducit in caelum.* 4. Eustathius biographus et aequaevus Eutychii patriarchae (cuius item novum scriptum nos extulimus) ait *hunc in caelum ad angelorum choros transisse* (apud Bolland. die 6. aprilis.) 5. Sanctus Hieronymus Paulae epitaphium hoc scribit (ep. CVIII. fin.) *Aspicis angustum praecisa in rupe sepulchrum? — Hospitium Paulae est caelestia regna tenentis.* 6. Contra hunc errorem de differenda remuneratione, totus item pugnat boni auctoris lat. priscus libellus, quem apud nos habes Script. vet. T. VII. p. 264-270; ubi prima in pagina inter patres spuriae illi doctrinae non consentientes nominatim scribitur alexandrinus Cyrillus. 7. Et quoniam catholico dogmati, quod apostolica constitutione definivit Benedictus XII. P. M., et florentinum postea tridentinumque concilia confirmarunt, novus consurrexit in Anglia hostis Burnetus, qui scripto tractatu perniciosissimum errorem renovavit, placet nobis huic opponere anglum hominem sanctum episcopum Aldhelmum, clarissimum saeculi septimi lumen, qui XII. carmina de XII. apostolis condidit, falso in editionibus Alcuino aeque anglo inscripta vel etiam Walafrido Straboni, sed a pervetere vaticano codice vero auctori Aldhelmo vindicata. Is ergo de Paulo apostolo ita scribit. *Ossa tegat tellus quamvis modo mole sepulchri, — Ast tamen in superas conscendit spiritus arces — Coetibus angelicis nimbosa per aethera ductus.* Idem de S. Thaddaeo ap. *Cuius in Armenia sopitum morte cadaver. — Exsurrecturum fatali fine quiescit. — Sed tamen aethereas lustrarat spiritus arces.* Atque hic idem Aldhelmus, qui iustorum animas post corporis obitum statim in caelum receptas depraedicat, nihilominus de S. Iohanne ev. loquens ait. *Pausat in Epheso praefatus corpore praesul — Praemia sumpturus cum clanget classica salpix — Ultima dum priscis labuntur tempora saeclis.* Vix evidentius quispiam dicere potuit, animas quidem sanctorum hominum statim in caelum admitti, corporibus vero praemium nonnisi post resurrectionem, ut par est atque rei natura postulat, conlatum iri. Porro noster Cyrillus haud apertioribus verbis hoc loco utitur, quam Ioh. Chrysostomus in homilia XXXIX. ad I. Cor. XV. 19. ed. Maur. p. 365; et homil. XXVIII. ad Hebr. XI. 39. p. 255, quibus Chrysostomi locis respondet pro viribus, sanctumque oratorem cum ecclesia catholica concordem demonstrat magnus Muratorius in insigni suo adversus Burnetum libro *de paradiso non expectata corporum resurrectione;* quem qui leget, pleniorem dogmatis expositionem, et contrarii erroris refutationem, non requiret. Summus denique Allatius turbam maximam graecorum hac de re testimoniorum, ex omni aetate petitorum, congerit in opere contra Hottingerum cap. XI; ita ut nemo iam graecus, vel graecorum quicumque sunt orientales adseclae, in hac falsa opinione consistere diutius queant.

operum sive bonorum? Est igitur parabolae ratio scite admodum conformata, itemque illa quae de divite ac Lazaro a Christo dicuntur. Fuit itaque Lazarus, ut Hebraeorum traditio habet, homo quidam per illud tempus Hierosolymis, in extrema paupertate atque infirmitate vivens, cuius ideo fecit mentionem Dominus, ut exemplum inde sumeret demonstrandi evidentius argumenti sui. Ante Christi de caelo reditum, neque resurrectio acciderat, neque actorum cuiuslibet hominis remuneratio. Sed tamen similitudinis ergo scribitur in parabola dives deliciosus et immisericors, si mulque pauper morbo languidus; ut cognoscant ii, qui in terra divitiis affluunt, nisi benigni esse voluerint, largi ac liberales, et nisi pauperum necessitatibus ultro occurrerint, gravi et inevitabili vindicta fore se corripiendos.

Iam in primis necesse est dicere, quaenam fuerit sermonis huius occasio, et cuius rei demonstrandae gratia praedictam optime parabolam Christus deformaverit. Voluit ergo nos Christus bonorum operum artifices effici virtutumque ornamentis excellere. Voluit invicem amare, et erga pauperes benignitatem sectari; atque in his studiis magna cum alacritate versari. Praecipue vero huius mundi divitibus hac super re cohortationes componens, eosque in via sanctis convenientissima statuens, aiebat: vendite quae possidetis, et date eleemosynam. Et hoc quidem mandatum praeclarum est et bonum ac salutare. Non tamen ignorabat Christus, ut hoc mandatum exsequi possent, multis vires non inesse. Languet enim ad aspera et factu difficilia mens humana. Quia vero ipse bonus est et hominum amator, rationem quamdam excogitavit qua iis succurreret; ne forte praesentes divitias perpetua et indeficiens paupertas exciperet, et temporales delicias aeterna poena. Si enim non patimini, inquit voluptarias dimittere divitias, totumque patrimonium vendere at-

ἔστι τοίνυν παραβολῆς τρόπος ἐσχηματισμένος ἀστείως, τά τε ἐπὶ τῷ πλουσίῳ καὶ τῷ Λαζάρῳ εἰρημένα παρὰ Χριστοῦ· ἔχει δὲ ὁ λόγος, ὡς ἡ Ἑβραίων παράδοσις ἔχει, Λάζαρόν εἶναί τινα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, ἐσχάτῃ συζῶντα πτωχείᾳ καὶ ἀῤῥωστίᾳ, οὗ καὶ μνημονεῦσαι τὸν κύριον, ὡς εἰς παράδειγμα λαμβάνοντα τοῦτον εἰς ἐμφανεστέραν τοῦ λόγου δήλωσιν· οὔπω τοίνυν ἐξ οὐρανῶν καταφοιτήσαντος τοῦ Χριστοῦ, οὔτε ἀνάστασις γέγονεν, οὔτε πράξεων ἀνταπόδοσις ἠκολούθησέ τισιν· ἀλλ' ὡς ἐν εἰκόνι, τῇ παραβολῇ γέγραπται πλούσιος τρυφῶν καὶ ἀφιλοικτίρμων, καὶ πένης ἐν ἀῤῥωστίᾳ· ἵν' εἰδεῖεν ὡς οἱ τὸν ἐπὶ γῆς ἔχοντες πλοῦτον, ὡς εἰ μὴ βουληθεῖεν εἶναι χρηστοὶ, καὶ εὐμετάδοτοι, καὶ κοινωνικοὶ, καὶ ταῖς τῶν πενήτων ἀνάγκαις ἐπικουρεῖν ἕλοιντο, δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ περιπεσοῦνται δίκῃ.

Ἀναγκαῖον δὲ οἶμαι πρότερον εἰπεῖν, ποία γέγονεν ἡ τοῦ λόγου πρόφασις, ἢ ποίου πράγματος εἰς παράδειξιν, τὴν προκειμένην παραβολὴν ἄριστα διαμορφοῖ καὶ διαπλάττει Χριστός· ἀπετέλει τοίνυν ἡμᾶς ὁ σωτὴρ τεχνίτας εἰς ἀγαθοεργίαν, καὶ τοῖς ἐξ ἀρετῶν αὐχήμασιν ἐβούλετο διαπρέπειν· ἤθελε γὰρ εἶναι φιλαλλήλους, καὶ φιλοπτωχίας ἐπιμελητὰς, καὶ τῶν εἰς τοῦτο σπουδασμάτων ἔχεσθαι νεανικῶς· μάλιστα δὲ τοῖς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ πλουσίοις τὰς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ παραινέσεις συντιθεὶς, καὶ εἰς ὁδὸν αὐτοὺς ἀποφέρων τὴν τοῖς ἁγίοις πρεπωδεστάτην, ἔφασκε· * πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἡ μὲν ἐντολὴ καλή τε καὶ ἀγαθὴ καὶ σωτήριος· οὐκ ἠγνόησε δὲ Χριστὸς, ὅτι τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὸ κεκελευσμένον, οὐκ ἔνεστι τοῖς πολλοῖς· ἀσθενεῖ γὰρ ἀεὶ πρὸς τὰ δυσχερῆ καὶ δυσήνυτα τῶν κατορθωμάτων, ὁ ἀνθρώπινος νοῦς· ἅτε δὲ ὢν ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, ἐπενόησέ τινα τρόπον ἐπικουρίας αὐτοῖς· ἵνα μὴ τὸν ἐνταῦθα πλοῦτον διηνεκής τε καὶ ἀναπόβλητος διαδέξηται πτωχεία, καὶ τὰς προσκαίρους τρυφὰς αἰωνία κόλασις· εἰ γὰρ μὴ ἀνέχεσθέ φησι τὸν φιλήδονον ἀφεῖναι πλοῦτον, καὶ ἀπεμπολῆσαι ὁλοκλήρους τὰς οὐ-

* Luc. XII. 33.

σίας, καὶ διαδοῦναι τοῖς δεομένοις, κἂν γοῦν τοῖς ἐλάττοσιν εὐδοκιμεῖν σπουδάσατε· ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, τουτέστι μὴ μόνον ἑαυτῶν ποιήσησθε τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις χεῖρα ἁπλώσατε· συναλγήσατε τοῖς κάμνουσι, παραμυθήσασθε ἁγίους τοὺς οὐκ ἀβούλητον ἀγαπῶντας πτωχείαν, ἵν' ἀπερισπάστως τῷ θεῷ λατρεύωσιν· ἔσται δὲ τοῦτο ὑμῖν οὐκ ἄμισθον· ὅταν γὰρ ὑμῖν ὁ ἐπίγειος ἐπιλείψῃ πλοῦτος, τῷ τέλει τοῦ βίου κατειλημμένοις, τότε κοινωνοὺς ὑμᾶς ποιήσονται τῆς ἑαυτῶν ἐλπίδος, καὶ τῆς δοθησομένης αὐτοῖς ἐκ θεοῦ παρακλήσεως· τοὺς γὰρ καμόντας ἐν τῷδε τῷ βίῳ, καὶ ἐπιεικῶς τὸ δυσαχθὲς τῆς πενίας διενεγκόντας φορτίον, ὡς ἀγαθὸς ἀνακτήσεται·
* II. Cor. VIII. 14. τοιοῦτόν τι καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος * τοῖς οὖσιν ἐν πλούτῳ συμβουλεύει, λέγων περὶ τῶν ταλαιπωρουμένων· τὸ ὑμῶν περίσσευμα, εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· τοῦτο δέ ἐστιν οὐδὲν ἕτερον ἐπιτάττοντος, πλὴν ὅπερ ἔφη Χριστὸς, ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ· ὅτι δὲ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι τοῦτο δρᾷν, ὀλέθρου πρόξενον καὶ πυρὸς ἀσβέστου, διαδείκνυσι, τὴν προκειμένην ἡμῖν ἐξυφήνας παραβολήν· ἄνθρωπος γάρ τις ἦν πλούσιος σφόδρα, φησίν.

Ἐνταῦθα μοι βλέπε καὶ ἐπιτήρησον ἀκριβῶς τοῦ σωτῆρος τοὺς λόγους, πολύ τι τὸ σοφὸν ἐμφαίνοντας· καί τοι γὰρ ἐξὸν εἰπεῖν, ὁ δεῖνα τυχὸν πλούσιος ἦν ἄνθρωπος, ὡς
* Iob. I. 1. ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ *, τοῦτο μὲν οὐκ ἔφη· ἄνθρωπον δὲ ἁπλῶς πλούσιον ὀνομάζει, μνημονεύει δὲ τοῦ πένητος ὀνομαστί· ποία τοίνυν ἡ ἐπιτήρησις; ἀνώνυμος ὁ πλούσιος, ὡς ἀφιλοικτείρμων, παρὰ θεῷ· ἔφη γάρ που διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν μὴ φοβουμένων
* Ps. XV. 4. αὐτὸν *, ὅτι οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου· ὀνομαστὶ δὲ ὡς ἔφην ὁ πένης ἐν γλώσσῃ θεοῦ. — Πλὴν ἴδωμεν τὸν πλούσιον ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων ἠρμένην ὀφρῦν· τί οὖν φησι περὶ αὐτοῦ ὁ Χριστός: καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, τουτέστιν εὐειματεῖν ἐσπούδαζεν ἐν ἐσθῆτι πολυ-
v. 20. A f. 230. b. F f. 255. τελεστάτῃ. — Ὁ δὲ πένης ἐρρίπτο παρὰ τὸν πυλῶνα, νόσῳ καὶ πενίᾳ πεπεδημένος, καὶ οὐδενὸς ἠξιοῦτο λόγου, φειδοῦς καὶ φροντίδος

que egentibus distribuere, saltem in minoribus date operam ut bene audiatis; nimirum facite vobis amicos de iniusto mamona, id est ne vobis ipsi tantummodo divitias vindicetis, sed et egentibus liberali manu succurrite: compatimini patientibus, consolamini sanctos qui non involuntariam amplexi sunt paupertatem, ut sine animi distractione Deo serviant. Id autem vobis haud expers mercede erit. Nam cum vos terrenae destituent divitiae, vitae fine correptos, tunc spei suae vos participes facient, dandaeque vobis ipsis a Deo consolationis; qui in hac vita afflictos, et pie tamen paupertatis onus gestantes, utpote bonus recreabit. Simile quid sapientissimus quoque Paulus divitibus consulit, dicens de miseris: vestra abundantia, illorum inopiam suppleat. Hoc vero nihil est aliud quam iubere, quod iam dixit Christus: facite vobis amicos de iniquo mamona. Qui vero id non facit, eum sibi exitium et inextinguibilem ignem parare, perspicue demonstrat Christus hac contexta nobis parabola. Homo quidam erat, inquit, valde dives.

Atque hoc loco mecum accurate considera Servatoris locutionem, in qua multa sapientia elucet. Nam quum dicere potuisset: ille nominatim homo dives erat, ut in Iobo fieri videmus, non ita locutus est; sed hominem generali appellatione divitem dixit; pauperem vero proprio nomine indigitavit. Quid ergo heic observandum est? Anonymus est apud Deum dives, quia immisericors. Dixit enim alicubi psalmistae voce: non ero memor nominum eorum per labia mea. Sed nominatim, ut dixi, pauper sonat in lingua Dei. — Attamen videamus divitem rebus minime necessariis superbientem. Quid enim ait de illo Christus? et induebatur purpura ac bysso, id est bene semet ornare studebat veste pretiosissima. — Pauper interim iacebat ad ianuam, morbo et egestate pressus, nullaque eius habebatur ratio, cura omni et mi-

Digitized by Google

sericordia negata, cupiebatque satiari micis de divitis mensa cadentibus et huic inutilibus. Morbo insuper molestissimo cruciabatur; tum etiam canes, inquit, ulcera eius lingebant; non tam illum laedentes, ut versimile est, quam compatientes atque medentes; namque hi propria lingua morbis suis facere medicinam solent, quasi molestiam abstergant, et amanter ungant. At dives feris crudelior, alieno dolore inflexibilis, et immisericors, atque ex omni inhumanitate concretus coarguebatur.

Factum est autem ut moreretur mendicus etc.
— Mortuus est autem et dives, ac sepultus est etc.

Non ita hic Lazarus, sed eum honorifico comitatu et cum optima spe migravit. Nam qui Deo confidunt, dum hinc a nobis discedunt, a dolore laboribusque recedunt. Par quiddam docuit Salomon dum ait: « visi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum, et a nobis discessus exterminium: illi autem sunt in pace, spesque eorum immortalitate plena est. » Datur enim ipsis par laboribus solatii mensura. Vel etiam utique maior labore merces est. Ait enim Christus: mensuram bonam et confertam et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Igitur Lazarus quidem a sanctis angelis delatus est, inquit, in Abrahami sinum; dives autem mortuus est, subdit, et sepultus. Nam vera mors fit illi duro et immisericordi, a proprio corpore separatio. Abit enim ex deliciis ad poenam, ex gloria in ignominiam, ex luce in tenebras.

## Cap. XVII.

Impossibile est ut non veniant scandala.

Ain vero, quorumnam scandalorum meminit Christus, quae omnino eventura esse dicit? Duplex est scandalorum genus; quorum unum Altissimi adversatur maiestati, et substantiam cunctis superiorem laedit, quantum quidem adtinet ad culpae auctores. Alterum scandalorum genus in-

ἄμοιρος ἦν, ἐζήτει πρὸς κόρον τὰ τῆς πλουσίου τραπέζης τὰ παρολισθαίνοντά τε καὶ ἀχρηστότερα· ἐκολάζετο δὲ καὶ ἑτέρως νόσῳ χαλεπωτάτῃ· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες, φησὶν, ἔλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀδικοῦντες μᾶλλον κατά γε τὸ εἰκὸς, ἀλλ' οἷον συναλγοῦντες καὶ θεραπεύοντες· γλώττῃ γὰρ ἰδίᾳ καὶ τὰς ἑαυτῶν καθιστῶσι νόσους, οἷον ἀποξύοντες τὸ λυποῦν, καὶ φιλοφρόνως περιαλείφοντες· ὁ δὲ πλούσιος ὢν καὶ θηρῶν ἀπηνέστερος, ἀπηλγὴς καὶ ἀφιλοικτίρμων καὶ μεστὸς ἁπάσης ἀπανθρωπίας ἠλέγχετο.

Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχὸν κ. τ. λ. v. 22.
— Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη κ. τ. λ.

Ἀλλ' οὐχ ὁ Λάζαρος οὕτω, ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀπῄει δορυφορίας, καὶ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδων· τοῖς γὰρ ἐλπίδας ἔχουσι τὰς παρὰ Θεῷ, μετάστασις ἂν εἴη ἐξ ἀνίας * καὶ πόνων, ἡ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀποδημία· καί τι τοιοῦτον ὁ Σολομὼν ἐδίδαξεν εἰπών· * ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, καὶ ἐλογίσθη κάκωσις, ἡ ἔξοδος αὐτῶν, καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία, σύντριμμα· οἱ δὲ εἰσὶν ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης· δίδοται γὰρ αὐτοῖς ἰσοπαλὲς τοῖς πόνοις, τὸ τῆς παρακλήσεως μέτρον· ἢ τάχα που καὶ πλείους τῶν πόνων αἱ ἀμοιβαί· ἔφη γὰρ Χριστὸς *, ὅτι μέτρον καλὸν πεπιεσμένον, σεσαλευμένον, ὑπερεκχυνόμενον, δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν· οὐκοῦν ὁ μὲν Λάζαρος διὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἀπενήνεκται φησὶν εἰς κόλπους Ἀβραάμ· ὁ δὲ πλούσιος ἀπέθανε, φησὶ, καὶ ἐτάφη· θάνατος γὰρ αὐτῷ σκληρῷ γεγονότι καὶ ἀφιλοικτείρμονι, τὸ ἀπαλλαγῆναι σώματος· ἄπεισι γὰρ ἐκ τρυφῆς, εἰς κόλασιν· ἐκ δόξης, εἰς ἀτιμίαν· ἐκ φωτὸς, εἰς σκότος.

A. f. 223 b. B. f. 263. b.
* cod. A. ἀκαίας.
* Sap. III. 2.
* Luc. VI. 38

## ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα v. 1.

Ποίων ἄρα σκανδάλων μνημονεύει Χριστὸς, ἃ δὴ πάντῃ τε καὶ πάντως συμβήσεσθαι φησί; διττὰ μὲν οὖν τὰ σκάνδαλα· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, τῇ ὑπερτάτῃ μάχεται δόξῃ, καὶ τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ἅπτεται, τό γε ἧκον εἰς τὸ ἐγχείρημα τῶν ἐξευρηκότων· τὰ δὲ πρὸς ἡμᾶς ἔσθ' ὅτε γίνεται· διήκει δὲ μέ-

A. f. 200 b. B. f. 161.

Digitized by Google

χεῖ μόνον τὸ λυπῆσαι τῶν ἀδελφῶν καὶ ὁμοπίστων τινάς· αἱ μὲν γὰρ τῶν αἱρέσεων παρευρέσεις, καὶ ὃς ἂν γένοιτο κατὰ τῆς ἀληθείας λόγος, αὐτῇ θείᾳ καὶ ὑπερτάτῃ μάχεται δόξῃ· ἀποφέρει γὰρ τοὺς ἁλισκομένους, τῆς τῶν ἱερῶν δογμάτων ὀρθότητός τε καὶ ἀκριβείας· περὶ τῶν τοιούτων σκανδάλων, ἔφη που πάλιν * αὐτὸς ὁ σωτήρ· οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἐκ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται· τὰ γὰρ τοιαῦτα σκάνδαλα, διά γε φημὶ τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν, οὐ καθ' ἑνὸς ἰδικῶς ἔρχεται τινὸς, ἐπιβουλεύει δὲ μᾶλλον τῷ κόσμῳ, τουτέστι τοῖς ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ· τοῖς τῶν τοιούτων σκανδάλων εὑρεταῖς ἐπιπλήττει λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· * “ οὕτως δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε· „ ἵνα δὲ τὰ τοιαῦτα σκάνδαλα μὴ κατισχύσωσι τῶν πεπιστευκότων, ἔφη που θεὸς τοῖς τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας πρεσβεύουσι λόγον, καὶ εὖ εἰδόσι μυσταγωγεῖν· * πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαρρίψατε· πικρὰν δὲ τὴν δίκην ἐπήρτησεν ὁ σωτὴρ τοῖς τὰ τοιάδε τιθεῖσι σκάνδαλα.

* Matth. XVIII. 7.
* I Cor. VIII. 12.
* Is. LXII. 10.

Ἔοικε δέ πως, οὐ τῶν τοιούτων σκανδάλων διαμεμνῆσθαι νῦν, ἐκείνων δὲ μᾶλλον, ἅπερ δὴ συμβαίνει πλειστάκις ἐξ ἀνθρωπίνης μικροψυχίας μεταξὺ φίλων τε καὶ ἀδελφῶν· ἀποφέρει δὲ ἡμᾶς, εἰς τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὑποψίας, ὁ γείτων εὐθὺς καὶ ἐπενηνεγμένος τοῖς πρώτοις λόγος, ὁ περί γε φημὶ τοῦ συγγινώσκειν ἀδελφοῖς, εἰ γένοιτό πως αὐτοῖς εἰς ἡμᾶς πλημμελεῖν· ποῖα τοίνυν τὰ τοιάδε σκάνδαλα; μικροψυχίαι τάχα που καὶ λῦπαι, δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι παροργισμοὶ, λοιδορίαι, καταλαλιαὶ πολλάκις, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφὰ καὶ ὁμοειδῆ τῶν πταισμάτων· ταῦτα φησὶν οὐκ ἐνδέχεται μὴ ἐλθεῖν· ἆρ' ὡς ἀναγκαίως ἐπιφέροντος αὐτὰ τισὶ τοῦ ἐπὶ πάντας θεοῦ; μὴ γένοιτο· φαῦλον γὰρ οὐδὲν παρ' αὐτοῦ, πηγὴ δὲ μᾶλλον ἐστὶ πάσης ἀρετῆς· πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται μὴ συμ-

ter nos fit; atque eatenus tendit, ut quibusdam fratribus fideique sodalibus molestiam creet: namque haereseon adinventiones, et quaelibet adversus veritatem doctrina, divinae ipsi supremae adversantur maiestati; quia quos capiunt, transversos agunt procul sacrorum dogmatum rectitudine et exacta regula. De huiusmodi scandalis dixit alio loco Servator: vae mundo a scandalis! Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit! Namque haec scandala, quae scilicet ab impiis haereticis fiunt, haud contra aliquem singillatim tendunt, sed mundum potius, id est universae terrae incolas, nituntur pessumdare. Adversus talium scandalorum auctores invehitur beatus Paulus dicens: « sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. » Ne vero huiusmodi scandala inter credentes praevaleant, ait alicubi Deus his qui rectam veritatis tradunt doctrinam, et docendorum sacrorum periti sunt: « ite per portas, parate iter populo, et lapides de via proiicite. » Acerbam autem poenam indixit Servator iis qui talia scandala ponunt.

Sed enim haud videtur scandalorum horum nunc mentionem facere, sed illorum potius quae saepissime ex humani ingenii dissensionibus inter amicos fratresque contingunt. Verumtamen emendat nos in huiusmodi simultatibus, proximus statim et his connexus sermo, qui est de condonando fratribus, si forte aliquando in nos peccaverint. Quae sunt ergo haec scandala? dissensiones ferme quaedam et simultates, et modo iustae modo iniustae indignationes, convicia, obtrectationes saepe, et his cognatae ac similes offensiones. Haec inquam fieri nequit quin eveniant. Num quia haec necessario summus Deus inferat? Minime gentium. Nihil enim ab ipso iniquum accidit, qui est omnis potius virtutis fons. Quomodo igitur fieri non potest quin accidant? Propter nostram scilicet

infirmitatem. In multis enim offendimus omnes, sicuti scriptum est. Verumtamen vae certe dicit illi fore qui scandala posuerit. Non enim absque increpatione dimittit, sed metu poenae potius corripit in his emendandis socordiam. Iubet nihilominus ut scandalorum auctores patienter feramus.

Si septies in die peccaverit in te etc.

Si resipuerit, inquit, qui in te peccavit, suamque culpam agnoverit, dimittes ei; neque id semel, sed saepissime. Non enim quia aliquis hac saepe infirmitate laborat, idcirco mutua caritate alienos videri nos oportet, et patientiam omittere: immo vero imitari corporalium morborum medicos debemus, qui non semel et iterum medentur aegro, sed quotiescumque ei aegrotare contigerit. Cogitemus enim, nos pariter infirmos esse, et vinci cupiditatibus; qui quum haec vitia patimur, clementes et iniuriarum obliviosos eos esse cupimus qui ulcisci deberent, et puniendi potestatem habent. Oportet itaque ut mutuam infirmitatem considerantes, alter alterius onera portemus; sic enim adimplebimus legem Christi. Porro animadverte, quod apud Matthaeum interrogat Petrus dicens: quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? Tunc Dominus coram apostolis ait: etsi septies in die peccaverit, id est saepe, si toties eum paenituerit, eidem ignosces.

Dixerunt apostoli Domino: adauge nobis fidem.

Exhilarat sanctorum animam non temporalium terrestriumque bonorum possessio, sunt enim haec corruptibilia et caduca, sed illa potius quae eos qui acceperint sanctos faciunt atque beatos. Sunt autem haec a Deo data spiritalia munera; inter quae eximium est fidei donum, sive constantia in fide erga universalem nostrum servatorem Christum; quam etiam Paulus bonorum nostrorum praecipuum esse agno-

βαίνειν αὐτά; διὰ τὸ ἡμᾶς πη πάντως ἀσθένειαν (1)· πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες,
κατὰ τὸ γεγραμμένον· * πλὴν οὐαὶ μὲν ἔσε- * Iacob. III. 2.
σθαι φησὶ, τῷ τιθέντι τὰ σκάνδαλα· οὐ γὰρ ἀνεπίπληκτον ἐᾷ, συστέλλει δὲ μᾶλλον τῷ φόβῳ τῆς δίκης, τὸ ῥᾴθυμον ἐν τούτοις· ἐπιτάττει γε μὴν ἀνεξικακεῖν τοῖς τιθεῖσιν αὐτά.

Ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ κ. τ. λ. v. 4.

Ἐὰν γὰρ ἐπιστρέφῃ φησὶν ὁ ἁμαρτὼν εἰς A. f. 230. b. B f. 161. b.
σὲ, καὶ καταγινώσκῃ ἑαυτοῦ, ἀφήσεις αὐτῷ· καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις· οὐ γὰρ εἴ τις ἀσθενεῖ καὶ τοῦτο συχνῶς, διὰ τοῦτο ἀφιλαλλήλως ἡμᾶς ὁρᾶσθαι, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν εἰς μακροθυμίαν· δεῖ δὲ μᾶλλον ἀπομιμεῖσθαι φιλεῖν τοὺς τῶν ἐν σώματι παθῶν ἰατρούς, οἳ οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τὸν ἄρρωστον θεραπεύουσι, τοσαυτάκις δὲ μᾶλλον, ὁσάκις ἂν αὐτὸν ἀρρωστῆσαι συμβῇ· ἐννοῶμεν γὰρ ὡς καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν ἀσθενείαις, καὶ ἡττώμεθα παθῶν· πάσχοντες δὲ τοῦτο, χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι πρὸς ἡμᾶς εὐχόμεθα τοὺς ἐπιπλήττειν ὀφείλοντας, καὶ τὴν τοῦ κρῖναι κολάζειν ἔχοντας ἐξουσίαν· δεῖ δὴ οὖν ἄρα τῶν ἀλλήλων ἀσθενείαις συγκαθισαμένους, ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν· ἀναπληρώσομεν γὰρ
οὕτω τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ· * ἐπιτήρησον δὲ ὡς * Gal. V. 2.
ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον * πυνθάνεται ὁ Πέτρος * Matth. XVIII. 21.
καὶ φησὶ, ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; ἐνταῦθα δὲ ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἀποστόλους· ὅτι κἂν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ, τουτέστι πολλάκις, καὶ τοσαυτάκις καταγνῷ ἑαυτοῦ, ἀφήσεις αὐτῷ.

Εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ κυρίῳ· πρόσθες ἡμῖν πίστιν. v. 5.

Εὐφραίνει πάντως ἁγίων ψυχὴν, οὐ τῶν A. f. 231.
προσκαίρων καὶ ἐπιγείων ἡ κτῆσις, φθαρτὰ γὰρ ταῦτα καὶ εὐαπόβλητα, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον ἃ τοὺς λαβόντας, σεπτοὺς ἀποφαίνει καὶ μακαρίους· ταῦτα δέ εἰσι τὰ θεόσδοτα καὶ πνευματικὰ χαρίσματα δηλονότι· ὧν ἕν ἐστι καὶ ἐξαίρετον, ἡ πίστις, ἤτοι τὸ βεβηκὸς εἰς πίστιν τὴν ἐπί γε τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· ἣν δὴ καὶ ὁ Παῦλος οἶδεν οὖσαν κεφάλαιον τῶν ἐν ἡμῖν ἀγαθῶν· ἔφη γοῦν, ὅτι

(1) Hinc tridentinus canon 23. sess. VI. *Si quis dixerit hominem posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet ecclesia; anathema sit.*

* Hebr. XI. 6. χωρὶς πίστεως, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι ποτέ· * ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι· ἄθρει δὴ σὺν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων ζηλωτὰς γεγονότας· τί γὰρ αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ; πρόσθες ἡμῖν πίστιν· οὐκ αἰτοῦσι πίστιν ἁπλῶς, ἵνα μὴ ἀπίστους νομίσῃς αὐτούς, προσθήκην δὲ μᾶλλον πίστεως αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν εἰς τοῦτο βεβαίωσιν· τῆς γὰρ πίστεως, ἡ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, ἡ δὲ κατὰ τὴν θείαν δίδοται χάριν· ἐφ' ἡμῖν μὲν γάρ ἐστι, τὸ προκατάρξασθαι (1), καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ὅλῃ δυνάμει ἔχειν πεποίθησίν τε καὶ πίστιν· θείας δὲ χάριτος, ἡ εἰς τοῦτο βεβαίωσις καὶ ἰσχύς· διὸ καὶ ἐπείπερ πάντα θεῷ δυνατά, πάντα φησὶν ὁ κύριος δύναται τῷ πιστεύοντι· θεοῦ γὰρ ἡ δύναμις, ἡ διὰ τῆς πίστεως ἡμῖν περιγινομένη· τοῦτο εἰδὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος,
* 1. Cor. XII. 8. ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ φησίν· * ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι· ὁρᾷς ὡς ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἔθηκε καὶ τὴν πίστιν; ταύτην παρεκάλουν λαβεῖν παρὰ τοῦ σωτῆρος οἱ μαθηταί, τὴν παρ' ἑαυτῶν εἰσαγαγόντες· ἣν καὶ δέδωκεν αὐτοῖς μετὰ τὴν τῆς οἰκονομίας ἐκπλήρωσιν, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος· πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως οὕτω ἦν ἑδραία ἡ παρ' αὐτοῖς πίστις, ὡς καὶ ὀλιγοπιστίας αὐτοὺς ἐγκλήμασιν ὑποφέρεσθαι.

Ἀμέλει συνέπλει ποτὲ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ τὴν τιβεριάδα λίμνην ἤτοι θάλασσαν, καὶ εἰσεδέχετο μὲν αὐ-
* Matth. VIII. 24. τὸς οἰκονομικῶς τὸν ὕπνον· * πνεύματος δὲ λαύρου ἐξανακυκῶντος τὸ ῥόθιον, καὶ σκληρὸν κατὰ τοῦ σκάφους ἐγείροντος κῦμα, τεθορύβηνται λίαν· ὥστε καὶ ἀφυπνίσαι τὸν κύριον, λέγοντες· ἐπιστάτα, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύ-

scebat. Nam dixit: sine fide impossibile est umquam placere (Deo.) Hac enim se probaverunt prisci homines. Nunc ergo specta quomodo sancti apostoli priscorum sanctorum fiant aemulatores. Quid enim a Christo petunt? adauge nobis fidem. Haud simpliciter fidem postulant, ne incredulos eos existimes, sed augmentum fidei a Christo sibi deposcunt, id est in illa constantiam. Fides alia est in nobis, alia divinae gratiae donum est. Est enim in nobis incipere, atque in Deo totis viribus fiduciam collocare eique credere: divinae autem gratiae donum est hac in re constantia nostra et firmitas. Ideo quum sint omnia Deo possibilia, cuncta ait Dominus potest qui credit: est enim Dei virtus, quae per fidem nobis ingeritur. Hoc sciens etiam beatus Paulus, in prima ad Corinthios ait: alii per Spiritum datur sermo sapientiae: alii autem sermo scientiae secundum eundem Spiritum: alii fides in eodem Spiritu. Viden ut in spiritalium donorum catalogo posuit et fidem? Hanc a Servatore ut acciperent discipuli rogabant, suam tamen simul inferentes: atque eam reapse illis contulit Christus post absolutum dispensationis opus, per sancti Spiritus adventum. Ante enim resurrectionem, tam erat segnis in ipsis fides, ut modicae interdum fidei culpam sustinerent.

Nimirum navigabat aliquando cum sanctis apostolis omnium Servator stagnum seu mare Tiberiadis, atque ipsum dispensatoria ratione somnum corripuerat: vehementiore autem vento undas commovente, saevosque adversus naviculam fluctus propellente, magnopere expaverunt; ita ut Dominum somno excitarint, dicentes: magi-

(1) Non ad perseverandum tantummodo verum etiam ad bona opera suscipienda necessariam divinam gratiam dicit Cyrillus comm. ep. ad Rom. VII. 2. apud nos part. gr. p. 23-24, lat. p. 17. Manifestius vero part. gr. p. 31. lat. p. 22. ἅπασα μὲν ἔφεσις πρὸς δικαιοσύνην ἡμᾶς ἀποφέρουσα, γένοιτ' ἂν ἐν ἡμῖν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός: *omnis impulsus qui ad iustitiam nos defert, fit a Deo patre.* Deoique idem Cyrillus in fragmentis commentarii ad Matth. cap. IV. 12. apud nos gr. p. 105, et lat. 69. ait: *mox ut demonstret quod non ipsi quaerendo invenerint, sed Deus eisdem superne se obtulerit, ipsa lux oborta est, ait, ac splenduit, non ipsi priores ad lucem accesserunt.* Adhuc in comm. ad ps. III. 6. apud nos part. gr. p. 148, lat. p. 94. fin.: *neque ad paenitentiam excitatus essem, nisi Dominus me suscepisset.*

ster salva nos, perimus. Ille vero evigilans, inquit scriptura, imperavit fluctibus, et saevientem procellam sudo commutavit. Increpuitque magnopere apostolos sanctos, dicens: ubi vestra fides? Reapse enim nihil erat omnino pertimescendum, praesente ipsis universali Domino, quem creaturae omnes timent ac perhorrescunt. Quod si et res gesta alia priori similis adiungenda est, non recusabo. Iusserat sanctos apostolos conscendere naviculam et trans fretum praecedere; hique confestim ita fecerant. Progressi autem stadia ferme triginta, Iesum animadvertunt ambulantem in mari, et expaverunt vehementer, phantasma aliquod se putantes videre. Tunc illos allocutus est, dicens: ego sum, nolite timere. Tum Petrus: si tu es, inquit, iube me venire ad te super aquam. Cui ille, veni, dixit. Et hic descendens de navicula, coepit incedere. Videns vero ventum ac fluctus, timuit; et cum mergi coepisset, clamavit: Domine, salvum me fac. Ille periclitantem quidem salvavit, sed simul obiurgavit dicens: modicae fidei, quare dubitasti? Iamvero quod etiam passionis tempore, militum legione impiisque satellitibus Iesum capientibus, omnes eo derelicto fugerint, Petrusque eum negaverit unius ancillae metu turbatus, non est ambiguum.

Vidisti modicam discipulorum fidem; nunc eos admirare fidei incrementum a communi nostro Servatore accipientes. « Praecepit ipsis abs Hierosolymis ne discederent, sed expectarent patris promissionem, donec virtute ex alto induerentur. » Postquam vero sub ignearum linguarum specie virtus ex alto venit, id est sancti Spiritus gratia, tunc demum audaces effecti sunt, viriles, spirituque ferventes; adeo ut mortem etiam contemnerent, et inlatos ab incredulis terrores flocci facerent; et prodigiorum etiam fierent operatores. Iam quod magna res sit constantia in fide, declarat Dominus dicens: si fidem grano si-

μεθα· ὁ δὲ διεγερθεὶς, φησὶν, ἐπετίμησε τῷ κλύδωνι, καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ἀγριότητα μετέστησεν εἰς εὐδίαν· ἐπῃτιᾶτο δὲ λίαν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, λέγων, ποῦ ἡ πίστις ὑμῶν; οὐ γὰρ ἔδει θορυβεῖσθαι κατά τι γοῦν ὅλως, συνόντος αὐτοῖς τοῦ πάντων δεσπότου, ὃν πάντα τὰ ἔργα τρέμει καὶ σείεται· εἰ δὲ χρή τι καὶ ἕτερον παρενεγκεῖν τῷ πρώτῳ προσεοικὸς, ἐρῶ δὴ πάλιν· * ἐκέλευσε τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις εἰσβῆναι μὲν εἰς τὸ σκάφος, προάγειν δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, οἱ δὲ ἀμελητὶ τοῦτο δεδράκασι· ἐληλακότες δὲ σταδίους ὡσεὶ τριάκοντα *, φησὶν, ὁρῶσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ γεγόνασι περιδεεῖς, φάσμα τι νομίσαντες εἶναι τὸ ὁρώμενον· εἶτα, προσπεφώνηκεν αὐτοῖς λέγων· ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. ἔφη δὲ ὁ Πέτρος, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με εἰσελθεῖν πρὸς σὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος· ὁ δὲ εἶπεν· ἐλθὲ, καὶ καταπηδήσας τοῦ σκάφους, ἤρξατο τοῦ βαδίζειν· ὡς δὲ εἶδε, φησὶ, τὸν ἄνεμον καὶ τὸ κῦμα, ἐφοβήθη· ἀρξάμενος δὲ βαπτίζεσθαι, ἐφώνησε· κύριε, βοήθει μοι· ὁ δὲ σέσωκε μὲν κινδυνεύοντα, ᾐτιᾶτο δὲ πάλιν λέγων· ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; ὅτι δὲ κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, τῆς τῶν στρατιωτῶν σπείρας, καὶ τῶν ἀνοσίων ὑπηρετῶν ἐλθόντων συλλαβέσθαι τὸν Ἰησοῦν, πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον, ἠρνήσατο δὲ καὶ ὁ Πέτρος παιδίσκης μιᾶς θορυβούσης αὐτὸν, οὐκ ἀσυμφανές.

Εἶδες ὀλιγοπίστους ἔτι τοὺς μαθητάς· θαύμασον αὐτοὺς προσθήκην λαβόντας πίστεως παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι *, περιμένειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἄχρις ἂν ἐνδύσωνται δύναμιν ἐξ ὕψους· ἐπεὶ δὲ γλωσσῶν ἐν εἴδει πυρίνων καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἐξ ὕψους δύναμις, τουτέστιν ἡ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις, τότε δὴ τότε γεγόνασιν εὔτολμοι καὶ νεανικοὶ καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες· ὥστε καὶ θανάτου καταφρονεῖν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ ἐπιόντα δεινὰ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ σημείων δὲ τηνικαῦτα γεγόνασιν ἀποτελεσταί· ὅτι δὲ μέγα καὶ ἐξαίρετον τὸ ἀραρὸς ἐν πί-

* Matth. XIV. 22.
* Ioh. VI. 19.
* Act. I. 4.

v. 6. στει, διαδείκνυσι λέγων ὁ κύριος, εἰ ἔχετε
πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, τουτέστι θερμήν
C. f. 163. b. τε καὶ ζέουσαν, ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ,
ἐκριζώθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑπήκουσεν
ἂν ὑμῖν· ὁ γὰρ ἐπὶ Χριστῷ πεποιθὼς, οὐκ
ἰδίᾳ δυνάμει θαῤῥεῖ, ἀπονέμει δὲ μᾶλλον
τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν αὐτῷ· ἔστιν
οὖν ὁμολογουμένως παρ' αὐτοῦ τελείωσις
ἁπάντων ἐν ψυχαῖς ἀγαθῶν· δεῖ δὲ ὅμως
ἑαυτοὺς παρασκευάσαι, δεκτικοὺς γίνεσθαι
τῆς τοιαύτης χάριτος· εἰ γὰρ τὸ πεπηγὸς
αὐτῷ, καὶ κατὰ γῆς ἐῤῥιζωμένον μετακινεῖ ἡ
τῆς πίστεως δύναμις, καθ' ὅλου φαίη τίς ἂν,
μηδὲν ἀκίνητον εἶναι οὕτως ὃ μὴ σαλεύσειεν
ἡ πίστις, εἰ μετακινήσεως αὐτοῦ δεηθείη·
ἐσείετο οὖν ἡ γῆ τῶν ἀποστόλων εὐ-
χομένων, ὡς αἱ τῶν ἀποστόλων πράξεις ἱστο-
* Act. IV. 31. ρήκασι· * δῆλον ὡς καὶ τοὐναντίον ἵστησι πί-
στις τὰ σαλευόμενα, οἷον καὶ ποταμίου ῥεύ-
* Ios. III. 16. ματος ὀξυτάτην φορὰν *, καὶ δρόμον ἄπαυ-
Decet propheticum illud dicere: obstupuit caelum super hoc, perhorruitque vehementer, dicit Dominus. Terrae caelique Dominus, rerum omnium creator et fabricator, rex regum et dominus dominantium, tamquam unus de nobis contumelia adficitur. — Papae! Terrae ac caeli dominus, tamquam unus de nobis verberari patitur, et impiorum risum sustinet, exem-

Ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες. v. 63.

Πρέποι ἂν εἰπεῖν τὸ προφητικὸν ἐκεῖ- B. f. 206. C. l. 165.
νο *, ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλέον σφόδρα, λέγει κύριος· ὁ γῆς * Hier. II. 12.
τε καὶ οὐρανοῦ κύριος, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ τεχνίτης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν ἀτιμάζεται. — Βαβαὶ, ὁ γῆς καὶ οὐρανοῦ κύ- A. f. 206. b. C. f. 165.
ριος, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν διακαρτερεῖ τυπτόμενος, καὶ τὸν ἐκ τῶν ἀσεβῶν ὑπομένει γέλω-

τα, τύπον ἡμῖν τὸν εἰς ἄκρον ἀνεξικακίας παρατιθείς· ὁ γὰρ ἐτάζων καρδίας, πῶς ἂν ἠγνόησε τίς ἐστιν ὁ παίσας αὐτόν;

v. 66. Καὶ ὡς ἐγένετο ἡμέρα, συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ κ. τ. λ.

A. f. 295. b. B. f. 206. C. f. 134. D. f. 76. b. Ἐπειδὴ ἀνισχούσης ἡμέρας, τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν συνηγήγερτο βουλευτήριον, παρεκομίζετο μὲν εἰς μέσον ἀθέσμως ἐξυβριζόμενος ὁ Μωϋσέως καὶ προφητῶν δεσπότης· διεπυνθάνετο δὲ ὁ ὑβριστὴς Ἰουδαῖος, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός; ἀλλ' εἴποι τίς ἂν πρὸς αὐτόν, εἰ μὲν ἀγνοῶν ἐρωτᾷς, πῶς οὐκ ἔδει πρὶν ἂν μάθῃς τὸ ἀληθές, κατὰ μηδένα λυπῆσαι τρόπον, μὴ ἄρά πως Θεῷ προσκρούσειας; εἰ δὲ ὑποπλάττῃ τὴν ἄγνοιαν, εὖ εἰδὼς αὐτὸν ὄντα Χριστόν, ἀκούσῃ λέγοντος ἱεροῦ γράμματος, Θεὸς οὐ μυκτηρίζεται· * (Gal. VI. 7.) διὸ καὶ ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτούς· ἐὰν ὑμῖν εἴπω, καὶ τὰ ἑξῆς· ποῦ γὰρ ἀκούσαντες ἐπιστεύσατε; ποῦ δὲ ἐρωτώμενοι σεσιγήκατε; τί δέ, εἰπέ μοι, πολυπραγμονεῖς, καὶ παρ' αὐτοῦ μανθάνειν ἀξιοῖς, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός; καίτοι μετὸν εὐκόλως ἀπό τε νόμου καὶ προφητῶν, τὴν ἐπ' αὐτῷ γνῶσιν ἑλεῖν· ἀλλ' ἄπιστοι ὁμολογουμένως καὶ ἀσύνετοι παντελῶς, ὁμοῦ τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς, οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί· ἐρομένοις τοίνυν εἴπερ ἐστὶν ἀληθῶς αὐτὸς ὁ Χριστός, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο μαθεῖν ἐθέλουσιν, ἐὰν εἴπω, φησίν, οὐ μὴ πιστεύσητε· καὶ ἐὰν ἐρωτήσω ὑμᾶς, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε· ποῦ τοιγαροῦν ἀκούοντες οὐ πεπιστεύκασι; ποῦ δὲ σεσιγήκασιν ἐρωτώμενοι; ἀνελθὼν Χριστὸς εἰς Ἱεροσόλυμα * (Ioh. II. 13.), εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας πρόβατα, καὶ βόας, καὶ περιστεράς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους· καὶ ποιήσας, φησίν, ὡς φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, ἐξέβαλε πάντας ἐκ τοῦ ἱεροῦ, λέγων· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίου· ἐπειδὴ τοίνυν ὠνόμαζε πατέρα τὸν Θεόν, πρὸς τοῦτο ἀσχάλλοντες οἱ τὰς ἐν τῷ ναῷ τελοῦντες θυσίας, ἐπεπήδων λέγοντες· ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; καὶ πρός γε ταῦτα Χριστός· * (Luc. XX. 4.) τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, πόθεν ἦν; οἱ δὲ εἶπον, οὐκ οἴδαμεν· ἤρετο δὲ καὶ ἑτέρωθί που, λέγων· * (Matth. XXII. 42.) τί δοκεῖ ὑμῖν περὶ τοῦ Χριστοῦ; τίνος υἱός ἐστιν; οἱ δὲ εἶπον, τοῦ Δαβίδ·

plum nobis eximiae patientiae praebens. Nam qui corda scrutatur, quomodo ignoraret quis se percuteret?

Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis etc.

Postquam illucescente die, impium illorum coactum fuit concilium, constituebatur in medio inique illusus Moysis ac prophetarum dominus; interrogabatque eum contumeliosus iudaeus, num ipse esset Christus? Sed merito aliquis his diceret: si ignorans interrogas, quidni oportuit, ante quam veritatem cognosceres, nullo modo illum vexare, ne forte Deum offenderes? Quod si ignorantiam simulas, cum alioqui scias hunc esse Christum, audies sacram clamantem litteram: Deus non irridetur. Quamobrem Christus quoque ad eos: si vobis dixero etc. ecquando enim rei auditae credidistis? ecquando rogati siluistis? Cur autem, dic mihi, curiose agis, atque ab eo discere vis, num sit ipse Christus, quum facile liceat tum ex lege tum ex prophetis notitiam eius sumere? Sed enim vere increduli et omnino vecordes, una cum subiecta plebe, Iudaeorum principes. Rogantibus itaque num ipse esset revera Christus, idque apprime volentibus scire; si dixero, inquit, non credetis; et si vos interrogavero, non respondebitis. Quandonam ergo audientes, non crediderunt? Quandonam interrogati, siluerunt? Reversus Christus Hierosolyma, reperit in templo vendentes oves et boves atque columbas, nummulariosque sedentes: factoque, inquit, veluti flagello de funiculis, omnes templo expulit dicens: nolite facere domnm patris mei, domum negotiationis. Quoniam patrem nominavit Deum, aegre id ferentes qui in templo sacrificabant, adversabantur aientes: in qua potestate haec facis? Contra hos Christus: baptisma Iohannis unde erat? Dixerunt illi: nescimus. Aliàs quoque interrogavit: quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Illi dixerunt: Davidis. Quibus Christus: quo-

modo ergo David in Spiritu dominum ipsum vocat? Ad haec denuo obmutuerunt. Alia alibi, si vestigaveris, similia in sacris evangeliis comperies. Propterea nihil iis respondet, sed incredulos contumacesque coarguit. Oportebat enim, si certe voluissent, intelligere Davidis quoque esse dominum uti Deum dominique ac Dei patris filium consubstantialem, Davidis autem filium secundum carnem. Quandoquidem qui Deus erat nobis apparuit, factusque est similis nobis homo de Davidis semine, ex Iudae tribu secundum scripturas.

Exin autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.

Ut autem graviorem efficiat iudaicae incredulitatis poenam, manifestam suam ostendit gloriam, dicens: exin erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Me, inquit, qui vestram formam adsumpsi, Deique filius sum naturalis, nullo in pretio habuistis. Quoniam igitur in tanta ignorantia versantes, neque patris neque meum nostis mysterium, quamquam legisperiti, necessario aio breve vobis tempus esse concessum sceleste contra me agendi usque ad crucem. Posthinc enim in meum restituar honorem, et cum carne mea Deo patri consessor ero. Haec dicente Christo, pharisaeorum ad effrenatam iram cohors exarsit. Dictum illud ad blasphemiae praetextum trahunt (1), iamque testimonio egere se negant, qui suismet auribus loquentem audiverant. Sed heus improbi atque insipientes! Petistis scire utrum ipse esset Christus? docuit vos, se naturaliter vereque Dei patris esse filium, et cum illo in deitatis throno sedere. Hinc ergo apprime licebat cognoscere ipsum esse Christum. Cur vero salutis viam, vobis effecistis ruinae occasionem (2)?

εἶτα, πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος ἔφη· πῶς οὖν Δαβὶδ ἐν πνεύματι κύριον αὐτὸν καλεῖ; καὶ πρὸς τοῦτο πάλιν σεσιγήκασι· καὶ ἑτέρωθι πάλιν εὑρήσεις πολυπραγμονῶν τὰ παραπλήσια ἐν τοῖς θείοις εὐαγγελίοις· διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτοῖς ὑποκρίνεται, ἐλέγχει δὲ ἀπίστους ὄντας καὶ ἀνηκόους· ἐχρῆν γὰρ, εἴπερ ἐβούλοντο, συνιέναι ὅτι καὶ κύριός ἐστι τοῦ Δαβὶδ ὡς θεὸς, ὁ τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸς ὁμοούσιος, καὶ τοῦ Δαβὶδ υἱὸς κατὰ σάρκα· ἐπεὶ θεὸς ὢν καὶ κύριος ἐπέφανεν ἡμῖν καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος ἐκ σπέρματος ὢν Δαβὶδ, ἐκ φυλῆς Ἰούδα κατὰ τὰς γραφάς.

Ἀπὸ τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος v. 69.
ἐκ δεξιῶν δυνάμεως τοῦ θεοῦ.

Ἵνα δὲ φορτικωτέραν Ἰουδαίοις ἐργάση- A. f. 295. b
ται τὴν ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν πιστεῦσαι δίκην,
ἐναργῆ τὴν αὐτοῦ καθίστησι δόξαν εἰπὼν, ἀπὸ
τοῦ νῦν ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος
ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ· ἐμέ φησι τὸν
ἐν εἴδει τῷ καθ' ὑμᾶς γεγονότα, υἱὸν φύσει
τοῦ θεοῦ ὄντα, ἐν οὐδενὶ λόγῳ πεποίησθε·
ἐπεὶ οὖν εἰς τοῦτο ἀμαθίας καταβεβηκότες,
τὸ αὐτοῦ τε καὶ τὸ ἐμὸν οὐκ ἴστε μυστήριον,
καί τοι νομομαθεῖς ὄντες, ἀναγκαίως ἐκεῖ-
νό φημι, ὅτι τῆς κατ' ἐμοῦ δυσσεβείας βραχὺς
ὑμῖν ἐδόθη καιρὸς ὁ μέχρι τοῦ σταυροῦ· μετὰ γὰρ
τοῦτο εὐθὺς εἰς τὴν ἐμαυτοῦ παλινδρομήσω
τιμὴν, καὶ σύνεδρος ἔσομαι τῷ θεῷ καὶ πατρὶ
μετὰ σαρκός. Ταῦτα λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, τὸ v. 71.
τῶν φαρισαίων ἀνεκαύθη στίφος εἰς ἀκαθέκτους
ὀργάς· ἁρπάζουσι τὴν φωνὴν εἰς πρόφασιν
δυσφημίας, οὐδὲ μιᾶς μαρτυρίας ἔτι δεῖσθαι
φασὶν, ὡς αὐτήκοοι γεγονότες τῶν λόγων αὐ-
τοῦ· ἀλλ' ὦ πονηροὶ καὶ ἀνόητοι, ἠξιοῦτε
μαθεῖν εἴπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ Χριστός; ἐδίδαξεν,
ὡς φύσει καὶ ἀληθῶς ἐστὶν υἱὸς τοῦ θεοῦ καὶ πα-
τρὸς, καὶ σὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς θεότητος ἔχει θρό-
νους· ἐντεῦθεν ἦν μάλιστα μαθεῖν ὅτι αὐτός
ἐστιν ὁ Χριστός· τί δήποτε τὴν τῆς σωτηρίας
ὁδὸν ὀλέθρου πρόφασιν ἑαυτοῖς ἀπεφήνατε;

(1) Hic est graecorum verborum sensus, non autem ut apud interpretem lat. in catena D. Thomae *usurpans ignominiae cocem*. Ex Thoma autem idem sumpsit Corderius.

(2) Heic prosequitur apud Corderium Cyrillus. « Hoc dicto utique illos confutavit, quoniam propter » signa quae praecesserant, veritas haec illos non omnino latebat. Nam hunc solum ait esse Christum, » quem antea facta ipsa fuerant locuta. »

## ΚΕΦ. ΚΓ΄.

v. 1. Ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ Πιλάτον.

C. f. 155. b. Ἐπήγαγον Πιλάτῳ τὸν Ἰησοῦν, παρεδώ-
θησαν καὶ αὐτοὶ τῶν Ῥωμαίων στρατιαῖς· καὶ
πεπλήρωται τὰ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐπ᾽
* Is. III. 11. αὐτοῖς προεπηγγελμένα· * οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ·
πονηρὰ κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ συμ-
βήσεται αὐτῷ· ὁ δὲ, καθὼς ἐποίησας, οὕ-
τως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταπο-
* Abd. 15. δοθήσεταί σοι εἰς κεφαλήν σου· * τί δὲ δὴ καὶ
Πιλάτῳ φασί; τὰς κατὰ τοῦ πάντων σωτῆρος
ἡμῶν Χριστοῦ συντιθέντες συκοφαντίας.

v. 2. Τοῦτον εὕρομεν κωλύοντα Καίσαρι φόρους διδόναι.

A. f. 206. C. f. 155. b. D. f. 77. Καὶ ποῦ κεκώλυκε φόρους διδόναι Καί-
σαρι; καί τοι πεπόμφατε πρὸς αὐτὸν ἐξ
ἑαυτῶν τινὰς, μετὰ τῶν καλουμένων ἡρωδιανῶν,
* Luc. XX. 22. πειράζοντάς τε καὶ λέγοντας· * διδάσκαλε,
ἔξεστι φόρους διδόναι Καίσαρι, ἢ οὔ; εἶτα
πρὸς τοῦτο, Χριστὸς, ἐπιδείξατέ μοι, φησὶ,
νόμισμα τοῦ κήνσου· ἤρετό τε τίνος ἔχει εἰκόνα
καὶ ἐπιγραφὴν τὸ προσοισθὲν δηνάριον· ὡς δὲ
Καίσαρος ἔφασκον, ἀπόδοτε φησὶ τὰ Καί-
σαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ Θεῷ· ποῦ
τοιγαροῦν κεκώλυκε φόρους διδόναι Καίσαρι;
ἀλλ᾽ εἷς ἦν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, τὸ καταγα-
γεῖν εἰς θάνατον τὸν ἀναφέροντα πρὸς ζωήν·
πλὴν ἠλέγχοντο καὶ ἀνδρὸς εἰδωλολάτρου γε-
γονότες δυσσεβέστεροι· ὁ μὲν γὰρ Πιλάτος
παντὸς αἰτιάματος ἀπήλλαττε τὸν Ἰησοῦν·
καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ τρίς· οἱ δὲ ἐπί-
σχυον λέγοντες, ἀνασείει τὸν λαὸν, συκοφαν-
τιῶν ἑτέρας συλλέγοντες ἀφορμάς· καὶ ὅτι
μὲν ἐδίδασκε φασὶ, σεσιγήκασι δὲ τὸν διδα-
σκαλίας τὸν τρόπον, δεδιότες μὴ ἄρα πῶς καὶ
αὐτὸς ὁ Πιλάτος εὑρεθῇ τοῖς πιστεύουσιν ἐνα-
ρίθμιος· πλὴν ταῦτα λέγουσιν ἐπετίμα Πι-
λάτος ἀπολογούμενός τε καὶ λέγων· οὐδε-
μίαν αἰτίαν εὕρηκα ἐν αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

v. 18. Αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βαραββᾶν.

C. f. 156. Τοῦ κρίνειν λαχόντος ἐλευθεροῦντος
αὐτὸν θανάτου, ψῆφον ὑποστῆναι παρακα-
λοῦσι τὸν πάσης εὐσεβείας καθηγητὴν καὶ διδά-
σκαλον, ἵνα ἔτι φορτικωτέραν ὑπομείνωσι
κόλασιν· ἀνέκραγον γὰρ παμπληθεὶ λέγον-
τες, αἶρε τοῦτον, ἀπόλυσον δὲ ἡμῖν τὸν Βα-

## Cap. XXIII.

Duxerunt eum ad Pilatum.

Iesum ad Pilatum pertraxerunt, et ipsi vicissim Romanorum exercitibus traditi fuere. Completaeque sunt prophetarum de iis praedictiones. Vae impio! prava manuum ipsius opera evenient ei. Alius autem: sicut fecisti, ita erit tibi; retributio tua retribuetur tibi in caput tuum. Quid porro Pilato aiunt? Nempe confictas adversus communem nostrum Servatorem calumnias.

Hunc invenimus prohibentem tributa dare Caesari.

Quandonam porro tributa dare Caesari vetuit? Atqui de vestris misistis nonnullos cum Herodianis, qui tentarent dicentes: magister, licet tributa dare Caesari, an non? Mox ad haec Christus: ostendite mihi census denarium; rogabatque cuiusnam haberet imaginem atque inscriptionem oblatus denarius? Qui cum dixissent, Caesaris; reddite, inquit, quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Quandonam itaque prohibuit tributa dare Caesari? Sed reapse unicus illis scopus erat vitae auctorem morti tradere. Verumtamen viro quoque idololatra irreligiosiores apparuerunt. Nam Pilatus quidem insontem prorsus Iesum declarabat, neque id semel, sed ter. Illi autem invalescebant dicentes: populum commovet; atque alias calumniarum causas congerebant: namque eum docere quidem aiebant, sed de doctrinae genere silebant, metuentes ne forte ipse Pilatus de credentium numero fieret. Iam haec dicentes obiurgabat Pilatus patronus factus dicensque: nullam inveni in eo causam, et cetera.

Tolle hunc et dimitte nobis Barabbam.

Quum eum iudex morte absolveret, sententiam postulant ferri adversus omnis pietatis ducem atque magistrum, ut graviorem scilicet perlaturi sint punitionem. Clamavit enim tota simul multitudo dicens: tolle hunc et dimitte nobis Barabbam. En

manifeste sanctum iustumque negaverunt, sicut ait beatus Petrus, et virum homicidam donari sibi petiverunt, ut eius sorti communicarent. Quod sane iis pati contigit. Nam traditi fuerunt exitio et caedi. Clamaverunt enim, inquit evangelista, dicentes: tolle, tolle, crucifige eum. De hoc ipso expostulabat impio clamore Dominus Hieremiae ore dicens: dereliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, tradidi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta est hereditas mea mihi tamquam leo in silva, edidit contra me vocem suam; propterea odio babui. — Dicit alicubi de Iudaeorum impietate Oseas propheta: vae illis, quia recesserunt a me! Miseri sunt, quia in me peccaverunt. Ego quidem redemeram illos, sed ipsi adversus me mendacia locuti sunt. Et rursus. Cadent gladio principes eorum, propter indisciplinatam linguam suam.

ῥαββᾶν· ἰδοὺ δὴ σαφῶς τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσαντο, καθά φησιν ὁ μακάριος Πέτρος *, καὶ ᾐτήσαντο ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι αὐτοῖς, ἵνα τῆς ἐκείνου μερίδος ἔσωνται κοινωνοί· ὃ δὴ καὶ συνέβη παθεῖν αὐτούς· δέδονται γὰρ εἰς ὄλεθρον καὶ σφαγήν· ἐπεφώνησαν γάρ φησι λέγοντες· αἶρε αἶρε, σταύρωσον αὐτόν· ταύτην τὴν ἀνοσίαν καταβοὴν αἰτιᾶτο λέγων ὁ κύριος διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· * ἐγκατέλιπον τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, δέδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς· ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ ὡς λέων ἐν δρυμῷ, ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς· διὰ τοῦτο ἐμίσησα. — Ἔφη που περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀνοσιότητος ὁ προφήτης Ὠσηέ· * οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ· δείλαιοί εἰσιν ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ· ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτούς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. Καὶ πάλιν· * πεσοῦνται ἐν ῥομφαίᾳ οἱ ἄρχοντες αὐτῶν διὰ ἀπαιδευσίαν γλώσσης αὐτῶν.

* Act. III. 14. — * Hier. XII. 7. — C. f. 156. b. — * Os. VII. 13. cod. Ἠσαΐας. — * Os. VII. 16.

##### Et Pilatus adiudicavit fieri petitionem eorum.

##### Ὁ δὲ Πιλάτος ἐπέκρινε γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν. v. 24.

Adiudicavit ergo Pilatus fieri petitionem eorum; atque ita matrem exitii sui victoriam retulerunt. Baiulavit igitur ex praetorio Servator crucem; nam et Abrahamus pergens ad demonstratum sibi montem, ut Isaacum immolaret, Deo sic fieri iubente, imposuit illi ligna, fuitque Christi typus crucem suam humeris gestantis. Ducitur ergo ad patiendum Christus; Simoni autem, inquit, cyrenaeo crucem eius imposuerunt. Alius vero sanctus evangelista ipsum quoque Iesum dixit lignum gestasse. Vere omnino utrumque se habet. Nam gestavit reapse crucem Servator; sed medio, puta, in itinere Cyrenensem quemdam apprehendentes, lignum in eum transtulerunt. Necessario autem admittendum est, ipsum quoque Servatorem crucem gestasse. Dictum est enim de illo Isaiae voce: puer natus est nobis, et filius datus est nobis, cuius principatus super humerum eius. Utique principatus eius crux est, per quam toto in orbe regnat. Siquidem vere factus

Ἐπέκρινε τοίνυν, φησίν, ὁ Πιλάτος γενέσθαι τὸ αἴτημα αὐτῶν, καὶ νίκην νενικήκασιν ὀλέθρου μητέρα· ἤνεγκε μὲν τὸν σταυρὸν ὁ σωτὴρ ἐκ τοῦ πραιτωρίου, ὅτι καὶ Ἀβραὰμ ἀνιὼν ἐπὶ τὸ ὑποδειχθὲν αὐτῷ ὄρος, ἵνα θύσῃ τὸν Ἰσαάκ, θεοῦ γενέσθαι τὸ χρῆμα προστάττοντος, ἐπετίθει τῷ παιδίῳ τὰ ξύλα· * ὃ ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν εἰς ὤμους ἔχοντος. Καὶ ἄγεται μὲν ὁ σωτὴρ ἐπὶ τὸ πάθος· Σίμωνι δέ, φησι, κυρηναίῳ ἐπέθεσαν τὸν σταυρὸν αὐτοῦ· ἕτερος δὲ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν * καὶ αὐτὸν ἔφη τὸν Ἰησοῦν βαστάσαι τὸ ξύλον· ἀληθὲς δὲ πάντως καὶ τοῦτο κἀκεῖνο· ἤνεγκε μὲν γὰρ σταυρὸν ὁ σωτήρ, κατὰ μέσην δὲ ἴσως τὴν ὁδὸν ὑπαντήσαντες τὸν Κυρηναῖον κατεσχήκασιν, καὶ μετέθηκαν ἐπ' αὐτῷ τὸ ξύλον· ἀναγκαίως δέ πως ἔχει λέγον τὸ καὶ αὐτὸν τὸν σωτῆρα ἐπικομίσασθαι τὸν σταυρόν· εἴρηται γὰρ περὶ αὐτοῦ διὰ φωνῆς Ἠσαΐου· * τὸ παιδίον ἐγενήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοῦ· ἀρχὴ γὰρ αὐτοῦ γέγονεν ὁ σταυρός, δι' οὗ βεβασίλευκε τῆς ὑπ' οὐρανόν (1)· εἴπερ ἐστὶν

A. f. 208. B. f. 209. b. C. f. 156. b. — * Gen. XXII. 6. — B f. 209. b. — * Ioh. XIX. 17. — * Is. IX. 6.

(1) Hoc idem iam dixit Cyrillus p. 127, ubi recole nostram adnotationem.

* Philip. II. 8. ἀληθὲς * ὅτι γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται ὅτι κύριος Ἰησοῦ Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός· ἀμήν.

v. 27. Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ πολὺ πλῆθος τοῦ λαοῦ καὶ γυναικῶν.

A. f. 206. D. f. 79. Ἐβάδιζε μὲν οὖν ὁ σωτὴρ, ἐπὶ τὸν τοῦ σταυροῦ τόπον· εἵποντο δὲ κλαίουσαι αἱ γυναῖκες, σὺν ἑτέροις πολλοῖς· φιλόδακρυ γάρ πως ἀεὶ τὸ θῆλυ γένος, καὶ τὸν νοῦν εἰς ἔλεον εὐδιάθρυπτον ἔχον· ἀλλ' ὦ θυγατέρες φησὶν Ἱερουσαλὴμ, τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ δάκρυον στήσατε· κλαύσατε δὲ μᾶλλον ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν· ἔρχονται γὰρ ἡμέραι, φησὶν, ἐν αἷς ἔσται γυναιξὶν ἀμείνων ἡ ἀπαιδία· ἐπισκήψαντος γὰρ τοῦ πολέμου τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ, ἅπαντες ἄρδην ὀλώλασι μικροὶ καὶ μεγάλοι· τότε, φησὶ, τὸ ὑπὸ βουνοῖς καὶ ὄρεσι χωσθῆναι, τοῦ παντὸς ἄξιον· εἰ γὰρ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ, φησὶ, ταῦτα ποιοῦσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τί γένηται; καὶ πέπλασται μὲν ὡς ἐν τάξει παραβολῆς ὁ λόγος, ἤγουν παραδείγματος, ὠδίνει δὲ νοητοῦ πράγματος δύναμιν· βούλεται γὰρ δηλοῦν ἐκεῖνο, οἶμαί που, ὑγρὸν μὲν ξύλον, ἑαυτὸν ὀνομάζει, τουτέστι χλωρὸν καὶ ἔγκαρπον καὶ εὐανθές· καρποὶ δὲ ἦσαν αὐτοῦ, μυσταγωγίαι, καὶ παραινέσεις, καὶ θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἐπιδείξεις, διὰ τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας· ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντα, τὸν οὕτω δειναῖς περιβεβλήκασιν ἀτιμίαις οἱ Ῥωμαίων στρατηγοὶ, ἤγουν ὁ κατακρίνας αὐτὸν Πιλάτος· ὅτε τοίνυν, φησὶ, τοιαῦτα πεπράχασιν εἰς ἐμὲ, τί δράσουσιν ὡς ξηρῷ καὶ ἀκάρπῳ προσπεπολεμηκότες τῷ Ἰσραήλ; ὄψονται γὰρ ἐπ' αὐτῷ οὐδὲν τῶν τεθαυμασμένων, ἐφ' οἷς ἦν εἰκὸς τιμῆς καὶ φειδοῦς ἀξιωθῆναι τῆς παρ' αὐτῶν· κατεμπρήσουσι γὰρ αὐτὸν, δηλονότι τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας εἰσπραττόμενοι δίκας.

v. 33. Ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

A. f. 209. b. (1) Πλὴν ἐσπούδασεν ὁ κύριος, μήτε

est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen; ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur caelestium, terrestrium, et infernorum, atque omnis lingua confiteatur, quod dominus Iesus in gloria est Dei patris. Amen.

Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum.

Ibat ergo ad crucifixionis locum Servator; quem sequebantur flentes mulieres cum aliis multis. Pronum quippe ad lacrymas semper femineum genus, atque ad misericordiam flexanimum. Sed o Hierusalem filiae, inquit, vestras de me lacrymas cohibete; sed super vos ipsas potius flete et super filios vestros. Venient enim tempora, inquit, quibus potior erit mulieribus sterilitas. Nam incumbente Iudaeorum regioni bello, cuncti funditus parvuli adultique perierunt. Tunc nihil melius, inquit, quam collibus ac montibus obrui. Nam si in viridi ligno hoc agunt, quid fiet in arido? Et parabolae quidem instar, id est exempli, hic sermo profertur, sed intellectualis rei vim continet. Hic est enim, ut reor, verborum sensus. Viride lignum se ipsum nominat, id est vividum, fructuosum, et floridum. Fructus vero eius erant, religiosa doctrina, adhortationes, congruae Deo potentiae demonstrationes per ineffabilia prodigia. Nihilominus haec agentem Christum, Romanorum praefecti, id est damnator Pilatus, tam gravi ignominia adfecerunt. Quum igitur talia in me fecerint, quid facient pugnantes contra Israhelem, aridum ut ita dicam et infructuosum? Etenim nihil mirum in eo cernent, quamobrem ipsorum reverentia ac venia dignus possit haberi. Igitur eum comburent, id est impietatis adversus Christum poenas reposcent.

Ibi crucifixerunt eum.

Attamen dedit operam Dominus, ut nec

(1) Sequens fragmentum dicitur in codice sumptum ex Cyrilli homilia.

Digitized by Google

universim divinitatem suam manifestaret, neque omnino occultaret; illud quidem propter eius temporis homines, hoc autem propter posteros: nimirum ut divinitatis suae, nec non et humanitatis, perspicue operationes ostenderet; ne vel divina virtus obscuraretur, vel humana natura discrederetur. Nam quia haeresis exortura erat, quae diceret corpus eius fuisse phantasma de caelo delatum, quasi corruptibilis corporis carnem natura incorruptibilis adsumptura non esset, neque maculam aut inquinamentum vel labem admissura; ut persuaderet Deus hominibus, se id factum quod nos sumus, manentem nihilominus in eo quod erat; idcirco carnem permisit ea pati quae eiusdem sunt propria. Ostenditque duplicem operationem, patiens ut homo, agens ut Deus, idem semper. Non enim est alius et alius, sed aliter atque aliter.

Principes quoque deridebant eum.

Stulte iocabantur adversus eum synagogae principes quassantes capita, et amaro risui indulgentes: alios salvavit, aiebant, nunc se ipsum salvet. Sane si alios salvavit (tuque iudaee id ita factum revera scis) cur non posset manibus tuis se ipsum eripere?

Erat autem et superscriptio scripta super eum etc.

Tituli scriptura, Domini causam continens, demonstrabat manifeste, crucifixum hunc regem esse ac dominum practicae, physicae, ac theologicae philosophiae. Latine enim, graece, et hebraice scriptum ait fuisse evangelista titulum. Existimo autem romano idiomate significari practicam philosophiam, quia Romanorum regnum fortius ceteris orbis terrae apud Danihelem definitur. Porro practicae apprime propria est fortitudo. Graeco idiomate denotatam iudico physicam doctrinam, quia graeca gens prae ceteris hominibus physicae stu-

δι' ὅλου φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ θεότητα, μήτε εἰς τὸ παντελὲς ἀποκρύψαι· τὸ μὲν διὰ τῶν τότε, τὸ δὲ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα· ὥστε δεῖξαι καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ξανὰς τὰς ἐνεργείας· ἵνα μήτε ἡ θεία δύναμις ἀμβλυνθῇ, μήτε ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀπιστηθῇ· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν αἵρεσις ἀνακύπτειν, ἡ λέγουσα ὅτι φάντασμα ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατῆλθεν, οὐ γὰρ ἂν ἔλαβε τοῦ φθαρτοῦ σώματος σάρκα ἡ ἄφθαρτος φύσις, οὐδ' ἂν κατεδέξατο ῥύπον ἢ μολυσμὸν ἢ σπῖλον, ἵνα πιστώσηται ὁ θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος, ὅτι τοῦτο ἐγένετο ὃ ἐσμέν, μένων ὃ ἦν, διὰ τοῦτο συνεχώρησε τῇ σαρκὶ πάσχειν τὰ ἴδια· καὶ ἔδειξε διπλῆν τὴν ἐνέργειαν, πάσχων μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἐνεργῶν δὲ ὡς θεὸς ὁ αὐτός· οὐ γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, εἰ καὶ ἄλλως καὶ ἄλλως (1).

Ἐξεμυκτήριζον δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες. v. 35.

Μάτην μέν τοι αὐτοῦ κατειρωνεύονται A. f. 303. b.
οἱ τῆς συναγωγῆς ἡγούμενοι, κατασείοντες τὰς κεφαλὰς, καὶ πικρὸν αὐτῷ μειδίαμα καταχέοντες. ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν σωσάτω φασίν· εἰ ἄλλους ἔσωσε (καὶ οἶσθα τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν γεγονὸς) πῶς οὐκ ἂν ἴσχυσε τῶν σῶν ἑαυτὸν ἐξελέσθαι χειρῶν;

Ἦν δὲ καὶ ἐπιγραφὴ γεγραμμένη ἐπ' αὐτῷ κ. τ. λ. v. 38.

Ἡ ἐν τῷ τίτλῳ προγραφὴ τῆς τοῦ κυρίου D. f. 78. b.
αἰτίας, πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς φιλοσοφίας ὄντα βασιλέα τὸν σταυρωθέντα σαφῶς καὶ κύριον ἔδειξεν· ῥωμαϊστὶ γὰρ καὶ ἑλληνιστὶ καὶ ἑβραϊστὶ, φησὶν, αναγεγράφθαι τῷ λόγῳ· νοῶ δὲ διὰ μὲν τοῦ ῥωμαϊστὶ τὴν πρακτικὴν, ὡς τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸν Δανιὴλ ὁρισθείσης ἀνδρικωτέρας τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν· * πρακτικῆς * Dan. II. 40, VII. 23.
δὲ ἴδιον, εἴπερ τι ἄλλο, ἡ ἀνδρεία· διὰ δὲ τοῦ ἑλληνιστὶ, τὴν φυσικὴν θεωρίαν, ὡς μᾶλλον τοῦ ἑλλήνων ἔθνους, παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους τῇ φυσικῇ σχολάσαντος

(1) Pertinet ad hunc locum fragmentum quod est in cat. lat. S. Thomae « Cyrillus. Non autem ipse » unigenitus Dei filius in propria natura qua Deus est, passus est quae sunt corporis, sed magis in na- » tura terrena. Decet enim utrumque de uno et eodem filio dici, scilicet et non pati divine, et passum » esse humanitus. »

φιλοσοφίᾳ· διὰ δὲ τῆς ἑβραϊστὶ τὴν θεολογικὴν μυσταγωγίαν, ὡς τοῦ ἔθνους τούτου προδήλως ἀνέκαθεν τῷ Θεῷ διὰ τῶν πατέρας ἀνατεθέντος.

duit philosophiae. Denique hebraico idiomate theologicum magisterium, quia sine dubio hic populus, a generis sui origine, Deo per maiores auos addictus fuit.

v. 39. A. f. 304. Ὁ μὲν εἷς, φησὶ, τῶν λῃστῶν τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἠρεύγετο· ὅ γε μὴν ἕτερος, ταῖς τοῦ συγκρεμαμένου φωναῖς ἐπετίμα· ὡμολόγησε τὴν ἁμαρτίαν, μεμαρτύρηκε Χριστῷ τὸ ἀνυπαίτιον, πεπίστευκεν εἰς αὐτὸν, βασιλέα ἐκάλει καί τοι σταυρούμενον· ταύτῃ τοι τὸν τῶν ἁγίων ἥρπασε κλῆρον.

Latronum quidem unus, inquit evangelista, paria Iudaeis eructabat; alter tamen verba eius, qui secum erat crucifixus, reprehendebat; suumque peccatum fatebatur, Christi innocentiae testimonium dabat, eidem credebat, regem quamvis crucifixum appellabat. Idcirco sanctorum hereditatem sibi rapuit.

v. 44. Σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν.

Tenebrae factae sunt per universam terram.

A. f. 306. Ὁ παντὸς ἐπέκεινα γεννητοῦ, ὁ σύνεδρος τῷ πατρὶ, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ ἔλαβε δούλου μορφὴν, καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἠνέσχετο μέτρον, ἵνα πληρώσῃ τὴν ἐπαγγελίαν τὴν τοῖς πατράσι τῶν ἑβραίων ἐπηγγελμένην παρὰ Θεοῦ· οἱ δὲ γεγόνασιν οὕτω σκληροί τε καὶ ἀπειθεῖς ὥστε καὶ ἀντανίστασθαι δεσπότῃ· τὸν γὰρ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, θανάτῳ περιβαλεῖν ἐσπούδασαν, καὶ τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ἐπεὶ δὲ σταυρῷ παρέδοσαν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, ἔδυνεν ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτοῖς· συνεσκότασε δὲ ἐν ἡμέρᾳ τὸ φῶς, κατὰ τὸν
* Amos V. 18. θεῖον Ἀμώς· * γέγονε γὰρ σκότος ἀπὸ ὥρας ἕκτης, ἕως ὥρας ἐννάτης· καὶ τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις σημεῖον ἦν ἐναργὲς τοῦ κατασκοτισθῆναι νοητῶς τὰς τῶν σταυρωσάντων ψυχάς· πώρωσις γὰρ ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραήλ· ἐπαρᾶται δὲ αὐτοῖς καὶ Δαβὶδ ἐκ φιλοθείας,
* Ps. LXVIII. 24. λέγων· * σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ κτίσις, τὸν ἑαυτῆς ἐπένθει δεσπότην· ὁ μὲν γὰρ ἥλιος ἐσκοτίζετο, διεῤῥήγνυντο δὲ πέτραι, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ναὸς τὸ τῶν πενθούντων ἐπλήρωσε σχῆμα, περιεῤῥηγνυμένου καταπετάσματος ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω· καί τι τοιοῦτον ὑπεσήμαινεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, διὰ φωνῆς Ἡσαΐου
* Is. L. 3. λέγων· * καὶ ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ θήσω σάκκον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ (1).

Qui creatas res omnes excedit, qui patri consessor est, demisit se ad exinanitionem, servique formam suscepit, et humana mensura se conclusit, ut promissionem compleret Hebraeorum maioribus a Deo editam. Ili vero tantopere perversi contumacesque evaserunt ut in herum suum consurrexerint, vitae auctorem morti tradiderint, gloriae dominum crucifixerint. Postquam itaque ligno suspenderunt omnium dominum, sol eis occidit, luxque diurna in tenebras versa est, ut ait divus Amosus. Factae sunt enim tenebrae ab hora sexta, usque ad nonam; quod fuit evidens Iudacis indicium obscuratarum intellectualiter illorum qui crucifigebant animarum. Caecitas enim partem certe Israhelis corripuit. Imprecatur utique illis, Dei zelo instinctus, etiam David dicens: obscurentur oculi eorum, ne videant. Ipsa quoque creatura dominum suum deflebat: ideoque sol obtenebrabatur, petrae frangebantur, et ipsum templum lugentium speciem imitabatur, velo sus deque discisso. Quid autem hoc rei fuerit, iam nobis significaverat Isaiae voce Deus dicens: et induam caelum tenebris, et saccum ponam operimentum eius.

(1) Circa hunc locum, nempe ad v. 46. *pater, in manus tuas commendo spiritum meum*, pertinet fragmentum in cat. lat. S. Thomae. « Cyrillus. Haec autem vox edocet, quod animae sanctorum non deinceps in inferno clauduntur, ut prius, sed apud Deum sunt, huius rei facto Christo principio. »

Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum etc.

Considera rursus mecum, quod crucis pro nobis passus cruciatum, coeperit multos ad veritatis cognitionem pertrahere. Nam centurio, inquit evangelista, cernens quae acciderant, Deum glorificabat dicens: vere hic homo iustus erat. Nonnulli quoque ex Iudaeis pectora sua paenitentes prorsus tundebant, mentisque oculis Dominum spectantes, et fortasse etiam impietatis in Christum se complices esse negantes, crucifixoribus maledicebant, quamquam haud palam propter principum iniquitatem. Ergo vere dixerat Dominus: quum exaltatus fuero de terra, omnes traham ad me ipsum.

Subsecutae autem mulieres, quae cum eo venerant de Galilaea etc.

Subsecutae sunt prudentes mulieres communem nostrum servatorem Christum, ea quae ad fidem erga eum firmandam utilia erant vel necessaria observantes. Scilicet quia pro communi salute carnem suam obtulerat, accurrerunt hae prudentes ad illius corpus curandum. Putabant enim mortuum in monumento permansurum.

## Cap. XXIV.

Et factum est, dum mente consternatae essent de isto etc.

Venerunt mulieres ad monumentum; non invento autem Iesu corpore, quia iam resurrexerat, in multam inciderunt perplexitatem. Quid inde porro? Propter suam erga Christum caritatem, et pii officii studium, dignae habitae sunt visione angelorum, qui bonum illis nuncium tulerunt; et resurrectionis facti praecones, cur quaeritis, dixerunt, vivum inter mortuos? Non est hic, sed resurrexit. Utique semper vivit, et suapte natura Dei Verbum vita est; sed tamen quatenus ad exinanitionem se demisit, nostramque similitudinem subiit, mortem gustavit. Verum haec mortis mors erat. Surrexit ergo a mortuis, non sibi magis quam nobis via factus ad immortali-

Ἰδὼν δὲ ὁ ἑκατόνταρχος τὸ γενόμενον, ἐδόξασε τὸν Θεὸν κ. τ. λ. v. 47.

Ἄθρει δή μοι πάλιν, ὅτι πεπονθὼς A. f. 309. b.
ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος, ἤρξατο τοῦ σαγηνεύειν πολλοὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· ὁ γὰρ ἑκατόνταρχος, φησὶν, ἰδὼν τὰ γεγενημένα, ἐδόξαζε τὸν θεὸν λέγων, ὅτι ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν· ἔτυπτον δὲ καὶ τὰ στήθη τῶν Ἰουδαίων τινὲς, κατανυττόμενοί που πάντως, καὶ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν ἀναβλέποντες πρὸς κύριον, καὶ τάχα που τῆς κατὰ Χριστὸν δυσσεβείας ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς, διὰ τὴν τῶν σταυρωσάντων καταβοὴν, εἰ καὶ μὴ ἐμφανῶς διὰ τὴν τῶν ἡγουμένων ἀνοσιότητα· οὐκοῦν ἀληθὴς ἦν λέγων ὁ κύριος· * ὅταν ὑψωθῶ * Ioh. XII. 32.
ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.

Κατηκολούθησαν δὲ καὶ γυναῖκες, αἵ τινες ἦσαν συνεληλυθυῖαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας κ. τ. λ. v. 55.

Ἠκολούθουν σοφαὶ γυναῖκες τῷ πάν- A. f. 310. b.
των ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, τὰ εἰς πίστιν τὴν ἐπ' αὐτῷ χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα συλλέγουσαι· ἐπειδὴ δὲ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντάλλαγμα τὴν ἑαυτοῦ ἔδωκε σάρκα, ἔδραμον αἱ σοφαὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι ἀπομενεῖ νεκρὸς ἐν μνημείῳ.

## ΚΕΦ. ΚΔʹ.

Ἐγένετο ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτὰς περὶ τούτου κ. τ. λ. v. 4.

Ἀφίκοντο μὲν αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνῆ- A. f. 311.
μα, οὐχ' εὑροῦσαι γε μὴν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐγήγερτο γὰρ, εἰς πολλὴν πεπτώκασιν ἀπορίαν· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἕνεκα, καὶ τῆς εἰς τοῦτο γινομένης σπουδῆς ἠξιώθησαν ἰδεῖν ἁγίους ἀγγέλους· καὶ δὴ καὶ γεγόνασιν αὐταῖς εὐαγγελισταὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως κήρυκες, τί ζητεῖτε, φάσκοντες, τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἠγέρθη· ζῇ μὲν γὰρ ἀεὶ, καὶ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος· καθεὶς δὲ ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, ἐγεύσατο θανάτου· ἀλλ' ἦν τοῦτο τοῦ θανάτου θάνατος· ἐγήγερται τοίνυν ἐκ νεκρῶν, ὁδὸς τῆς εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομῆς, οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον, ἀλλ' ἡμῖν,

συνδρόμος· καὶ μηδεὶς ζητείτω τὸν ἀεὶ ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν· οὐκ ἔστι γὰρ ὧδε, τουτέστιν ἐν θανάτῳ καὶ μνήματι· ποῦ δὲ μᾶλλον; ἐν οὐρανῷ δηλονότι καὶ ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ· ἵνα δὲ βεβαιοτέραν αὐταῖς τὴν ἐπὶ τούτοις ἐνιδρύσειαν πίστιν, εἰς μνήμην ἀναφέρουσιν,
* Matth. XVII. 21. ὡς ἔφα Χριστὸς *, ὅτι χρὴ πάντως αὐτὸν εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν δοθῆναι καὶ παθεῖν, καὶ
A. f. 312. ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. — Ἄγγελοι μέντοι καὶ τοῖς ποιμέσιν ἐν Βηθλεὲμ τὸν τόκον εὐηγγελίζοντο, καὶ νῦν τὴν ἀνάστασιν· καὶ λελειτούργηκεν οὐρανὸς τοῖς περὶ αὐτοῦ κηρύγμασι, καὶ περιέπουσι τὸν υἱὸν ὡς θεὸν, καὶ ὅτε γέγονε σάρξ, αἱ τῶν ἄνω πνευμάτων στρατιαί.

v. 9. Καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς.

A. f. 312. Μυσταγωγηθεῖσαι διὰ φωνῆς ἀγγέλων αἱ γυναῖκες, ἀπαγγέλλουσι ταῦτα δρόμῳ τοῖς μαθηταῖς· ἔδει γὰρ γυναιξὶ τὴν οὕτω λαμπρὰν δοθῆναι χάριν· ἡ γὰρ πάλαι γεγενημένη τοῦ θανάτου διάκονος, ἀπαλλάττεται τῆς αἰτίας, διακονοῦσα φωναῖς ἁγίων ἀγγέλων, καὶ τὸ σεπτὸν τῆς ἀναστάσεως μυστήριον καὶ πρώτη μαθοῦσα καὶ ἀπαγγείλ-
* ita cod. λουσα· κεκέρδαγκε * τοίνυν τὸ θῆλυ γένος, καὶ λύσιν ὀνειδισμοῦ καὶ κατάρας ἀνατροπήν· ὁ γὰρ εἰπὼν πάλαι πρὸς αὐτὰς, ἐν λύπαις
* Gen. III. 16. τέξῃ τέκνα *, παῦλαν αὐταῖς δίδωκε τοῦ κακοῦ, συναντήσας αὐταῖς ἐν τῷ κήπῳ, ὡς
* Matth XXVIII. 9. φησιν ἕτερος εὐαγγελιστὴς *, καὶ εἰπὼν, χαίρετε· πλὴν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος ἔδοξεν εἶναι λῆρός τις ἁπλῶς καὶ πρᾶγμα κατεψευσμένον, διά τοι τὸ μήπω αὐτοὺς εἰδέναι τὴν θεόπνευστον γραφήν· ἠπίστησαν γοῦν, καὶ τὸ ἀπαγγελθὲν ἔσκωψαν καὶ διέπτυσαν.

D. f. 81. b. * Ioh. XX. 22. Πῶς παρὰ μὲν τῷ Ἰωάννῃ * τῆς Μαρίας ἀκούσαντες οἱ μαθηταὶ δρομαῖοι ἐλθόντες ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐπίστευσαν; καὶ τοῦτο αὐτοῖς μαρτυρεῖ ἁ γραφὴ λέγουσα· ὅτε οὖν εἰσῆλθον, ὁ ἄλλος μαθατὴς ὁ ἐλθὼν πρῶτος εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ εἶδε καὶ ἐπίστευσε· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ εἴρηται· καὶ ὑποστρέψασαι ἀπὸ τοῦ μνημείου, ἀπήγγειλαν ταῦτα πάντα τοῖς ἕνδεκα καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς

tatem deducens. Nemoque iam quaerat inter mortuos perpetuo viventem. Non est enim heic, id est in morte vel monumento. Ubinam potius? in caelo scilicet et gloria Deo congruente. Ut autem firmiorem mulieribus fidem faciant, in memoriam revocant, ut dixerat Christus, prorsus ipsum oportuisse peccatorum manibus tradi, ac pati, et tertia die resurgere. – Angeli quidem pastoribus etiam apud Bethleemum nativitatem eius nunciaverunt, iidemque nunc resurrectionem. Famulatur caelum praedicando Christum, et filium utpote Deum, etiamsi caro sit factus, supernorum spirituum agmina stipant.

Et regressae a monumento nuntiaverunt haec omnia illis undecim et ceteris omnibus.

Angelorum voce edoctae mulieres, eam cursim ad discipulos notitiam deferunt. Oportuit enim hanc mulieribus splendidam dari gratiam. Nam femina quae fuit olim mortis ministra, nunc eo crimine absolvitur dum sanctorum angelorum vocibus ministrat, et venerandum resurrectionis mysterium prima dicit atque adnuntiat. Lucratum est itaque femineum genus et ignominiae finem et maledictionis abolitionem. Nam qui olim mulieribus dixerat, in dolore paries filios, nunc eis mali solamen attulit, occurrens ipsis in horto, ut alius evangelista ait, dicensque: avete. Nihilominus sanctis apostolis resurrectionis notitia visa est nugarum instar et res conficta, quia ne ipsi quidem divinam scripturam adhuc noverant. Ergo erant increduli, remque nunciatam riaui et contemptui habebant.

Quomodo apud Iohannem quidem quum a Maria rem audissent, discipuli cursim ad monumentum venientes crediderunt? quod sane de iis testatur scriptura dicens: quum ergo introiissent, alter de discipulis qui primus intraverat in monumentum, vidit et credidit. Apud Lucam autem dicitur: et a monumento regressae, nunciaverunt cuncta haec undecim discipulis reliquisque

omnibus (erant autem Maria Magdalene, et Iohanua, et Maria Iacobi, et reliquae cum ipsis, quae haec apostolis dixerunt) neque fidem impetrarunt.

Ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum.

Duo ex discipulis in castellum euntes nomine Emmaum, ceu iam vivere non sperantes Christum, sed extinctum dolentes, colloquebantur invicem de vicibus eius. Dum autem sermocinarentur, ipse Iesus accedens cum illis ibat incognitus. Tenebantur enim oculi eorum quominus eum agnoscerent. Aiebat autem illis: qui sunt isti sermones quos confertis invicem ambulantes, et estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleopas, ait: tu solus peregrinus in urbe Hierusalem? et reliqua. Deinde famam de resurrectione eius a mulieribus Petroque diditam narrant quidem, sed ei minime credunt. Nam cum dicunt: sed et mulieres quaedam terruerunt nos, corpore non invento; satis demonstrant, se vere ea dicta non putare, neque tam veritatem sibi nunciatam, quam perturbationem ac terriculamentum ob eam rem extitisse. Ipsum Petri testimonium, qui linteamina tantum in sepulcro viderat, haud fidem facere resurrectionis iudicabant, quia non ipsum Iesum se vidisse dixerat, sed ex eo quod non ibi iacebat, resurrexisse coniectaverat. Sciendum vero est, hos fuisse de septuaginta discipulorum numero; et Cleopae socium fuisse Simonem, non tamen Petrum, neque illum cananaeum, sed de praedicto numero alium.

Incipiens a Moyse et omnibus prophetis etc.

Necessarium his verbis demonstrat Dominus legis ductum, et prophetarum adiutorium, ad conciliandam rei mirabili fidem; ut facta postea resurrectione, ii qui magnitudine rei conturbabantur, meminissent veteris praedictionis, atque ita ad credendum converterentur. Ideo producit testem Moysem atque prophetas, dum re-

(ἦν δὲ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, καὶ Ἰωάννα, καὶ Μαρία Ἰακώβου, καὶ αἱ λοιπαὶ σὺν αὐταῖς, αἳ ἔλεγον πρὸς τοὺς ἀποστόλους ταῦτα) καὶ ἠπίστουν αὐταῖς.

Ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἦσαν πορευόμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς κώμην. v. 13.

Δύο τῶν μαθητῶν βαδίζοντες εἰς κώ- D. I. 82.
μην Ἐμμαοῦν λεγομένην, πρὸς ἀλλήλους ὡς οὐ ζῶντα προσδοκῶντες ἔτι τὸν Χριστὸν, ἀλλ' ὡς ἀνῃρημένου ἀνιώμενοι, ὡμίλουν λέγοντες τὰ περὶ αὐτοῦ· ἐν δὲ ὁμιλεῖν αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς προσελθὼν συνεπορεύετο αὐτοῖς, μὴ γινωσκόμενος ὑπ' αὐτῶν· ἐκρατοῦντο γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ ἐπιγνῶναι αὐτόν· καὶ φησὶν πρὸς αὐτούς· τί ποτέ ἐστιν ὃ διαλέγεσθε πρὸς ἀλλήλους περιπατοῦντες σκυθρωποί; ἀποκριθεὶς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ᾧ ὄνομα Κλεόπας, εἶπε· σὺ μόνος παροικεῖς Ἱερουσαλήμ; καὶ ἑξῆς· ἔπειτα τὴν φήμην τῆς ἀναστάσεως τὴν διὰ τῶν γυναικῶν, καὶ τὴν διὰ Πέτρου λέγουσι μὲν, οὐ πιστεύουσι δέ· λέγοντες γὰρ, καὶ γυναῖκες ἐξέστησαν ἡμᾶς τὸ σῶμα μὴ εὑροῦσαι, οὐχ' ἡγοῦντο πρὸς τὸ λεγόμενον ἀληθεύειν, οὐδὲ εὐαγγελισμὸν ἀληθείας, ἀλλ' ὡς ταραχῆς τινὸς καὶ ἐκστάσεως αἴτιον ὑπέλαβον εἶναι· καὶ τὴν τοῦ Πέτρου μαρτυρίαν τὰ ὀθόνια μόνον ἐπὶ τοῦ μνημάτος ἑωρακότος, οὐ πιστὴν εἶναι περὶ τὴν ἀνάστασιν ἐνόμιζον, ὅτι μὴ αὐτὸν εἶδον ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ ἀνεστηκέναι αὐτὸν ἐτεκμαίρετο· ἰστέον δὲ ὅτι οὗτοι τῶν ο' ὑπῆρχον, καὶ ὁ μετὰ Κλεόπα ὁ Σίμων ἦν, οὐχ ὁ Πέτρος, οὐδὲ ὁ ἀπὸ Κανᾶ, ἀλλ' ἕτερος τῶν ἑβδομήκοντα.

Ἀρξάμενος ἀπὸ Μωϋσέως καὶ ἀπὸ πάντων τῶν προφητῶν κ. τ. λ. v. 27.

Ἀναγκαίαν ἐν τούτοις δείκνυσιν ὁ κύ- B. f. 222.
ριος τὴν τοῦ νόμου πρόοδον, καὶ τὴν τῶν προφητῶν λειτουργίαν, πίστιν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ πράγματι προσαγόντων, ἵν' ἐπιστάσης τῆς ἀναστάσεως οἱ θορυβούμενοι τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος ἀναμνησθῶσι τῆς πάλαι προῤῥήσεως, καὶ εἰς τὸ πιστεύειν ἐπιστρέφοιντο· διὸ παράγει μάρτυρα Μωϋσέα καὶ

τῶν προφήτας, τὸ ἐγκεκρυμμένον ἑρμηνεύων, καὶ τὰ τοῖς ἀναξίοις ἀσαφῆ σαφηνίζων τοῖς ἀξίοις, ἀρχαίαν τὲ καὶ πάτριον τὴν πίστιν αὐτοῖς ἐντιθεὶς ἐξ ὧν κατεῖχον γραμμάτων ἱερῶν· οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ Θεοῦ μάταιον, ἀλλὰ τάξις ἁπάντων καὶ χρεία τῶν καθέκαστον· ἐν τάξει προαπεστέλλοντο δοῦλοι, καὶ προῳκονόμουν τῇ τοῦ δεσπότου παρουσίᾳ, ἀναγκαίαν τὴν προφητείαν εἰς τὴν πίστιν ἀνθρώποις προεισάγοντες· ἵν' ὥσπερ θησαυρὸς βασιλέως ἐν καιρῷ προβληθείη τὰ προειρημένα ἐξ ἀποκρύφου τοῦ πρότερον ἀσαφείας, εἰς τοὐμφανὲς διὰ τοῦ σαφηνείας ἀποκαλυπτόμενα· οὕτω δὴ προϋποκινήσας αὐτοὺς διὰ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν γραμμάτων, μετὰ ταῦτα ἐμφανέστερον ἤδη καθίστησιν ἑαυτὸν, ἀξιώσασιν οὖν ἐλθεῖν εἰς τὴν κώμην, ὅτε λαβὼν τὸν ἄρτον εὐλογήσας, καὶ κλάσας ἐπεδίδου· ἐκρατοῦντο γάρ, φησιν, οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ γνῶναι αὐτὸν, ἕως οὗ δηλονότι ὁ λόγος εἰσέλθῃ κινῶν τὴν καρδίαν εἰς τὴν πίστιν· ἔπειτα οὕτω καιρίαν τὴν ὄψιν ἐπὶ τῇ ἀκοῇ παραστήσῃ, τὸ προακουσθὲν καὶ πιστωθὲν ἐμφανὲς καθιστάς· οὐ μὲν συμπαραμένει γε αὐτοῖς, καὶ αὐτὸς γάρ φησιν ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν· οὐκ ἔστι γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὰ τοῦ κυρίου τοιαῦτα πρὸς τοὺς ἀνθρώπους οἷα τὰ πρότερον, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἀνακαινώσεως ἔδει, καὶ δευτέρας ζωῆς τῆς κατὰ Χριστὸν, ἵνα καινοὶ καινῷ συνῶσιν, καὶ ἄφθαρτοι πλησιάζωσιν ἀφθάρτῳ· διὸ καὶ τὴν Μαρίαν ἐκώλυσεν ἐφάψασθαι αὐτοῦ,
* Ioh. XX. 17. καθά φησιν Ἰωάννης *, ἕως ἂν ἀπελθὼν ἀφίκηται.

v. 33. Ἀναστάντες αὐτῇ τῇ ὥρᾳ κ. τ. λ.

D. I. 83. Ἀναστάντες, φησὶν, οἱ περὶ Κλεόπαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, τουτέστιν ἐν ᾗ ἄφαντος ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο ὁ Ἰησοῦς, ἐπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλήμ· οὐκ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ φησὶν, εὗρον τοὺς ἕνδεκα συνηθροισμένους, καὶ ἀπήγγειλαν τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, ὅτε καὶ ἀνελήφθη· τὰ τοίνυν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν ἡμερῶν τούτων γενόμενα, παρῆκεν ὁ νῦν ἅπερ οἱ περὶ Κλεόπαν διηγουμένους εὗρον

condita interpretatur, et quae indignos latent dignis exponit, veterem avitamque iis fidem inserens, ope sacrarum quae apud se habebant litterarum. Nihil enim, quod quidem a Deo proveniat, vanum est, sed cuncta ordinem servant, et singularum rerum proprius est usus. Praemissi ordinatim servi fuere, qui Domini adventui viam sternebant, vaticinia fidei faciendae necessaria, hominibus occinentes; ut veluti thesaurus regius idoneo tempore proferrentur res supradictae, ex vetere obscuritate in apertum interpretando explicatae. Iam postquam illos tum legis tum prophetarum scriptura permoverat, deinde manifestiorem se facit, rogantibus nempe ut veniret secum in castellum, cum acceptum manu panem benedicens frangensque iis porrigebat. Tenebantur enim, inquit, oculi illorum ne eum agnoscerent, donec videlicet sermo penetravit, cor ad credendum permovens; atque ita tempestivam visionem una cum rei auditu exhibuit; rem scilicet auditam et creditam conspectui praesentans. Neque tamen cum illis manet; namque ipse, inquit scriptura, invisibilis factus est. Etenim post resurrectionem res Domini non sunt eaedem atque antea cum hominibus; namque et hi renovatione egebant, vitaeque in Christo secundae, ut novi cum novo versarentur, et incorrupti ad incorruptum propinquarent. Quamobrem Mariae quoque interdixit, quominus se attingeret, ut ait Iohannes, donec post discessum rediret.

Surgentes eadem hora etc.

Surgens, inquit, Cleopas cum socio, eadem hora, id est in qua sese eorum visui Iesus subduxerat, reversi sunt Hierusalem. Non autem dicit, eadem hora eos invenisse undecim congregatos, eisque notitiam de Iesu adtulisse; sed quadragesimo demum post resurrectionem die, quo etiam adsumptus fuit. Ergo quae horum dierum intervallo acciderunt, omisit praesens evangelista; quae videlicet Cleopas invenit

narrantes privatim undecim, nempe quod Dominus resurrexisset, et Simoni visua fuisset; quin tamen dicat evangelista ubinam et quando et quomodo visus esset. His item igitur diebus, ea quoque in Galilaea evenerunt, quorum meminit Matthaeus.

Ipse Iesus stetit in medio eorum.

Nunc narrationis seriem prosequentes, ita dicimus. Rumore iam saepius de Christi resurrectione apostolos circumsonante, desideriumque eius videndi excitante, is denique exoptatus adest, seque quaerentibus ac praestolantibus spectandum revelat; nec iam impeditis oculis apparet, nec veluti de alio homine verba facit (1), sed visibilem semet sistit, bonoque animo discipulos esse iubet. Hi tamen adhuc erant perplexi ac pavidi; putabant enim se non ipsum Iesum, sed phantasma quoddam umbramque videre. Ecce autem Iesus suborientem ex huiusmodi cogitationibus perturbationem sedat, familiare illud nec insolitum pronuncians vocabulum. Dixit enim: pax vobis (2).

Dixit eis: quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra?

Ut firmiter et absque ulla dubitatione crederent ipsum esse illum qui passus fuerat, demonstrat ilico, se, quoniam Deus naturaliter esset, res arcanas cognoscere, id est tumultuantes illorum cogitationes non ignorare. Dixit enim: cur turbati estis? Evidens haec demonstratio est, ipsum qui cernebatur, non alium esse, quam quem

τῶν ἕνδεκα καταμόνας λέγοντας, ὅτι ἠγέρθη ὁ κύριος καὶ ὤφθη Σίμωνι· περὶ οὗ οὐκ ἐμνήσθη ποῦ ἢ πότε ἢ πῶς ὤφθη· ἐν ταύταις οὖν ταῖς ἡμέραις καὶ τὰ κατὰ τὴν Γαλιλαίαν πέπρακται, περὶ ὧν ἐμνήσθη ὁ Ματθαῖος *. * Matth. XXVIII. 16.

Αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν. v. 36.

Νῦν δὲ τῆς ἀκολουθίας ἐχόμενοι, φαμέν· ὅτι ἤδη πολλαχόθεν τοῦ λόγου τῆς ἀναστάσεως περιθέοντος τῶν ἀποστόλους, καὶ τοῦ πόθου πρὸς τὴν ὄψιν ἐγηγερμένου, ποθούμενος ἔρχεται, καὶ ζητοῦσι καὶ προσδοκῶσιν ἐμφανίζεται καὶ ἀποκαλύπτεται· πλὴν οὐκέτι κρατουμένοις ὀφθαλμοῖς ἐπιφαίνεται, οὐκέτι ὡς περὶ ἑτέρου διαλέγεται, ἀλλ᾽ ἐμφανῆ ἑαυτὸν δίδωσι καὶ θαῤῥεῖν παρακελεύεται· οἱ δὲ καὶ οὕτως εἰσὶν ἀμφίβολοι καὶ δεδίασιν· ᾤοντο γὰρ οὐκ αὐτὸν βλέπειν, φάσμα δέ τι καὶ σκιάν· εἶτα, καὶ τὸν ἐκ τῶν τοιούτων λογισμῶν κατευνάζει θόρυβον, τὸ ἐντριβὲς αὐτοῖς καὶ οὐκ ἄηθες ἐπιφθεγξάμενος ῥῆμα· ἔφη γάρ· εἰρήνη ὑμῖν. A. f. 317. D. f. 83. b.

Εἶπεν αὐτοῖς· τί τεταραγμένοι ἐστέ, καὶ διὰ τί διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; v. 38.

Ἵνα βεβαίως καὶ ἐνδοιασμοῦ δίχα πιστεύσωσιν αὐτὸν ἐκεῖνον ὄντα τὸν πεπονθότα, A. f. 317. b. C. f. 159. D. f. 83. b.
παραδείκνυσιν εὐθὺς, ὅτι θεὸς ὢν φύσει, γινώσκει τὸ κεκρυμμένον, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῶν ἐννοιῶν οὐκ ἠγνόησε θόρυβον· ἔφη γάρ· τί τεταραγμένοι ἐστέ; ἀπόδειξις αὕτη καὶ μάλα σαφὴς τοῦ μὴ ἕτερον εἶναί τινα τὸν ὁρώμενον, ἀλλ᾽ ἐκεῖνον αὐτὸν, ὃν καὶ τεθέανται τὸν

(1) Veluti fecerat Christus cum discipulis duobus colloquens. Non ergo passivum est διαλέγεται, ut sumitur ab interprete lat. apud D. Thomam in cat. *nec disceptatur de alio.*

(2) Huc pertinet notabilis tractus apud D. Thomam in catena latina. « Cyrillus. Pudeat ergo nos pacis » munus deserere, quam nobis hinc discedens Christus reliquit. Pax et res et nomen dulce, quam et Dei » esse accepimus, iuxta illud ad Phil. IV: pax Dei. - Et eius esse Deum, iuxta illud II. Cor. XIII: Deus » pacis. - Et ipsam esse Deum, iuxta illud Ephes. II: ipse pax nostra. - Pax bonum commendatum ab » omnibus, observatum autem a paucis. Quae autem est causa? Fortassis ambitio dominii vel facultatum, aut livor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quae Dei ignaros videmus » incurrere. Dei quippe praecipue pax est, quae confoederat omnia; cuius nihil est adeo proprium sicut » unitas naturae et pacificus status. Transumitur vero ab angelis et divinis potestatibus, quae ad Deum, » et ad invicem pacifice se habent; diffunditur vero per totam creaturam, cuius est decor tranquillitas; » in nobis autem manet secundum animam quidem per investigationem virtutum et communicationem, » secundum corpus vero in membrorum et elementorum commensuratione, quorum alterum pulcritudo, » alterum sanitas appellatur. »

ἐπὶ ξύλου παθόντα θάνατον καὶ τεθειμένον ἐν μνημείῳ, ὃς καὶ νεφροὺς ὁρᾷ καὶ καρδίαν, καὶ οὐκ ἂν αὐτὸν λάθοι τῶν ἐν ἡμῖν οὐδέν· σημεῖον οὖν ἄρα ποιεῖται τὸ χρῆμα, τὸ εἰδέναι φημὶ τὸν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐννοιῶν θόρυβον· πιστούμενος δὲ καὶ ἑτέρως, ὅτι καὶ νενίκηται θάνατος, καὶ ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς ἐν αὐτῷ καὶ πρώτῳ, δείκνυσι τὰς χεῖρας τε καὶ τοὺς πόδας, καὶ τὰς διατρήσεις τῶν ἥλων, καὶ ψηλαφᾶν ἐπιτρέπει καὶ πληροφορεῖσθαι διὰ τρόπου παντὸς, ὅτι τὸ πεπονθὸς ὡς ἔφην ἐγήγερται σῶμα· οὐκοῦν συκοφαντείτω μηδεὶς τὴν ἀνάστασιν· κἂν ἀκούσῃς τοῦ ἱεροῦ γράμματος λέγοντος περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος, σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικὸν *, μὴ ἀνέλῃς τὴν ἀνθρωπίνων σωμάτων τὴν εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομήν· ὥσπερ γὰρ ψυχικόν ἐστι τὸ ταῖς ψυχικαῖς ἤγουν σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις ἀκολουθοῦν καὶ ὑπεζευγμένον, οὕτω καὶ πνευματικὸν τὸ τοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος θελήμασιν ὑποκείμενον· μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οὐκ ἔστιν ἔτι φιλοσαρκίας καιρὸς, ἀλλ' ἀπρακτήσει παντελῶς τῆς ἁμαρτίας τὸ κέντρον· αὐτὸ μέν τοι τὸ κατενεχθὲν εἰς τὴν γῆν, τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσεται.

* I. Cor. XV. 44.

A. f. 318. B. f. 224. G. f. 117. b.

Ἵνα τοίνυν αὐτὸ τοῦτο εἰδεῖεν σαφῶς οἱ μαθηταὶ, ὅτι αὐτὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ παθὼν καὶ ταφεὶς καὶ ἀναστὰς, δείκνυσιν ὡς ἔφην πόδας τε καὶ χεῖρας· καὶ ὅτι μὴ καθάπερ ᾤοντο πνεῦμα μᾶλλον ἐστὶν, ἀλλὰ σῶμα κατὰ τὸ ἀληθὲς, πληροφορεῖσθαι προστάττει λέγων· καὶ ἴδετε ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα· σκιὰ γὰρ καὶ πνεῦμα καὶ δόκησις ἁπλῶς, οὐκ ἂν ὑπομείνῃ τὴν χειρὸς ἀφήν.

v. 41. A. f. 319. B. f. 224. G. f. 117. b.

— Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν, δείξας τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος, ἐπληροφόρησεν αὐτοὺς, ὅτι τὸ παθὸν ἀνέστη σῶμα· ἵνα δὲ πρὸς τούτοις καὶ ἔτι μειζόνως ἱδρυμμένην αὐτοῖς ἐργάσηται τὴν ἐπὶ τούτῳ πίστιν, ᾔτησέ τι τῶν ἐδωδίμων· ὀπτοῦ δὲ ἰχθύος μέρος ἦν· καὶ λαβὼν, κατεδήδοκεν ὁρώντων αὐτῶν· τοῦτο γὰρ δι' οὐδὲν ἕτερον ἔπραξεν, ἢ ἵνα δείξῃ σαφῶς ὡς αὐτός ἐστιν ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ὃ καὶ πρὸ

iam viderant in ligno necem perpessum, et in monumento depositum, qui et renes et cor introspicit, quemque nihil nostrarum rerum latet. Argumentum itaque praesentiae suae vult hoc esse, quod illorum fluctuantes mentes cognoscit. Tum ut etiam aliter se vicisse mortem confirmet, atque humanam exuisse in se primo corruptionem, manus ostendit atque pedes, et clavorum foramina, atque ut tangant hortatur omnimodisque sibi persuadeant, illud quod passum fuerat corpus, nunc resurrexisse. Nemo itaque resurrectionem calumnietur. Et quamvis audias in sacris litteris dici: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale, ne idcirco neges humanorum corporum ad incorruptibilitatem reditum. Nam sicut animale est quod animalibus seu carnalibus cupiditatibus deditum est atque subiectum, ita spiritale est quod sancti Spiritus voluntatibus obsequitur. Nam post resurrectionem a mortuis, haud ulterius carnalium affectuum tempus erit, sed iners omnino futurus est peccati stimulus. Ipsum illud itaque quod in pulverem abierat, immortalitate vestietur.

Ut ergo manifeste hoc discipuli cognoscerent, nempe illum esse, qui passus sepultusque, mox resurrexerat, ostendit ut iam dixi pedes manusque. Quodque haudquaquam, ut ipsi putabant, spiritus esset, sed verum corpus, ut sibi persuadeant mandat dicens: quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere. Umbra enim et spiritus et omnino phantasma, manus tactum sustinere nequiret. — Ergo, sicuti diximus, manus ostendens ac pedes discipulis Dominus, persuasit illis, passum corpus resurrexisse. Atque ut insuper magis adhuc firmam in iis efficeret hac de re fidem, postulavit edule aliquid. Oblata autem piscis assi parte, sumptam spectantibus ipsis comedit. Id autem haud ob aliam causam fecit, nisi ut manifeste demonstraret, eundem se esse qui resurrexerat a mortuis, et qui antea toto

Digitized by Google

incarnationis tempore cum eis manducaverat ac biberat, unaque cum illis, iuxta prophetae dictum, fuerat conversatus: atque ut cognoscerent, corpus quidem humanum alimonia huiusmodi egere, spiritum non item. Quis ergo, si modo fidelis esse velit, et sanctorum evangelistarum testimonium absque haesitatione admittere, haereticas fabulas adhuc audiat, vel phantasiastas toleret? Vincit enim humanam inquisitionem, et consuetarum nobis rerum rationem, potentia Christi. Comedit piscis partem, resurrectionis suae tempore; neque tamen quod hic consequi solet, in Christo consecutum est: ut incredulus aliquis cavillabitur, sciens ea quae per os intrant, prorsus etiam exire atque in secessum emitti. Id tamen fidelis quivis in mentem suam non admittet, sed Dei potentiae rem permittet.

Tunc aperuit illis mentem ut intelligerent scripturas etc.

Postquam cogitationes illorum per verba sua, per tactum, per esum, sedavit; tunc aperuit illis mentem ad intelligendum, sic se oportuisse pati, id est in crucis ligno. Revocat itaque discipulis in memoriam Dominus ea quae dixerat. Praenuntiaverat enim ipsis suam in cruce passionem, sicut antea iam prophetae dixerant. Reserat ipsis etiam cordis oculos, ut prisca vaticinia intelligant. – Spiritus sancti descensum, prout per Iohelem Deus praenuntiaverat, promittit discipulis Servator, virtutemque ex alto; ut fortes fierent ac insuperabiles, et absque ullo metu ubique terrarum mysterium praedicarent. – Spiritum receptnris ait: accipite Spiritum sanctum, nempe post resurrectionem; aitque: vos autem sedete Hierosolymis, et patris promissionem expectate, quam ex me audistis. Quia Iohannes quidem baptizavit

τούτου καὶ παρὰ πάντα τὸν καιρὸν τῆς οἰκονομίας συνεσθίων καὶ συμπίνων αὐτοῖς καὶ συναναστρεφόμενος ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· * ἵν' οὖν εἰδεῖεν ὅτι σῶμα (* Baruc. III. 19.) μὲν τὸ ἀνθρώπινον, δέοιτο ἂν τῆς τοιᾶσδε τροφῆς, πνεῦμα δὲ οὐκέτι. Τίς οὖν ἀξιῶν πιστὸς εἶναι, καὶ τὴν ἁγίων εὐαγγελιστῶν τὴν μαρτυρίαν ἀναμφιβόλως δεχόμενος, ἔτι πλασμάτων ἀκούσειεν αἱρετικῶν, ἔτι δοκησισόφων ἀνάσχοιτο; νικᾷ γὰρ ἀνθρωπίνην ἐξέτασιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν συνήθων πραγμάτων ἔννοιαν, ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις· ἔφαγεν ἰχθύος μέρος, διὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τὸ τῇ βρώσει ἀκολουθοῦν, οὐκέτι ἐπὶ Χριστοῦ ἠκολούθησεν ὅπερ ἄπιστος ἄν τις ἐπιζητοίη, εἰδὼς ὅτι τὰ εἰσιόντα εἰς τὸ στόμα, πάντως ἐκχωροῦσι καὶ εἰς ἀφεδρῶνα βάλλονται· * ἀλλ' (* Matth. XV. 17.) οὐχ ὅ γε πιστὸς, εἰς ἔννοιαν τοιοῦτόν τι λήψεται, ἀλλὰ δυνάμει θεοῦ δώσει τὸ πρᾶγμα (1).

Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν. τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς κ. τ. λ. (v. 45-51.)

Ὅτε τὸν λογισμὸν αὐτῶν, δι' ὧν εἶπε, (A. f. 319. b.) δι' ὧν ἐψηλαφήθη, δι' ὧν ἔφαγεν εἰρήνευσε, τότε διήνοιξε τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι ὅτι οὕτως ἔδει παθεῖν αὐτὸν, δῆλον δὲ ὅτι διὰ ξύλου σταυροῦ· ἀποφέρει τοίνυν τοὺς μαθητὰς ὁ (v. 46.) κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔφη· προαπήγγειλε γὰρ αὐτοῖς τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καθ' ἃ φθάσαντες ἔφασαν οἱ προφῆται· ἀνοίγνυσι δὲ καὶ τοὺς τῆς καρδίας αὐτῶν ὀφθαλμοὺς, ὥστε συνιέναι τὰ πάλαι προειρημένα. – Πνεύ- (v. 49. A. f. 320.) ματος ἁγίου κάθοδον, ὃ διὰ Ἰωὴλ * ὁ θεὸς (* Iohel II. 28.) προεπηγγείλατο, τοῖς μαθηταῖς ὁ σωτὴρ ἐπαγγέλλεται καὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, ἵν' εἶεν εὐσθενεῖς καὶ ἀκαταγώνιστοι, καὶ δίχα παντὸς δέους διακηρύξωσι τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ θεῖον μυστήριον. – Λαβοῦσι πνεῦμα λέ- (D. f. 83.) γει, λάβετε πνεῦμα ἅγιον *, μετὰ τὴν ἀνάστα- (* Ioh. XX. 22.) σιν· καὶ φησὶν, ὑμεῖς δὲ καθίσατε * εἰς Ἱε- (* Luc. XXIV. 49. Act. I. 4.) ροσόλυμα, καὶ περιμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν

(1) Videsis hac super re S. Basilii locum epistolae a nobis editae post Cyrilli commentarium in psalmos; multoque magis Athanasii Corinthi archiepiscopi fragmentum quod dedimus in nostro volomine X. AA. class. p. 499-500. Eadem de re scribit etiam anonymus quidam in cod. G. f. 118, iisdem prope ac Cyrillus verbis.

ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ *, οὐκέτι ὕδατι, ἔλαβον γὰρ, ἀλλὰ πνεύματι ἁγίῳ· οὐκ ἐπεισάγει ὕδωρ τῷ ὕδατι, ἀλλὰ ἀναπληροῖ τὸ λεῖπον τῷ λειπομένῳ. — Εὐλογήσας αὐτοὺς καὶ βραχὺ προελθὼν, ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα σύνεδρος ᾖ τῷ πατρὶ καὶ μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός· καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ γεγονὼς ὁ λόγος. ἥξει δὲ πάλιν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ παραλήψεται ἡμᾶς μεθ' ἑαυτοῦ. Δοξολογήσωμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς θεὸν λόγον, τὸν ἑκουσίως παθόντα σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ λύσαντα τὴν φθοράν· τὸν ἀναληφθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἥξοντα μετὰ δόξης πολλῆς ἐπὶ τὸ κρίναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ θεῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* Act. I. 5.

v. 51. B. l. 226. C. f. 150. b. G. f. 119. b.

aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto: haud inquam aqua, id enim iam actum fuerat, sed Spiritu sancto. Non addit aquae aquam; sed quod deerat indigenti supplet. — Quum iis benedixisset, et paululum esset progressus, ferebatur in caelum, ut cum unita etiam sibi carne, patri consessor fieret. Atque hanc nobis viam renovavit postquam humanam formam Verbum adsumpsit. Redibit autem statuto tempore cum patris sui gloria, et cum angelis, atque ad se nos recipiet. Glorificemus itaque eundem qui propter nos est humanatus Deus Verbum, qui sponte carne passus est, resurrexit a mortuis, et corruptionem exterminavit; qui adsumptus est, et postea reversurus cum gloria multa ad iudicandos vivos ac mortuos, et unicuique secundum opera sua retribuendum. Per quem et cum quo patri Deo gloria ac potentia cum Spiritu in saecula saeculorum. Amen.

*Fragmentum inserendum p. 237. col. 2. v. 3. a fin.*

E. f. 341. Ἀπολέκτως ἔχων· δεικνὺς ὅτι χθαμαλὸς νοῦς οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς θεωρίαν ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ τῶν γηΐνων κατεπαρθεὶς καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν κατὰ σῶμα γενόμενος, καὶ ἔξω φροντίδων βιωτικῶν κατ' ἰδίαν ἐν ἡσυχίᾳ καταστὰς, καὶ τῆς τῶν παθῶν ὑψηλότερος καταδυναστείας χρηματίσας· εἶτα κ. τ. λ.

Ut ostendat, depressam humi mentem minime aptam contemplationi fore, sed illam potius quae cunctis superior sit corporalibus rebus, et extra mundanas curas seorsum cum silentio constiterit, quae denique passionum tyrannide celsior fuerit etc.

*Fragmentum aliud inserendum p. 254. v. 18.*

E. f. 170. Καιρὸν μὲν ἐκεῖνον φησὶ, καθ' ὃν ὁ σωτὴρ τὰς διατριβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τῶν πατρικῶν μὴ ἐξιστάμενος· νομικὸν δὲ ἐν τούτοις κ. τ. λ.

Tempus quidem dicit illud, quo Servator versabatur in terra, ille ubique praesens, et a paterno sinu umquam absens. Numicum autem heic etc.

*Homiliarum Cyrilli deperditarum titulis, quos p. 144. enumeravi adde* I. De electione apostolorum p. 190. II. De divite horrea dilatare cogitante p. 295. III. De talentorum distributione p. 390. IV. De passione Domini p. 434. V. Fortasse de sancto Iohanne baptista p. 139. VI. De consumatione saeculi item apud me Script. vet. T. VII. p. 26.

*Emendationes.*

Pag. 128. v. 9. a fin. ἴδομεν, et lat. *cognovimus*. P. 188. col. 2. v. 6. corr. *vana doctrina*.

# EIUSDEM S. CYRILLI ARCHIEP. ALEX.

## FRAGMENTA INEDITA EX APOLOGIA IOHANNIS CAESARIENSIS

### PRO CONCILIO CHALCEDONENSI

QUAE IN CODICE SYRIACO VATICANO SUPEREST.

1. *Cyrillus in libro adversus eos qui naturas confundunt* (1) *qui incipit: paulo ante locuti diu sumus.*

Quo usque tandem nonnulli scriptis suis adstruent, vel somniabunt potius Verbi in carnem ac sanguinem conversionem, amentium instar nugantes? His nos dicimus: evigilate ebrii de vino vestro. Quae enim vestra est de natura carnis sententia aut notio, vel quomodo inscrutabilem scrutamini Dei naturam? Quis porro audeat rem metiri inmensurabilem? Nemo certe dicet, nemo sine errore definiet, quanam sit praeditus natura Deus, omnium dominus, lux, vita, gloria et potentia, ille demum qui omnium rerum naturam novit, et quicquid in homine est scientia sua complectitur. Quo usque tandem nonnulli adfirmabunt, Verbi factam in terrenum hoc corpus mutationem, id est Deum Verbum de substantia propria confecisse sibi corpus, qnod nostro consubstantiale sit? Hi videlicet primo quidem profitentur, Verbum a semet ipso alienum evasisse, id est, iam non amplins Deum esse, ut dixi, creatorem, vitam, gloriam, potentiam: atque etiam docent, eum in errorem posse incurrere, cui obnoxiae creaturae sunt: aliaque huiusmodi eidem adtribuunt pessima oppido, et ipso indigna. Equidem quaerendum ab eo arbitror, qui hanc opinionem in medium adtulit, num passionum ignominiam in Verbum incidere necesse fuerit? Atque haec nonnullorum opinio nonne furiosa est? Profecto nihil amentius excogitari potest quam ita Verbi naturam contumelia adficere. Alioqui qui fieri posset, ut Dei nomen sublimius quovis nomine esset, et ipse dominus virtutum foret? Sed enim aliquis fortasse dicet, haud id quidem necessarium fuisse, sponte tamen ita semet commutasse, ut inevitabili passioni subesset. Atqui ego aio: quoniam in-

(1) Hi proprie dicebantur συγχυτικοί *confusanei*, cuiusmodi fuerunt Apollinaris et Eutyches, et postea Severus, qui duas Christi naturas in unam sdunaverunt atque confuderunt. Hinc Theodoreti dialogus contra Apollinarem inscribitur ἀσύγχυτος, *inconfusus*. Proprius tamen operis a Cyrillo scripti titulus fuit κατὰ συνουσιαστῶν *contra Synusiastas*, sive contra eos qui duas substantias divinam et humanam ita in Christo adunatas aiebant, ut una post adunationem esset. Is revera titulus operis cyrilliani ita recitatur ab Ephraemio antiocheno apud Photium cod. 229 p. 796, quod vocabulum vix vellem a Scotto explicatum fuisse latine *contra consubstantialistas*, ne forte Eutychiani haeretici permutentur cum orthodoxis Homousianis; quamquam hi reapse de substantia divina tantum loquuntur, quae eadem in patre filioque est; illi ex duabus Christi naturis humana ac divina unam, ut dixi, faciebant. Sed enim commode accidit ut titulus cyrilliani operis κατὰ συνουσιαστῶν sexies recitetur in opusculis graecis a me editis Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. 290. 295. 302, cum brevibus eius fragmentis, quae partim cum his a Iohanne caesariensi recitatis, mire congruunt, ut postea videbimus. Contra Synusiastas scripserant etiam Diodorus tarsensis et Theodorus mopsuestenus, testibus Facundo hermianensi lib. VIII. cap. 4, nec non Leontio adv. Eutych. apud Canisium antiq. lect. ed. nov. T. I. p. 591, itemque apud me Spicil. rom. T. X. part. II. pp. 87. 88. Denique etiam Theodotus antiochenus, uti adfirmant apud me tom. cit. p. 10. Anastasius presbyter, et Leontius p. 134. Uno versiculo rem definierat apud Theodoretum dial. cit. p. 106. Antiochus Ptolemaidis: μὴ συγχέῃς τὰς φύσεις, καὶ οὐ ναρκήσεις περὶ τὴν οἰκονομίαν: *noli naturas confundere, et circa incarnationis mysterium non torpebis.* Sed enim tot olim et postea contra illam haeresim scriptis, ea nihilominus vivax residet apud partem maximam Syrorum, Armeniorum, Aethiopum, atque Coptorum. Tanta est praeiudicii ex antiquitate suscepti tenacltas?

convertibilis natura Dei est, utique rem se ipso indignam agere voluisset.

II. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed isti fortasse opinantes dicent, Deum Verbum conversum quidem in carnem, sed non totum, nec omnino, nec in omnibus. Verum enim vero nonne evidenter insaniet si quis dicere aut credere talia velit? In primis aiunt, Verbum haud se totum immutāsse vel conversionem passum: deinde eum finibus circumscribunt, dicentes ipsum quantitate contiueri, loco cohiberi, sub definitionem cadere, et cum aliis rebus connumerari. Quomodo autem hi adversarii ignorant, corpus quod sit divisionis capax, omnia semper pati, quae singulae partes eius patiuntur? Neque enim uni membrorum pati contingeret, nisi universa corporis natura patiendo foret obnoxia. Iuterim hi nos cogunt ad verba quoque minime nobis spontanea descendere: sed venia prius a Verbo Dei postulata, dicimus, quod si forte mutabilitas ab eo non esset aliena, neque illi impossibilis eius rei passio, utique ad patrem quoque sanctumque Spiritum vis huius blasphemiae perveniret: tota est enim consubstantialis sanctissima Trinitas et inmutabilis. Quodnam vero robur infirmitati nostrae impetraremus, si Deus aeque ac nos foret infirmus, atque in ea converti posset, quae nobis effari non licet, etiamsi ab aliis diserte dicta audimus? Sed « videte me, inquit scri-
* Malach. III. 6. » ptura *, quia ipse sum, et non sum mu-
* Ps. CI. 26. » tatus. » Tum et divus psalmista * « alicubi canit: opera manuum tuarum sunt » caeli: ipsi peribunt, tu autem permanes: » ipsi veterascent omnes ceu vestimentum, » et tamquam pallium invertes eos, et in» vertentur; sed tu idem es, et anni tui » non finientur. » Animadverte igitur quomodo edoctus a Deo propheta, ad creatarum rerum naturam mutabilitatem amandat, cuius rei argumenta ordinatim recitat dicens fore ut caeli consenescant; supremo autem Deo immutabilitatem conservat, ipsum eundem fore semper atque immutabilem testans. Sicuti autem non est credendum, ullam esse tam necessariam rem, quae Verbi naturam in id convertere, quod reapse non est, queat; ita nulla vicissim creatura ad deitatis naturam migrare poterit; ne multa deinceps ei contingerent inconvenientia, quae saue inveniabilis blasphemia foret. Certe si aliqua creatura ad deitatis statum naturaliter transiret, nemo iam a recta deviare sententia videretur, si forte diceret eam ex nihilo esse factam, sed ideo materiae particulam sibi sumpsisse, ut existeret: tum corpus aliquando extiturum in substantia non corporali: remque visibilem ac tactui subiectam, fieri postea invisibilem et nullo tactu sentiendam: denique corpus illud vitam vi propriae naturae habere, uti Verbum vitam a patre accepit. Aiunt insuper, ipsum in ea mutatione consubstantialitatem cum natura nostra fuisse adeptum, ne quis forte diserte diceret, vitam ei non inesse: neque esse inconfusum, quicquid corrumpi potest. Tum opinionibus suis dispensationis carnem oppugnant. Iam ego quid dicam? Dominus Deus nobis apparuit, ut corruptionem adversus nos rebellantem destrueret, non vero ut ostenderet naturam suam factam esse participem corruptionis: sed suam factam esse demonstravit carnem illam, quae morti erat mancipata. Sed num iuste aliquando contendet aliquis, Deum Verbum in naturam corpoream esse mutatum? aut versa vice carnem ad Dei naturam migrasse, ut ipsi fieret consubstantialis? Num nos ea credere oportet, quae omnino credenda non sunt?

III. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Verbum de caelo lapsum, et cuius propria caro facta est, revera de caelo advenisse dicitur, vitamque mundo contulisse. Divina caro est itaque, ut iam dixi: nemo tamen recta ratione intellectuque praedi-

tus, idcirco Verbum in carnem mutatum esse sibi persuadebit. Necesse est enim ut sublimissima omnium natura purum statum retineat, id est simplicem sine alterius commixtione, ne forte videatur composita, aut incremento indigens, aut cuiusquam rei particeps quae naturam suam minime deceat, dum in naturae unitatem, sive consubstantialitatem concurrit (1). Nunc acuti intellectus oculo opinionem Confusaneorum scrutemur, dicentium carnem ineffabili ratione sic esse mutatam, ut Deo Verbo consubstantialis evaserit. Cur id, inquam, aut quamobrem? Certe caro ad id sponte sua non fertur, neque id more suo adpetit naturalibus motibus incitata. Ergo falso diceretur caro ad eum finem iussu Dei Verbi pervenisse. An vero dispensationis rationem abominabilem excogitavit, ut carnem ad dignitatem evexisse ipso Verbo maiorem demonstraret, atque ut ea pompatica videretur? Atque audiendus psalmista est *: « sacrificia et oblatio- * Ps. XXXIX. 7.
» nes non expetivisti, holocausta pro pec-
» cato noluisti; corpus mihi parasti: ideo
» dixi, ecce venio: initio libri scriptum
» est de me ut faciam voluntatem tuam,
» Deus. » Ergo mosaicae legis sacrificia, patris voluntate non exiguntur, magis vero incarnatio Verbi requiritur, nempe eius humanatio, ut eos qui sub caelo sunt perficiat in gratia per fidem: quam rem misericordiae pacisque causa fecit, prout Deo dignum est. Quonam pacto dicere quis ausit factam ab ipso abominabilem dispensationem illam, quae adeo est venerabilis ac salubris? id quod reapse accidisset, si mutata divinitatis natura in carneam transisset. Paulus quidem sapientissimus scribit *: « sanctum eius corpus, in quo pas- * Hebr. II. 18.
» sus est, cum in tentationem incidit, ut
» eis qui tentandi forent opem ferret. » Si verba illa « in quo passus est » delemus, summa rei deletur, itemque suppeditati nobis auxilii scopus. Quod si, ut volunt qui ea verba supprimunt, caro in deitatis substantiam transisse dicitur, ut id quod non erat fieret, iam ipsa caro haud ulterius menti nostrae occurrit: secus enim quae mutationis ratio fuisset, si quod erat, in statu suo permansisset? Quae nostro corpori utilitas accederet a mystico sanctoque sacrificio, cuius suscepti factum est particeps? Quinam eius rei fructus alius fuisset, nisi quod Verbum naturam suam mutare voluisset? Cur nobis ipse dixisset *: * Ioh. VI. 51. etc.
« ego sum vitae panis qui de caelo descen-
» dit, mundoque vitam aeternam dat. Et
» panis, quem ego tribuo, mea caro est,
» ob mundi vitam. Qui manducat meam
» carnem et bibit meum sanguinem, in me
» manet, et ego in eo. » Ergo si caro in id quod non erat mutata est, atque ad sublimiorem naturâ propriâ gradum transiit, id est si eam Verbi voluntas excelsiorem fecit, nobis quoque vim huius mysterii, resque ad id pertinentes ratione alia licebit peragere.

## IV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ergo incarnationis dogma perspicua veraque fide creditur. Quod si, ut adversarii dicunt, abiecta est caro, et in naturam Verbi mutata, quod ei se copulavit, vana quoque evaderet una cum carnis mutatione salutaris fidei nostrae confessio: immo

(1) Extat graece hic locus apud Anastasium presbyterum a nobis editum Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. cum vix aliquot varietatibus sic.

*Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ συνουσιαστῶν λόγου.*

*Καὶ μὴν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι λέγεται, καὶ ζωὴν διδόναι τῷ κόσμῳ, διὰ τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα λόγον, οὗ καὶ ἰδία γέγονεν ἡ σάρξ· οὐκοῦν θεία μία, ὡς ἔφην, ἐστίν· οὐ μὴν ὅτι καὶ εἰς φύσιν θεότητος μεταβαλεῖν ὑποπτεύσοι τίς ἄν, εἴ γε νοῦν ἔχει τὰ εὖ βεβηκότα καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας ἐπιστήμονα· δεῖ* (sic corr. etiam tom. cit. p. 10.) *γὰρ τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει, σώζεσθαι καθαρῶς τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσυμμιγὲς ἑτέρῳ, καὶ τὸ μὴ συντεθεῖσθαι δοκεῖν, ἐν γε τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἤγουν προσθήκης δεδεῆσθαί τινος καὶ ἀσυμφυοῦς αὐτῆς πράγματος εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν τὴν ἐν ταυτότητι φύσεως ἤγουν ὁμοουσιότητι.*

res tota pessum daretur, cum indidem manante iustificatione; consequenterque nos adhuc in peccatis nostris manemus, neque veterum culparum nostrarum sordes discussae sunt.

V. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro Verbi a nostrae carnis conditione recessisset, superior nobis effecta, quia in deitatem conversa, salutis nostrae basis corrueret, nosque adeo sub mortis peccatique saevitiam recideremus. Sicut domus murive subrutis infimis fundamentis, universum aedificium dilaberetur, et quicquid illis fulcris superstructum fuerat; ita si Unigeniti cum carne dispensatio vera non esset, res nostrae simul atque in perpetuum everterentur et infirmae fierent. Sic aio pariter, quod si Verbi caro in deitatis naturam mutata fuisset, necessario atque in aeternum a filii hominis appellatione excideret. Cur ergo sapientissimus Paulus dixisset *: « unus est Deus, et unus mediator » inter Deum et homines, homo Christus » Iesus, qui dedit se ipsum redemptionem » pro nobis? » Est ipse mediator ut Deus; idemque homo simul, Deum patrem nobis placans: ipse unus est in unica adunatione, in qua sane grandi cum differentia distinguuntur naturae(1): eaedem tamen concurrunt simul in Christum, et in inconfusam adunationem atque insolubilem: similis patri est deitate, similis nobis humanitate: atque ita cognoscitur homo Christus Iesus mediator noster. Quod si abominabilis in eo, ut isti volunt, caro esset, rei summa de medio tolleretur, nec iam ipse inter nos patremque suum mediator esset. Tunc autem quomodo ad illum accederemus? aut certe quis nos illi admoveret? quis demum superesset mediator? Divus Paulus dixit, hominem esse mediatorem. Tum ipse Christus inquit *: « nemo venit ad patrem, nisi » per me. » Portentosum est ergo et insania plenum commentum illorum qui naturas confundunt.

* I. Tim. II. 5.

* Ioh. XIV. 6.

VI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum filius hominis venerit, num in terra fidem inveniet *? Nunc quaerimus ab adversariis, quamnam volet hominis filius fidem invenire, cum de caelo descendet, apud eos qui in terra versantur? Vel quidnam de eo opinari possumus? Num forte abiecturus est filii hominis conditionem, an potius in similitudine nostra mansurus, ut homo esse credatur? Quod si longe abesset, ut ipsum aeque ac nos hominem reputare possemus; consequenterne dicere liceret venturum fortasse ceu hominem ut fidem in terra inveniat, et non potius venturum ceu Deum Verbum simplex et absque carne, ut hanc fidem apud terrestres inveniat? Sed quia ipsemet manifeste se filium hominis vocitavit tempore etiam quo de caelo rediturus est *; hinc constat, carnem ab eo in aliud quodvis non fuisse mutatam, sed gloriosam apud eum manere, incorruptibilem, sine macula, atque illa luce fulgentem ad quam nemo potest accedere. Porro haud cum illo tenui, ut primitus, splendore descendet.

* Luc. XVIII. 8.

* Matth. XXVI. 64.

VII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro eius ad naturam deitatis ipsius transisset, iam filius hominis esse desineret; palamque omnibus fieret, gloriam adoptionis amitti a nobis, tamquam si primogenitum inter multos fratres diutius non haberemus.

VIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Non apparet Verbum carnem mutasse, quae inconvertibiliter, et absque confusione illi coniuncta est in deitatis natura. Illud potius observamus, merito illam gloria sua magnificasse, honoribusque Deo debitis cumulasse: atque ita tempore suo carnis quo-

(1) Vides heic etiam quantopere Cyrillus abhorreat a Severi monophysitae sententia, qui tamen illius falso auctoritatem sibi praetendebat.

que dispensatoria substantia [de caelo descendet:] quam videntes admiratione perculsi sunt. Hanc reapse oculus vidit, uti
* Act. I. 11. scriptum est *. Sanctorum enim angelorum unus mirantibus ait: « viri galilaei, quid » caelum suspicitis? Hic Iesus qui assum- » ptus est a vobis, sic veniet quemadmo- » dum vidistis eum euntem in caelos. » Num dicturi estis, visum esse ab iis salientem ad patrem absque carne? id est forma nostra indignanter abiecta, iam non fuisse in corpore visibili, ideoque se commutasse in invisibilem incorruptibilemque naturam? Quis, inquam, haec dicere ausit? Sin contra ita venturus est, uti ascendit; quid ni vere dicetur, cum eodem corpore Verbum, non autem in natura simplici et absque carne, esse venturum?

### IX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

De Christo scripsit sapientissimus quo-
* Philip. III. 21. que Paulus *: « qui immutabit corpus hu- » militatis nostrae, ut sit simile corpori » gloriae. » Quid ad haec dicent illi, qui carnem mutatam aiunt in Verbi naturam? Num sanctorum corpora ideo mutantur in deitatis naturam, quia ipsa quoque conformia fiunt corpori gloriae eius? Nonne merae gerrae sunt haec eorum verba, quae inscitia scatent? Si caro ad deitatis naturam, ut aiunt, transiit, quonam demum in corpore Deus Verbum versatur? Est enim deitas incorporea, verissimeque dicimus
* I. Ioh. IV. 12. nemini Deum esse conspicuum *.

### X. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse dicent, carnem haud omnino substantiam suam amisisse; sed cum Deo Verbo semet conmiscuisse naturali quadam adunatione. Ego vero quomodo his occurram? praesertim quia humanum ratiocinium in his torpet, neque propria ut ita dicam in provincia versatur. Nam vel caro inmutabilis est, ideoque in Verbi naturam non mutatur . . . vel in id semper mutatur quod antea ipsa non erat; quam mutationem dum patitur, ab ea stabilitate discedit quae Deum decet, atque ab illa qua naturaliter fruebatur securitate. Tunc autem quonam iure homo posset appellari? Interim sapienter recteque existimandum credo, nullam rem creatam, ad deitatis posse naturam umquam assurgere: id, inquam, inter impossibilia numerandum est. Quod si hi forte idonea argumenta repererint ad persuadendum, fore ut in permixtione naturarum atque insertione, proprietates unius ita conserventur, ut non communicentur alteri, maneatque perfecta singularum definitio, his sane argumentis utantur: tunc enim nos concedemus, permixtione huiusmodi, haud omnem veritatis vim perimi. « (1) Verumtamen si forte » dicant, carnem et Verbum eo modo in- » ter se mixta quo liquidi humores solent, » quomodo ignorant, liquida quae invicem » temperantur, vinum puta ac mel, iam » non pura manere ut erant, sed alienae » substantiae adsumptione, in aliud quid- » dam transmutari? Si ergo aiunt concre- » tam fuisse cum Verbo carnem, necessa- » rio prorsus dicendum est utramque di- » ctarum rerum a suo priore statu discessis- » se, mediumque aliquid ex utraque confe- » ctum, diversa prorsus natura praeditum, » quam antea res utraque partiatim erat. »

(1) Sequentem Cyrilli partem, quam uncis includimus, mire conservavit graece Iustinianus imperator in dogmatica ad monachos monophysitas epistola, quam nos primi edidimus Script. vet. T. VII. Ibi ergo p. 295. ita legitur.

Ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος κατὰ τῶν συνουσιαστῶν λέγει τάδε.

Εἰ δὲ ὡς ἐν τάξει ὑγρῶν ἀναμεμίχθαι φασὶν ἀλλήλοις σάρκα τε καὶ λόγον, πῶς ἠγνόησαν ὅτι τὰ ἀλλήλοις ἀνακιρνάμενα τῶν ὑγρῶν, οἶνος φέρε εἰπεῖν καὶ μέλι, ὃ μὲν ἦσαν, εἰσὶ καθαρῶς οὐκέτι, προσλήψει δὲ μᾶλλον τῆς ἑτεροειδοῦς ποιότητος, εἰς ἕτερόν τι μεθίσταται; οὐκοῦν εἰ συγκεκρᾶσθαι φασὶ τῷ λόγῳ τὴν σάρκα, πᾶσα πως ἀνάγκη λέγειν ἑκάτερον τῶν ὠνομασμένων ἀποστῆναι μὲν τοῦ εἶναι ὃ ἦν, ἓν δέ τι τὸ ἀμφοῖν ἀποτελέσαι μέσον, ἑτεροφυές που πάντως, ἢ ὅπερ ἦν ἑκάτερον ἀνὰ μέρος.

Nunc ego adversarios sciscitari vellem, quem ad statum transisse putent Verbi naturam dum carni mixta est? quandoquidem in priore certe statu non mansisset: anne commixtio Verbum a propria conditione depulerit, ac sua virtute minuerit ad inferiora detractum? Sin alterutrum aiunt perfectius apparuisse, hanc quidem perfectionem carni potius attribuendam censerent; constaret enim ipsam ad sublimiorem statum evectam. Sin vero secus est, Verbumque potius ad rem minorem semet inclinavit, num caro Verbo nocuit, sicuti nosmet gravat nostra natura? Nos interim recte dicimus, Verbum semet ad exinanitionem demisisse, nostramque formam assumpsisse, haud sane ut quicquam in sua se passum natura demunstraret, sed ut nos de carne crigeret, qui carne et sanguine compacti sumus, atque ab humana conditione clevatos, Dei filios efficeret. Sin contra, ut isti veteratores aiunt, commiscuit se carni Verbum, atque id quod non fuerat effectum est, quomodo ipsum sua dignitate minutum iure negarent, non intelligo. An vero dum Dei affectat similitudinem, formam suam personamque amisit, nec priorem cum illo aequalitatem retinuit, sed humiliore loco depressum, naturae gloriaeque suae deminutionem passum est?

XI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Molestissimum est tolerare aliquid e multis quae isti dicunt pessimis: quamobrem videtur mihi ab his absurdis opinionibus recedendum. Ergone commixtionem fugimus? Utique damnum pariter ab ea scatens vitamus. Aliud quoque argumentum proferent, divum scilicet Paulum ita
* II. Cor. V. 16. scribentem *: « etsi Christum in carne novimus, nunc non item. » Si ergo dicimus Christum in carne iam non agnosci, necessario carnem in Verbi naturam mutatam adfirmamus, ut tamquam Dei caro agnoscatur. Atqui aliquis forsan ad haec ilico responderet: num Paulus cum de nobis aiebat *: « qui in carne sunt, placere * Rom. VIII. 8.
» Deo nequeunt; vos tamen haud in carne » versamini sed in spiritu » an, inquam, carne nos et sanguine carere cognoverat? Ergo hoc de incorporeis spiritibus dixit. Porro quid ni stolidum detestandumque sit, si quis carnem id est carnis passiones Domino attribuat? Servator enim omnium Christus immaculatus est, atque omni peccandi facultate carens. Cum autem is dicitur in carne non cognosci, intelligendum est, eum in infirmitatibus carnis iam non cognosci.

XII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ieiunavit igitur, esuriit, longo itinere lassatus est, itemque cruci fixus obiit: atque haec omnia perpessus est, haud tamen in deitatis natura (neque enim imaginari licet passibilem esse divinam naturam) sed in carne sua potius. Iam quum ipse vita sit mortemque calcaverit, humanam nobis naturam ad incorruptibilitatem vitamque renovavit. Ipse vero nunc omni humana infirmitate carere conspicitur, sicuti recte dictum fuit; nempe in carne non cognoscitur, id est in carnis infirmitate, ut ait mysteriorum eius minister.

XIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum autem mortem, nostri causa, in carne gustasset, pariter cum corpore ascendit. Quumque Iudaeorum turbae praedixisset *: destruite templum hoc, et tribus * Id. 2. 19.
diebus rursus erigam; revera restauratum est, quod fuerat destructum. Destructam vero carnem dicimus, non Verbi naturam, quod fieri nequit.

XIV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Iam quum apostolis ipse noster salvator Christus persuaserit, se de morte suscitatum, carnem pedes manusque habentem, seque non esse spiritum manifeste demonstraverit; cur iam quisquam suspicetur carnem esse mutatam in deitatis naturam, neque aliquid passam, neque destructam mor-

tem, cum in vitam post tertium diem rediit, suisque discipulis conspicuum se fecit?

XV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quis sanctorum patrum haec tam dura praedixit, et impossibilia, nec hilum veritatis habentia? Quis apostolorum aut evangelistarum verba huiusmodi protulit? Profecto nemo. Confundantur itaque qui ex corde suo, non ex Domini ore loquuntur, uti scriptum est *. Nos autem orthodoxiae legibus subiecti, quae tam diligenter stabilita fuit, sectandae sanctorum patrum rectae doctrinae operam demus; neque vanis vociferantium nonnullorum, qui nihil intelligunt, dictis auscultemus, ita ut quae minime decent opinemur: sed ubique veritati adhaereutes, mentemque sacrarum scripturarum oraculis intendentes, dicamus Domini carnem intelligente anima esse informatam, eamque divinam credamus, immaculatam, gloriosam, ideoque et alios vivificantem ac sanctificantem, utpote quae Verbi propria fuit, a Deo patre et non aliunde geniti; eamque numquam carnem in naturam deitatis mutatam adfirmemus.

* Hier. XXXIII. 16.

XVI. *Sanctus Cyrillus in libro adversus Diodorum Tarsi episcopum* (1), *qui incipit: ante omnia veritas, quam nihil coarguit, nosque ipsi recte de illa loqui novimus.*

Quid ni oportebat ab eo potius demonstrari, quid inter carnis et deitatis attributa intersit? Aio igitur, in singulis nuper nominatis rebus, sive corporeis sive secus, carnem esse quae de humana forma sumpta fuit; Verbum autem quod e patris substantia prodiit. Haud idcirco tamen dividendus in duos est unicus ille noster dominus Iesus Christus.

XVII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

* Dicimus Domini carnem anima intelligente esse animatam. Saepe nos hoc diximus, et nunc quoque rem ita se habere denuo adfirmamus.

XVIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed Diodorum quoque audiamus. Sin vero tu id dicis de Nazareno, nempe si hominem appellas hunc, qui adsumptus fuit, ostende nobis, nihil dissimulans, externam personam; tuamque diserte sententiam expone, neque carnem inanimem dicas. — Atqui audientes tu fallere putas, quia constanter nos adfirmavimus, carnem pro sua ratione ac natura differre a Verbo, quod de Deo patre natum est. Haec tamen propria eius caro fuit propter inseparabilem coniunctionem.

XIX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Immo potius unus idemque filius est, ut perspicue cognoscitur, de substantia Dei patris secundum divinitatem, et ex nobis

(1) Liberatus diaconus in breviario cap. X. sic: *Cyrillus tres scripsit libros adversus Diodorum et Theodorum, quasi nestoriani dogmatis auctores.* Alia veterum de hac re testimonia collegit Fabricius in B. gr. ed. nov. T. IX. p. 495, quae cumulare opus non est, praesertim quia non pauca illorum librorum fragmenta in quinta generali synodo collat. V. recitantur; quibus alia nova nunc a nobis accedunt ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus eruta. Quare frustra est Facundus hermianensis lib. VIII. 6. et alibi, dum de Cyrilli libris contra Theodorum dubitare vult, quia nempe parum ei placet, talem tantumque virum adversatum fuisse Theodoro, cui ipse toto suo opere patrocinatur. Facundi falsam opinionem alios quosdam participasse, ex eodem Liberato cap. cit. cognoscimus. Denique adnoto, fragmentum item cyrilliani operis a Facundo lib. III. 6. recitatum, a nostris his differre. Contra Diodori Theodorique infames sententias gravissime invehitur Cyrillus epist. ad Iohannem antioch. Opp. T. V. part. 2. p. 195. D. Quo loco etiam poenitet eum quod illos olim imprudens laudasset, cuius rei testis est Leontius de sectis act. IV. 3, ubi tamen adnotatur Chrysostomum quoque et Basilium iisdem hominibus laudem attribuisse, propterea quod arianos Macedonium et Apollinarem refutavissent. In collectione canonica Ebediesu nestoriani (p. 130.) a nobis edita Script. vet. T. X. Diodorus, Theodorus, atque Nestorius dicuntur sectae splendida et sanctissima luminaria. Fuit igitur congruum ut Cyrillus Nestorii strenuissimus adversarius, contra Diodorum quoque atque Theodorum arma expediret. Confer etiam Photium apud nos Spicil. rom. T. X. p. 456.

secundum humanitatem. Nempe etiam propheta, uti Moyses, appellatus fuit, itemque de stirpe Davidis. Neque eius agnomen removeamus; nam dispensationis eius virtutem rationemque satis novimus. Neque proprie templum fuit, quod adtinet ad eius naturam; etenim Deum esse apparet. Quod si animae a corpore suo separationem permisit, separata nihilominus ad eum pertinebat, haud secus quam singulis nobis proprium corpus.

XX. *Idem Cyrillus in eodem libro. (Extat hic locus etiam apud Severum antiochenum in opere inedito, quod inscribitur Philalethes.)*

Proprium est itaque divinae naturae, ut ante omnia saecula sit. Peculiare pariter Verbi eiusdem fuit, ut postremis temporibus carne praeditum nasceretur. Porro nativitas eius de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed eius in carne manifestationis. Profecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte confligens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortique superius demonstraret, etiamsi id natura sua in mortis mancipio erat. Debilitata est autem mors ex quo cum vitae corpore proelium conseruit.

XXI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Nunc breviter, si placet, transgredientes ad considerandam servatoris nostri Christi personam, diversam esse comperimus naturam, cui imposita est. Interim ipse persona hypostatica est atque absoluta, humanitas et divinitas; diciturque summus pontifex, factor et factus.

XXII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse tu dicis: ergo non habitavit in illo plenitudo universa divinitatis corporea ratione. Verum hoc, inquam, est; nemoque sacrae scripturae contradicit. Nos tamen dicimus, filii divinitatem haud alieno in corpore, sed in suo potius templo habitasse, velut in homine anima, quae licet a carne differens, attamen una cum carne naturam hominis perficit, ut sit Petrus vel Paulus. Hoc immo evidentius in Christo est. Neque tamen idcirco dicimus, Dei Verbum animae officio in corpore functum, quae pessima nonnullorum opinio est, sed sanctum eius corpus intelligente anima dicimus esse animatum.

XXIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Dei Verbum vere in omnibus perfectum est, neque incremento indiget. Natum autem perfectum de patre est, sapientia de sapientia, potentia de potentia. Et quia naturâ inmutabile est, nihil ei templum in quo stetit nocuit, sed perfectam retinuit sapientiam, potentiam, et reliqua omnia. Caro utique crescebat viribus paulatim aucta, prout humanae naturae iura ferunt. Verbum autem carni unitum paulatim sapientiam suam manifestabat, quae corporis incrementum comitabatur, et corporis se staturae adamussim accommodabat.

XXIV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ergo ad similitudinem nostram particeps fuit carnis et sanguinis. Cumque mortem carni suae applicuisset, ipsamque mortem destruxisset, corpora mortalia nostra ad incorruptibilitatem direxit, ut carneorum membrorum rebellem legem ab ea tyrannide qua nos premebat deiiceret. Secus enim vita morti non esset dominata, nisi Verbum mortalis corporis fuisset particeps: neque item cupiditatum naturalium stimulus retusus fuisset, nisi Verbi corpus ex humana nostra natura sumptum fuisset.

XXV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Inanimem haud dicimus carnem illam Verbo unitam, quae de semine Davidis est.

Nemini item opinari licet, Verbum templo suo sancto instar animae intellectusque fuisse. Neque postremo illum, qui de semine est, per se solum appellare filium solemus.

XXVI. *Sanctus Cyrillus in secundo libro adversus Theodorum, qui incipit: ii qui sacrum puro intellectus oculo librum scrutati sunt* (1).

* Matth. XXIII. 10.

Discipulis aiebat *: « neminem in terra » magistrum appelletis; unus est enim do- » ctor vester Christus. » Dum ita apostolos hortabatur, haud certe deitatem a visibili corpore separabat; neque ipse Christus semet ab anima et carne divisum reputabat. Sic ergo quum Deus esset et homo, nempe visibili forma servus, intellectuali notitia dominus, deitatis excelsitatem sub humili humanitatis sensu celabat: vicissimque visibilis corporis humilitatem, divinitatis efficacia extollebat.

*Iohannis caesariensis adnotatio.*

Locus suprascriptus a Cyrillo contra Theodori doctrinam productus, auctorem habet Theophilum alexandrinum episcopum.

Cyrillus in alia sententia eiusdem libri contra Theodori doctrinam; quae particula extat in prima ad Cledonium epistola Gregorii nazianzeni ad Cledonium. *Incipit fragmentum:* ne homines isti alios decipiant. *Desinit:* totus homo in peccatum lapsus refingatur.

XXVII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum unigenitus se incarnaverit, qui vita suapte natura est, regressa est ad vitam natura hominis. Ipse vero caput omnium est, ideoque vivificans illud patris Verbum carnem sibi propriam adscivit quae in mortis mancipio erat, ut dum eam morti corruptelaeque superiorem efficeret, idem nobis donum impertiretur. Atque ut in mortis potestatem Adami causa incidimus, ita per Christum a mortis saevitia liberati, denuo tendimus ad immortalitatem.

XXVIII. *Idem Cyrillus in tertio contra Theodorum Mopsuestiae episcopum libro, qui incipit: nostra forsitan verba dura sunt.*

Audi nos itaque atque intellige, o homo, mysterii profunditatem, quod cum sacrorum librorum orthodoxia scopoque consentit. Deitas a carne, id est humana natura, differt secundum utriusque propriam rationem. Secus quomodo nobis similis evasisset, quandoquidem Dei Verbum in suo prorsus statu permansit? Verum si carni eius inseparabilem adunationem adtribuas, neque eam sua veste spolies, unicum tunc filium adorabis patri consubstantialem divinitate, nobis item consubstantialem humanitate. Porro qui ita opinari decernunt, eis Christus lumen suppeditat ad suimet mysterium cognoscendum.

XXIX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Hominis quae in Christo est natura, honoratur sane ac sanctificatur; verumtamen quatenus Deus est, baptismo non indigebat, neque Spiritus sancti dono, quandoquidem ipsum Spiritum idem donat.

Ex inedito Philalethe Severi antiocheni in codice syriaco vaticano.

XXX. *Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister (ita scripsit.)*

Quum adhuc Mariae esset caro illa, necdum adsumpta, terrena erat, neque ullatenus a ceteris carnibus differebat: sed in nativitate demum honore aucta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc adtineret, honore filii carebat. Quum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est, ex quo illi gloria accessit (2).

(1) Ergo ex tribus illis libris, quos veteres dicunt a Cyrillo scriptos contra Diodorum ac Theodorum, primus reapse contra Diodorum erat, duo reliqui contra Theodorum, ut ex ipsorum initiis constat.

(2) Vides putam haeresim nestorianam, quam in sequente fragmento retundit Cyrillus.

XXXI. *Idem Cyrillus contra Diodori scriptum.*

Praeclarissime! Aio, verba quae nemo docuit sed a te publice pronunciantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quae Mariae fuit, iam inde a primo conceptûs momento, sive in utero existentiae, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis ceterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

Ex Severi antiocheni apologia pro opere suo quod inscribitur Philalethes, in codice vat. syr.

XXXII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sicuti etiam idem Verbum, de patris substantia genitum, Abrahami semen in carne adprehendit: idque per dispensationis mysterium, sine propriae substantiae detrimento. Etenim quum esset natura Deus, verus quoque hominis filius factus est: et qui filius patri Deo est, non est illi extraneus, neque falsum filii nomen gerit: etenim reapse ex illo natus est ineffabili arcanoque modo, quamquam nonnisi in carne post adunationem cognoscatur. Tu ergo dum eius tantummodo transmutationem admittis in carnem inanimem intellectuque carentem, unicum illum in duos dividis filios, veritatem hanc quod unus sit filius impie respuens.

Ex eadem Severi antiocheni apologia in eodem codice.

XXXIII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Saepe iam diximus, quo tempore capitulorum omnium apologiam quodammodo fecimus (1), non propterea quod naturae ad adunationem accesserunt, idcirco dualitatem (in Christo) esse admittendam. Etenim sicut homo quamvis ex anima rationali et corpore compositus, unus est neque in duo dividitur, idque totum dicitur animal rationale ac mortale, quamquam reapse una in parte mortale, in alia rationale; sic etiam Emmanuel, quum sit unus, divinitate et humanitate constans, quarum per se utraque perfecta est, idem Deus est et homo, mortalis et immortalis, temporalis et prior omnibus saeculis, palpabilis et impalpabilis, visibilis et invisibilis. Nam si ille naturâ suâ immortalis, nihil sumpsisset a mortali natura, id est Abrahami semine, haud nos equidem renovati essemus atque ad immortalitatem erecti; vanaque nostra fides foret, et in peccatis nostris adhuc iaceremus.

Ex quaestionibus Severi antiocheni cum haereticis, in alio cod. syr. vat.

XXXIV. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei servatorisque nostri: et quod quidem ad culpam adtinet, iam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei ulla nobiscum communio vel similitudo: etenim alia quavis re nobis est similis praeter quam culpa. Ceteroqui eandem carnem eundemque sanguinem uti nos participavit, ut ait apostolus. O mi reverende qui stulta ac turpissima verba effutis; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen iam inde ab eius concretionis initio, et in utero subsistentiae, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nullumque temporis intervallum fuit, quo il-

(1) Intellige apologiam contra orientales episcopos. Sed tamen de capitulis quoque Theodori ac Diodori a se refutatis loquitur Cyrillus in epistola ad Acacium melitenensem episcopum Opp. T. V. part. 2. p. 198. *Inspectis Theodori ac Diodori libris, quos scripserunt non de incarnatione Unigeniti, sed magis contra incarnationem, posui aliqua ex capitulis, et quo potui modo contradixi eis, declarans abominatione prorsus plenam esse sententiam ipsorum.*

lud non possederit. Porro simplex, ut ais, est, ceteris carnibus comparatum.

XXXV. Idem Cyrillus apud Severi apologeticum contra Iulianum halicarnassensem, in codice syr. vat.

Participavit igitur aeque ac nos carnem et sanguinem, ut in carne sua daemonium oppugnaret, eoque profligato, mortalis nostra corpora ad immortalitatem transferret, iugoque legis subtraheret, quae adversus membra carnis praevaluerat. Haud aliter vitam mortemque inter se proelio committere poterat, nisi mortali corpore usus fuisset: neque cupiditatum nostrarum stimulum obtudisset, nisi de figmento nostro corpus sumpsisset.

Ex libris Severi adversus Iulianum halic. in codice syr. vat.

XXXVI. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Haec est, o noster sodalis, naturae humanae definitio, quae dicitur substantia animalis, rationalis, atque mortalis.

XXXVII. *Idem Cyrillus adversus Theodorum.*

Ille autem ore suo dilatato, et laxatis blasphemiae habenis, dixit Christi imperfectam sanctitatem fuisse, neque eius culmen attigisse ante quam Spiritus sanctus sub columbae specie in eum descendisset. Quid ni autem perfectus erat? Certe qui est imperfectus, peccato carere nequit: etenim qui una in parte sanctus creditur, in alia infirmus putatur. Alioqui quinam iste defectus erat, quem ei Spiritus sanctus supplevit, ut altera quoque pars perfecta evaderet, atque diaboli impetum frangeret, ut adversarius adserit? Porro non sanctus tantummodo, et quidem perfectissime erat, verum etiam plens potentia is praeditus erat, qui dolores atque omne genus infirmitatis sanabat. — Quum Deus suapte natura esset, verusque Dei patris filius, humanam formam sibi induit, suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit, quae profecto caro Dei est, et potestate divina pollens. Idcirco Christus vivificans quoque fuit, et infirmitatum sanator, mortisque destructor.

XXXVIII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Audes etiam herilibus formis illum induere, qui, ut ais, homo est de Maria, et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior, sed postea multo conamine filii nomen gloriamque divinam promeritus est, postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo, te censente, sunt filii; novusque Deus est Christus, qui a Deo supernaturali honore adfectus est, magis aliquanto quam reliquae creaturae; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis, nec nisi sub finem gloriam possedit, factusque est Trinitatis complementum, naturâ aequalis.

XXXIX. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Namque ut passus dolores in carne, nihilominus in suae deitatis natura impassibilis mansit; sic aio, et dum cresceret, perfectum omnino fuisse. Et cum sapientia augeri credebatur, tunc ipse redundans sapientiae fons erat, a quo ceteri omnes sapientiam hauriunt.

Ex iisdem Severi libris adversus Iulianum halicarnassensem.

XL. *Cyrillus in tractatibus quibus Matthaeum explanavit, de Petri socru eiusque sanatione loquens.*

Etenim sanitatem tribuit uti Deus, dum iacenti illi manus suae contractum largitus est. Cur id, inquam? Nempe ut demonstraret, corpus suum pari ac naturam divinam potestate praeditum esse infirmos sanandi. Quippe illud corpus haud hominis

Digitized by Google

erat, sed Verbi omnia pro sua voluntate administrantis.

XLI. *Idem Cyrillus libro IX. in evangelium Matthaei.*

Non quod humanam corporis formam amiserit, sed quia id circumdedit lucente gloria, et indecoram carnis conditionem honorabili specie vestivit, ceu optime Paulus dixit: « seminatur in ignominia, resur» git in gloria. » Quid autem corpus est? Scilicet nuda caro, quae naturali nulla circumdatur gloria, immo ignominia tantummodo et naturae infirmitate laborat. Verumtamen in resurrectione, digna Deo mutatio accidet, nempe in divinae lucentisque gloriae stolam. « Etenim iusti veluti sol » splendebunt in regno patris ipsorum » ut ipse ait Salvator noster, glorià videlicet divinae substantiae proprià.

XLII. *Idem Cyrillus in libro XIII.*

Etenim per resurrectionem a mortuis, iterum humana natura imputribilitatis capax est facta: quae res coepit in Christo, qui idcirco secundus Adam, primus dormientium, et primogenitus ex mortuis vocitatur.

XLIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Maestus fuit dolensque Servator noster, nostrasque passiones pertulit, etiamsi Deus esset dolore omni liber et excelsior, ut nos scilicet veram in ipso humanitatem agnoscamus. Etenim scriptum est, eum itinere fuisse lassatum, licet dominus virtutum sit rerumque omnium potestas. Similiter esuriisse dicitur, qui tamen est panis vivus de caelo descendens, vitamque orbi tribuens. Sic item tristitiam passus, qui alioqui totus in laetitia, suavitate, gaudioque versatur. Profecto nos dicimus Verbum Dei impassibile, inviolabile, manifesteque Deum, numquam esse in sua divina natura expertum passiones. Sed quia communia ei fuerunt quae sunt propria humanitatis, vicissim ea quae sunt Verbi Dei propria, eique tantummodo convenientia, communia carni evaserunt, propter ineffabilem inexplicabilemque unionem. Et cum caelo Verbum descendit, nequaquam carnem secum caelo descendisse ait: nemo enim ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis. Post haec, supplicio quoque se obtulit, ut nos poena peccatisque liberaret; etenim livore eius sanati sumus.

XLIV. *Idem Cyrillus homilia XXVIII. in Lucam.*

Etiamsi igitur suamet natura Deus est, nihilominus factus homo, dicitur nomen accepisse a Deo patre quod est super omne nomen, ut et Deus crederetur, et omnium rex simul cum carne cui se copulavit. Passus autem nostri causa crucis supplicium, et morte in suo corpore per resurrectionem destructa, ascendit ad patrem.

XLV. *Idem Cyrillus homilia XLV.*

Solius propria est excelsae naturae, suscitandi mortuos facultas: sola haec possidet immortalitatem: ab ipsa vero, quicumque ab inferis revocantur, motum vitamque mutuantur.

XLVI. *Idem Cyrillus in explanatione epistolae (I) ad Corinthios* (1).

Heic opus est ut de eo *(Christo)* dicatur, non solum omnino esse mortuum, verum etiam sindone involutum; quae res Emmanuelis obitum prorsus testatur. Insuper in sepulcro derelictus est, unde revixit, ut modo dixi. Ergo in corpore cum sit mortuus, prorsus nobis persuasit corpus habuisse. Tunc autem cum Dei Verbum mortem conculcavit, recte se Deum naturà demonstravit; quia sicut humanitus agens, mortem pertulit; ita divinitus operans, mortem devicit (2).

Hanc boni monumenti constructionem ego Cyrillus minimus urbis Alexandriae episcopus addidi monumento (historiae) a Danihele confecto. Scripsi nempe trium sanctorum et immaculatorum adolescentium concordem vitam, et pro Christo consummationem. Utinam vero contingat, Christi gratia et horum quos hactenus celebravimus triumphalium martyrum intercessione, ut Christi ecclesia floreat et amplietur, ac iustitiae fructu exuberet! Ut patribus matribusque parem ex se germinantibus sobolem cum castitate atque pietate, adolescentes ipsorum ac virgines, huiusmodi vitae genus sectentur, eademque virtute concrescant. Consummati vero fuerunt hi sancti pueri mensis decembris die XVII.

* Ita cod.

* cod. φυτεύματα.

(1) In Graecorum pariter menaeo die cit. de his sanctis pueris scribitur: τῆς τριάδος εἰκόνα προφητικῶς, ἐξ ἀΰλων χρωμάτων ἐν τῇ φλογὶ οἱ παῖδες διέγραψαν τῷ καλάμῳ τῆς πίστεως, καὶ τὴν τοῦ Λόγου ἄκραν εἰς γῆν συγκατάβασιν, μυστικῶς κατεῖδον, καὶ πᾶσιν ἐκήρυξαν.

(2) Titulus hic *minimus episcopus*, quem inferioris aevi episcopi modeste sibi tribuebant, auget opinionem de Cyrillo Iuniore huius sermonis verisimili auctore. Videsis huius generis titulos, εὐτελής, ταπεινός, νείατος, constanter in episcoporum subscriptionibus quas nos divulgavimus (partim etiam aere cudimus) synodorum byzantinarum sub Manuhele Comneno, Script. vet. T. IV, et Spicil. rom. T. X.

# DE EUSEBII ALEXANDRINI SERMONIBUS

## EDITORIS MONITUM.

Eusebii, qui passim in codicibus dicitur archiepiscopus alexandrinus, sexdecim ego ante hoc tempus sermones edidi; unum quidem in AA. class. T. X., alios autem quindecim in Spicilegio rom. T. IX., in cuius voluminis praefatione de his aliisque aliquot eiusdem Eusebii sermonibus, diligenter ut spero tractavi. Addidi etiam Iohannis notarii ineditos aeque de vita obituque Eusebii sermones seu libellos tres. Porro in sermonum Eusebii praefatione tom. cit. p. 10. dixi, duorum quidem de eleemosyna et de astronomis titulos scribi in codice vaticano, sed tamen ipsos sermones ob membranarum defectum deesse; me tamen scire, priorem in codice vindobonensi theol. 263. servari, alterum vero in parisiensi 1098. Nunc ecce illustrium mihique benivolorum hominum liberalitate ac manu descriptos (1) ambos impetravi; cuius beneficii ut fructus extet, commodum esse putavi, ut post Cyrilli alex. scripta, paralipomena haec Eusebii subtexerem, qui item, ut dixi, archiepiscopus dicitur alexandrinus; atque ita pii equidem et apprime orthodoxi, si minus elegantis, auctoris editionem absolverem. Quicquid enim alii iudicabunt, me certe ingenuitas huius hominis, christiana eius ac pastoralis simplicitas, nativumque dicendi genus valde delectant. Quamquam nec omnis ornatus abest, v. gr. ubi divitis epulonis apparatum describit. Ceteroquin Eusebii codices tam romani quam exteri, et praesertim vindabonensis, soloecismis scripturaeque mendis scatent, quae partim emaculanda fuerunt, partim retinenda, ne plus aequo textum subverteremus.

Sed enim quod adtinet ad Eusebii nostri aetatem atque episcopatus sedem, necesse est controversiam rursus adtingere; postquam scilicet ex Germania accepi Guilelmi Augusti perdocti viri nostrique contemporanei librum, qua tres Eusebii de rebus inferis, circa Christi domini obitum et descensum, sermones edidit, qui sunt item apud nos in Spicilegio. Porro quod hic amplissimus de elsemosyna sermo Eusebii, in vindabonensi codice incolumis conservatus, notitiam Augusti effugerit (dissert. eius p. 63), mirari nolo. Etenim saepe usuvenit (et mihi quoque interdum accidit) ut res nobis proximae, nulla nostra culpa sed casu nos lateant, dum remotas felicius indagamus. Primus ergo apud Augustum sermo p. 1-10, recurrit apud nos sub numero XIII. Est autem in hoc insignis editionum nostrarum varietas, quod germanica p. 9. habet, tamquam clausulam sermonis huius, tractum illum ὢ ποῖον κακὸν ἐστιν ἡ παρακοὴ etc. usque ad p. 10, quae reapse est clausula potius sermonis de incarnatione (p. 26-27.) a nobis editi tom. cit., neque ullo modo ad praedictum editionis germanicae locum pertinere potest, a quo omnino dissentit. Secundus in editione germanica sermo respondet nostro XIV, cum aliqua varietate. Tertius denique dictus in die parasceves in ed. germ. respondet nostro XV, cui titulus de diabolo et orco (ᾅδῃ); secundam dico sermonis germanicam editionem; nam prior (ut editor appellat, quod contra fortasse est) magis a nostra differt. Sed illud maioris momenti est, quod ei priori editioni loco clausulae attexitur pars alterius sermonis, dicti nempe postera die, seu sabbato, prout promissum fuerat in fine sermonis de parasceve, quem desinere in dictione ἐνταῦθα τὸν λόγον σφραγίσωμεν, nec cum sequentibus necti, exploratissimum est; id quod ne germani quidem editoris perspicaciam fugit p. 153. Bene igitur, evenit ut haec saltem pars sermonis de sabbato, qui sermo totus desideratur in codice vat., ex vindabonensi prodierit. His de utraque editione germanica et romana dictis, reliquum est ut de Eusebii persona et aetate disserendum breviter videatur.

Tribus a se editis auctoris huius sermonibus praeclaram vereque doctam subtexuit disputationem G. Augustus, cuius exquisitam eruditionem diligentiamque cum maxime probo, attamen de aetate Eusebii nostri et episcopatu emeseno, quominus ei adsentiar, rei contrariae ut puto evidentia prohibeor. Sermonum horum parentem dicit germanus editor indubitanter Eusebium illum, qui

(1) Vindobonensem habui ab excell. Comite Dietrichstein caesareo bibliothecario, exscribente erudito viro H. E. Pöschl. Parisiensem misit vir clar. eques P. A. Drach, longa mihi amicitia coniunctus.

Digitized by Google

*Emesae ecclesiam tenuit, multisque scriptis claruit, teste Hieronymo de vir. ill. cap.* 91, *sub Constantio imp. Constantini magni filio, et circa annum Christi* 360. *obiit. Atque ut titulum alexandrini episcopi cum emeseno conciliet, utitur laudatus editor egregia in speciem ratione, quod ille nempe Eusebius, teste Sozomeno hist. lib. III.* 6. *in synodo antiochena quae anno* 341. *celebrata fuit, ad capessendam alexandrinam sedem extimulatus fuerit, loco magni Athanasii depulsi: quam Eusebius dignitatem quum recusasset, ne Athanasio invitis Alexandrinis succederet, emesenam ecclesiam regendam suscepit. — Recte. Sed primum quaero, quoniam hic Eusebius reapse annis viginti, usque ad obitum, emesenus fuit non alexandrinus episcopus, cur in graecorum sermonum codicibus episcopus vel archiepiscopus alexandrinus passim, nunquam vero emesenus inscribitur? Sed ecce praeter hanc aliasque rationes, nunc demum ex vindobonensi sermone* de eleemosyna *circa finem, peremptorium contra emesenum Eusebium argumentum torquetur. Sermonis enim auctor Eusebius noster inter divites, quibus opes, nedum nocuerunt, verum etiam propter dandae eleemosynae copiam valde profuerunt, ponit matronam Melaniam, et quidem iis verbis quae iam mortuam esse innuant. Sed sive de mortua loquatur sive de superstite, prorsus auctor se non esse Emesenum illum demonstrat. Namque Emesenus, ut vidimus, factus fuit episcopus anno* 341; *Hieronymus autem op. cit. cap.* 91. *hunc Emesenum sub Constantio mortuum diserte adfirmat, hoc est ante annum certe* 361, *quo ipse Constantius obiit.*

*Iam ut ad Melaniam veniamus, duae fuerunt hoc nomine, senior nempe ac iunior senioris neptis. De utraque agit Palladius in hist. lausiaca, opp. Meursii T. VIII. p.* 117. *et* 120. *Ambae divites fuerunt, et eleemosynarum largitionibus celebres. Senior dicitur a Palladio coepisse vitam asceticam sub Valente imp., et annis adhuc* 37. *superfuisse. Iunior coaeva fuit ss. Hieronymo et Augustino. Quia ergo noster Eusebius meminit Melaniae (etiamsi forte senioris), fieri nequit ut sit ipse emesenus Eusebius, qui plus quadraginta annis ante ipsius Melaniae mortem e vivis excesserat, siquidem haec nonnisi initio quinti saeculi mortem cum vita commutavit, ut ex ante dictis colligitur. Immo Melania ne eleemosynis quidem clarescere coepit, nisi Eusebio emeseno iam mortuo, ut item ex dictis patet. Alia quoque accedunt, quamquam minime necessaria, argumenta. Nam de illo Emeseno Hieronymus in chronico ad Christi annum* 351. *scribit:* Eusebius episcopus emesenus arianae signifer factionis multa et varia conscribit. *Item apud alios veteres, Socratem, Sozomenum, et Photium cod.* 242., *accusatur Emesenus de sabellianismo, et de impiae astrologiae superstitione. Atqui noster graecorum auctor sermonum Eusebius, quos duodeviginti iam impressimus, ubique orthodoxus opprime est, et omni haeresi, nedum illis teterrimis, prorsus alienus. Ab astrologiae autem crimine tantum abest Eusebius, ut nunc eius sermonem nos divulgemus contra illam vanitatem ab eo scriptum,* κατὰ ἀστρονόμων: *praeter quam quod sermone etiam ·VII· a nobis item edito varia superstitionum genera magnopere insectatur. Denique Emeseni vitam a Georgio laodicensi scriptam fuisse testantur Socrates et Sozomenus; at alexandrini nostri vitam, auctore Iohanne notario, nos ipsi extulimus ex codice vaticano. Sed iam plura dicere nihil interest: quippe graecorum horum parens sermonum, non est Eusebius emesenae urbis episcopus; obstat enim, ut dixi, temporum ratio: quamquam nostrum et quinti saeculi hominem, et utrique fere Melaniae interiectum iudicamus, quoniam non duas sed unam nominat, id est ut reor seniorem. Cur vero tam constanter in codicibus dicatur archiepiscopus alexandrinus, etsi in catalogis illius sedis non extet, diu nos satisque in praedicto Spicilegii volumine disputavimus. Hoc unum tamen non incommode addemus, Hieronymum scilicet in chronico ad Ch. an.* 331. *ponere Eusebium Phamphili inter eos qui aliquamdiu antiochenam ecclesiam occupaverunt. Cur id, inquam? Nullam certe aliam ob causam quam quia ad eam sedem votis Antiochenorum fuit electus, seu expetitus, ut evidenter constat ex ipso Eusebio vit. Const. lib. III.* 60-62, *et ex Socrate lib. I.* 24. *Et quidem de hac re copiose P. Boschius in patriarcharum antioch. catalogo p.* 42. *sq. Recusavit tamen eam dignitatem Eusebius Pamphili, ut alexandrinam Emesenus. Ergone pari iure dicetur uterque, ille antiochenus, hic alexandrinus episcopus? Utinam hoc argumentum satis valeret, quo fieret ut Eusebii mei antiquitas augeretur! Quominus tamen in hanc sententiam pedibus eam, uncis me quodammodo Melania tenet, cum ceteris quae recensui criticae artis et historiae indiciis.*

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΕΥΣΕΒΙΟΥ

## ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

### ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΛΟΥΣΙΟΝ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΑΖΑΡΟΝ.

# SANCTI PATRIS NOSTRI EUSEBII

## ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

### SERMO DE ELEEMOSYNA ET IN DIVITEM ATQUE LAZARUM.

1. Age sermonem hodie, carissime, de eleemosyna instituamus; et quid nobis apostolus et evangelista Matthaeus de Domini nostri adventu narraverit. Dic nobis, oculate testis et verbi minister, quandonam et quomodo quidve dicet nobis dominus Deus, cum mundum iudicaturus adveniet? Quid nunc velit, quidve agere imperet populo suo? Dixit, inquit, Dominus: quum venerit filius hominis cum maiestate sua, et omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in throno maiestatis suae, et congregabuntur ante eum omnes populi: et separabit eos ab invicem, sicut pastor ab haedis oves segregat: et statuet oves quidem a dextris suis. Nam pastor, ceu benigniorem partem tenens mollitudinis mansuetudinisque, indolem scilicet ovium, harum quoque stationem melioribus adsignat. Deinde a sinistris haedi, ceu pastori contumaces, collocantur.

2. Audiamus etiam quid rex regum et dominus dominantium dicturus sit bonis et misericordibus, qui mandata eius observaverint, quatenus hi cuncta ab eo imperata in rem contulerint. Idcirco enim merito audient a domino et clemente Deo nostro sanctam illam ac beatam ad eius dexteram invitantem vocem: venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a mundi constitutione. O bonam praeparationem sortemque iustitiae illorum qui iure benignitatem eius promeruerunt! Quid porro his dicit? Esurivi enim,

α'. Φέρε εἰς μέσον τὸν λόγον σήμερον, ἀγαπητὲ, προθήσωμεν περὶ ἐλεημοσύνης· καὶ τί διηγήσατο ἡμῖν ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δεσπότου ἡμῶν. Εἰπὲ ἡμῖν αὐτόπτα καὶ ὑπηρέτα τοῦ λόγου, πότε, καὶ πῶς, καὶ τί λαλήσει ἡμῖν κύριος ὁ θεὸς, ὅτε μέλλει παραγενέσθαι κρῖναι τὴν οἰκουμένην; τί βούλεται, καὶ τί κελεύει ποιῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ; εἶπεν ὁ κύριος *, φησὶν, ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθήσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἀφοριεῖ αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὥσπερ ὁ ποιμὴν ἀφορίζει τὰ πρόβατα ἀπὸ τῶν ἐρίφων· καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· καὶ γὰρ ὁ ποιμὴν ὡς χρηστοτέραν ἔχων τὰ τῆς ἁπαλότητος καὶ ἡμερωσύνης τὸ ἦθος τῶν προβάτων, καὶ τῆς στάσεως τῶν τοιούτων ποιεῖται τοὺς κρείττονας· εἶτα τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων, ὡς ἄτακτα τῷ ποιμένι διάκεινται.

* Matth. XXV. 31. sq.

β'. Ἀκούσωμεν δὲ τί ἐρεῖ ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριος τῶν κυριευόντων τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐλεήμοσι, τοῖς τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξασι, διὸ καὶ ἐτήρησαν πάντα ὅσα ἐνετείλατο· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ δικαίως μέλλουσιν ἀκοῦσαι παρὰ τοῦ δεσπότου καὶ φιλανθρώπου θεοῦ ἡμῶν τὴν προσκαλουμένην τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἁγίαν καὶ μακαρίαν ἐκείνην φωνήν· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ὢ ἑτοιμασίας ἀγαθῆς, καὶ κλῆρος * δικαιοσύνης τῶν ἀξίως εὐαρεστησάντων τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα· καὶ τί φησὶ

* ita cod.

πρὸς τούτοις; ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ὅρα, ἀγαπητὲ, τὴν τοῦ δεσπότου κηδεμονίαν· πῶς ἐκ πρώτου λόγου τὴν τῆς ἐλεημοσύνης εἰσάγει μετάδοσιν· ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· καὶ γὰρ τὴν εὐπερίστατον καὶ ἀναγκαίαν τοῦ σώματος τροφὴν ἐξ ἀρχῆς ἄγει, οἷον ὡς θρεπτικὴν καὶ ἀναζωπυροῦσαν τοὺς ἐν λιμῷ τακέντας· καθὼς καὶ ὁ Δαβὶδ λέγει· * " καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει· ", ὡσαύτως τὴν τῆς πόσεως διαλέγεται ἀνάψυξιν· εἶτα τῆς ξενοδοχίας τὴν εἰσαγωγήν· ἔπειτα τῆς γυμνότητος περιβολήν· τῆς ἀσθενείας τὴν ἐπίσκεψιν· τῆς φυλακῆς τὴν παρηγορίαν· ταύτας δὲ καὶ τοιαύτας εὐποιΐας ὁ παροχεὺς τῶν ἀγαθῶν ἀναμιμνήσκων τοὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἱσταμένους, καὶ τὴν ἀντάμειψιν ὑπισχνεῖται, ἣν πρὸ καταβολῆς κόσμου βασιλείαν ἡτοίμασε τοῖς εὐσπλάγχνοις καὶ ἐλεήμοσι, τοῖς ὀρθοῖς τῇ πίστει καὶ πράξει καὶ ἀγάπῃ· τούτους προσκαλεῖται ὡς ἠγαπημένους φίλους· καθὼς εἶπεν· * ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ὅτι τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐτηρήσατε, τὰ ἐμὰ ἐντάλματα ἐφυλάξατε· καὶ γὰρ πεινῶντά με ἐθρέψατε, διψῶντα ἐποτίσατε, ξένον ὄντα με εἰς στέγην εἰσαγάγετε· γυμνὸν θεωρήσαντες, περιβόλαιον ἐχαρίσασθε, ἐν ἀσθενείᾳ με γενόμενον ἐπισκέψασθε, ἐν φυλακῇ δέ με κατακλεισθέντα πρός με παρεγένεσθε, καὶ τὸν τῆς παρακλήσεως λόγον ἐχαρίσασθε. Λοιπὸν τί ἀντάξιον. ὑπὲρ ὧν εὐεργετήσατέ με; ἀντιπαρέχω ὑμῖν τὰ ἀτιχάριτα· * ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ γνησίως ἠγαπήσατε, τὸν πατέρα μου ᾐτησάμην δι' ὑμᾶς, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ σὺν ἐμοὶ ἦτε, καὶ τῆς ἐμῆς βασιλείας συγκληρονόμοι γίνησθε.

* Ps. CIII. 15.

* Ioh. XV. 14.

* Ita cod.

γʹ. Τί πρὸς ταῦτα φασὶν οὗτοι πρὸς τὸν κύριον καὶ βασιλέα τῆς δόξης; κύριε, πότε σε ἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν; ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν; ἢ ξένον, καὶ συνηγάγομεν; ἢ ἀσθενῆ, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρὸς σέ; ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ δεσπότου, τί πρὸς αὐτοὺς ἐρεῖ· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· ἤκουσας δεσπότου ἀγαθοῦ φιλανθρωπίαν καὶ ἀγαθότητα, πῶς τοῖς πένησι καὶ πτωχοῖς, ἀδελφοὺς * ἀπο-

* Ita cod.

et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere. Specta, carissime, Domini providentiam, quomodo sub ipso sermonis initio proponit eleemosynae largitionem: esurivi, et dedistis mihi manducare. Etenim commune necessariumque corporis nutrimentum statim memorat, quod nimirum alit et exsuscitat fame tabentes; quemadmodum David ait: « et panis cor hominis confirmat. » Sic etiam potionis memorat refrigerium: deinde hospitum susceptionem nominat, postea nudorum indumentum, infirmorum visitationem, benignum ad vinctos alloquium. Haec et alia huiusmodi beneficia dator bonorum commemorans apud eos qui a dextris suis sunt, retributionem quoque promittit, illud nempe quod a mundi constitutione regnum paravit misericordibus et eleemosynae largitoribus, fide recta ornatis et operibus et caritate. Hos ad se ceu dilectos amicos vocat, sicut iam dixerat: vos amici mei estis, quia sermones meos servavistis praeceptaque mea custodistis: nam me esurientem paviatis, sitientem potastis, hospitem sub tecto recepistis, infirmum visitastis, carcere clausum adivistis et solatii verba obtulistis. De reliquo quid pro benefactis in me collatis retribuam? En iam vobis gratiam referam: quia vos me dilexistis, et sincero amore complexi estis, patrem meum rogavi propter vos, ut ubi ego sum, vos quoque mecum sitis, meique regni coheredes fiamini.

3. Quid ad haec autem illi dicent domino regique gloriae? Domine, quandonam te vidimus esurientem et pavimus? sitientem, et potum dedimus? vel peregrinum, et collegimus te? infirmum, et visitavimus? in carcere, et venimus ad te? Audi iam quid iis Dominus respondebit: quaecumque uni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis. Audisti boni domini caritatem ac benignitatem, quomodo egenos ac pauperes appellat fratres;

Digitized by Google

et quod si quis bene illis fecerit, escam puta esurientibus suppeditaverit, aut hospitium praebuerit, aut nudum texerit, ipse sibi factum reputat postquam carnem nostram gestavit. Qui dixit: non veni vocare iustos sed peccatores ad paenitentiam et conversionem, sibi factori et creatori qui universae carni escam suppeditat, beneficium atque eleemosynam collatam edicit. « Nam qui miseretur pauperis, foeneratur Deo; secundum datum suum, recipiet. » Sed et David dicit: « beatus qui intelligit super egenum et pauperem! in die mala liberabit eum Dominus. » Reapse enim dies illa, dies mala fiet inclementibus et immisericordibus, qui ea die in exteriorem ignem mittentur; attamen benignis et misericordibus laetitiam gaudiumque aeternum conferet, et sanctorum angelorum consortium. Similiter et Dominus beatos misericordes dicit: beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quandonam vero misericordia potientur? Videlicet cum rex sedebit in throno gloriae, tunc misericordiam consequentur eleemosynarum largitores, pauperum amantes, benigni, liberales, hospitales, orphanorum altores, viduarum et invalidorum curatores, aerumnosorum patroni, egentium saturatores, aegrotantium ministri, ii qui ex acerbis servitiis liberant, qui errantibus viam demonstrant, qui nudos vestiunt, qui aere alieno nexos expediunt: atque ut summatim dicam, qui omnium ope egentium oeconomi fiunt; his inquam caelorum regnum paratum est. His habitaculum erit superna civitas: iidem ceu regia familiares, coram illo adstabunt, splendidissimae deitatis lumine illustrati.

4. Quid autem et iis qui a sinistris erunt dicet Dominus? Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Non enim vobis paratus fuerat, sed diabolo et angelis eius: nunc quia diaboli opera imitati estis, ava-

καλεῖται· καὶ εἴ τις δ' ἂν ἐν αὐτοῖς εὐεργεσίαν ποιήσῃ, οἷον τροφὴν παρέχῃ τοῖς πεινῶσιν, ἢ ξενοδοχίαν ἐνδείκνυται, καὶ γυμνὸν σκέπῃ, αὐτὸς δέχεται ὁ τὴν ἡμῶν σαρκοφορέσας· ὁ εἰπὼν *, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν καὶ ἐπιστροφὴν, εἰς αὐτὸν τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τὸν διδοῦντα τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, τὴν εὐποιΐαν τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται· " ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχὸν, Θεῷ δανείζει· * κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, λαμβάνει· „ ἀλλ' οὖν καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ λέγει· * " μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα· ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος· „ καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἡμέρα ἐκείνη, ἡμέρα πονηρὰ γίνεται τοῖς ἀσπλάγχνοις καὶ ἀνελεήμοσιν· οἵπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον ἀποπέμπονται· τοῖς δὲ εὐσπλάγχνοις καὶ ἐλεήμοσι, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης αἰωνίου πρόξενος, καὶ τῆς μετὰ ἁγίων ἀγγέλων διαγωγῆς. Ὡσαύτως καὶ ὁ κύριος μακαρίζει τοὺς ἐλεήμονας λέγων· * μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται· πότε δὲ ἐλεηθήσονται; ὅτε καθίσει ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου δόξης, τότε ἐλεηθήσονται οἱ ἐλεήμονες, οἱ φιλόπτωχοι, οἱ εὔσπλαγχνοι, οἱ εὐμετάδοτοι, οἱ ξενοδόχοι, οἱ ὀρφανοτρόφοι, χηρῶν καὶ ἀδυνάτων οἱ ἐπισκέπται, οἱ τῶν καταπονουμένων ἀντιλήπτορες, οἱ τῶν θλιβομένων προστάται, οἱ τῶν δεομένων ἔμφοροι, οἱ τῶν νοσούντων διάκονοι, οἱ τῶν ἐν πικραῖς δουλείαις ἐλευθερωταὶ, οἱ τῶν πεπλανημένων ὁδηγοὶ, οἱ τῶν γυμνῶν σκεπασταὶ, οἱ τῶν χρεωστούντων πληρωταί· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω. οἱ πάντων τῶν δεομένων καὶ τούτων οἰκονόμοι, αὐτοῖς ἡτοίμασται ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τοῖς αὐτοῖς ἐστὶν οἰκητήριον ἡ ἄνω πόλις· οἱ αὐτοὶ ὡς οἰκειότεροι τοῦ βασιλέως πρὸ προσώπου αὐτοῦ παρίστανται, κατοπτριζόμενοι τῇ αἴγλῃ τῆς τρισηλίου θεότητος.

δ'. Τί δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐξ εὐωνύμων ἐρεῖ ὁ κύριος; πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οὐ γὰρ δι' ὑμᾶς ἡτοίμασται, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἀλλ' ἐπεὶ τὰ τοῦ δια-

* Matth. IX. 13.
* Prov. XIX. 17.
* Ps. XL. 2.
* Matth. V. 7.

βόλου ἔργα παρηκολουθήσατε, καὶ τῇ πλεονεξίᾳ καὶ ἀσπλαγχνίᾳ, καὶ πᾶν εἶδος κακοῦ ἐπιφερόμενοι, κατεδικάσθητε σὺν αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς τὸ πῦρ ὡς ὑπουργοὶ τοῦ Σατανᾶ γεγονότες· καὶ ὡς ἐθελοντὶ ἐμὲ κατελίπατε, ἀλλὰ παρίδετε καὶ ἐβδελύξασθε, καὶ τὰς ἁγίας μου γραφὰς ἐξουθενήσατε, τοὺς διδάσκοντας καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν μιασμάτων καὶ πονηρῶν ἔργων, καὶ ἀγάπης καὶ ἐλεημοσύνης ἀντέχεσθαι, οὐκ ἠκούσατε, ἀλλὰ ἀσύνετοι τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ λογισμῷ διακείμενοι ἐματαιώθητε, τούτων τοὺς λόγους ὡς λῆρον ἡγήσασθε, καὶ ὡς ἀτίμους ἀπεπέμψατε, ὕβριν ἐπάγοντες αὐτοῖς· τοὺς δὲ μυθολόγους καὶ περιέργους καὶ μαντικοὺς καὶ ἐπαοιδοὺς, καὶ φαρμάκους, καὶ γόητας, καὶ ἀστρονόμους, καὶ ὀνειρολύτας, καὶ ὅσους πάντας τοὺς τῶν κακῶν ἔργων συνίστορας καὶ ἐπινοητὰς, πρὸς ἑαυτοὺς ἐποιήσατε, καταλιπόντες τὰ ἐμὰ προστάγματα καὶ ἐντολὰς, τοῦ ἀπὸ γῆς ὑμᾶς πλαστουργήσαντος κατ' εἰκόνα ἐμὴν, καὶ τῷ ζωηφόρῳ ἐμφυσήματί μου δοὺς ὑμῖν καὶ τὴν περίγειον κατασκευὴν δωρησάμενος, ἠθετήσατε καὶ ἀπεστράφητε· καὶ τὸν τραχηλιάσαντα κατ' ἐμοῦ διάβολον, ὃν * τὸ πῦρ κατ' αὐτοῦ ἡτοίμασται, συνηκολουθήσατε· καὶ ἐγὼ μὲν διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔπλασα τῇ ἀχράντῳ μου χειρὶ, παράδεισον ἐποίησα καὶ ἀνάπαυσιν· καὶ χαρὰν καὶ ζωὴν διηνεκῆ ἡτοιμασάμην· καὶ καθὼς εἶπον, ἠθετήσατε καταλιπόντες καὶ ἐμὲ καὶ τὰς ἐντολάς μου, καὶ τοῦ διαβόλου ἐργάται γεγόνατε· καὶ τοὺς συνηγόρους αὐτοῦ καὶ μύστας καὶ φίλους ἐκτήσασθε· καὶ ἐμάθετε πᾶσαν κακίαν καὶ πονηρίαν καὶ ἀπάτην καὶ ψεῦδος καὶ πλεονεξίαν· σὺν τούτοις τοῖς κακοῖς ἔργοις, καὶ τὴν μνησικακίαν καὶ τὴν ἀσπλαγχνίαν κατέχοντες ὡς ἱμάτιον ἐνδεδυμένοι· τί δὲ εἴπω πρὸς ὑμᾶς; ἆρα ἁρμόζει τὸ δεῦτε ὑμῖν ἀκοῦσαι; οὐχί· ἡ γὰρ τοιαύτη φωνὴ, τὸ δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, ἄλλοις ἐδόθη· οἱ γὰρ ἀγωνισάμενοι ἐκ δεξιῶν μου σταθῆναι, ταύτης τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι· ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐμὲ μισήσαντας καὶ τοὺς λόγους μου καταπτύσαντας ἐξωθοῦμαι καὶ διώκω καὶ ἀποπέμπω ἀπὸ προσώπου μου· ἐπεὶ ἀναξίους ἐποιήσατε

* Ita cod.

ritiam et immitem animum atque omne improbitatis genus sectati, lata est de vobis sententia, ut cum illo abeatis in ignem, quum Satanae ministri fueritis. Et quidem sponte me neglectum spretumque deseruistis, sanctas meas scripturas contempsistis, hominesque illos qui vos erudiebant, atque a contaminationibus pravisque operibus deterrebant, et caritatem atque eleemosynam suadebant, non audistis; sed vecordia et amentia abducti, praedicantium verba flocci fecistis, et contumeliis impositis inhoneste eos abegistis. Secus autem fabulones, et otiosos, divinos, incantatores, veneficos, praestigiatores, astronomos, somniorum interpretes, et quotquot sunt pravorum operum socii et auctores, familiares habuistis, statutis meis praeceptisque derelictis, qui tamen vos de terra plasmavi ad imaginem meam, et vitali flatu terrenam hanc formam vobis largitus sum; et nihilominus me negastis ac repulistis: nempe ut rebellem mihi diabolum, cui ignis paratus erat, sectaremini. Atque ego quidem propter hominem, quem impolluta manu mea formavi, paradisum requiemque feceram, gaudiumque et vitam perpetuam destinaveram: vos vero, ut dixi, obedientiam negastis, me praeceptisque meis derelictis, et diaboli facti estis operarii: ministris eius, sodalibus, atque amicis adhaesistis, et omne nequitiae ac malitiae genus, fraudem mendacium atque avaritiam condidicistis: cumque eiusmodi pravis operibus vindictae quoque studium et inclementem animum tanquam vestimentum induistis. Quid autem vobis dicam? Num vos decet audire, venite? Minime. Dictionem enim hanc, venite benedicti patris mei, aliis indulsimus: nam qui ut in dextera mea collocarentur decertarunt, hi praedicta verba audire digni fuerunt. Vos vero inimicos meos sermonumque meorum contemptores expello extrudo proterreo a conspectu meo; quandoquidem indignos vos gloria mea, ob laevam sententiam, vesa-

niam, inclementiamque vestram effecistis. Propterea vobis dico: discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui diabolo ceteroqui et angelis eius tantummodo paratus fuerat. Nunc vos pariter ad eandem inextinguibilis ignis stationem pergite, quoniam hanc ignis poenam cum diabolo angelisque eius subire sategistis. Revera enim toto orbe maledicti extitistis, quia iustitiae laude caruistis; immo maledictionem vestium instar vobis ob animi inclementiam induistis. Ceu maledicti igitur et immisericordes igni trademini. Esurivi, et non dedistis mihi manducare; nec aliud quicquam in me beneficii exprompsistis; ita ut meam in vobis creaturam agnoscerem, gratiamque referrem.

5. Iam vero quid isti apud incorruptum iudicem pro se dicent? Domine, quandonam te vidimus esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut in carcere, et non ministravimus tibi? Verumtamen respondebit his virtutum amator Dominus: utique me, ut dicitis, non vidistis; attamen fratres, membra mea, singulis horis coram vobis erant, quos fame, siti, frigore, vexatos despexistis, vestros ab his oculos avertistis, ianuas occlusistis, cum ignominia dimisistis, neque saltem ut catulos bucellae fragmento donastis. Certe si quid uni ex minimis fratribus meis praestitum a vobis fuisset, mihi utique praestitum reputassem. Neque beneficia tantummodo his denegastis, verum etiam si quis eorum virtuti operam dabat, et propter indolis meae notitiam, ipse quoque fraterno more caritatem exhibebat, aut obolum scilicet, aut vestem, aut panem; vos inquam hunc diripuistis et pugnis contudistis; minime veriti fore ut me aliquando videretis, meamque obiurgationem perferretis. O crudeles et sine misericordia homines! Ego vos donis meis affluenter cumulavi; nihilominus veniente ad vos fratre meo semel, et opem aliquam petente, tenaci animo fuistis. Ille autem

ἑαυτοὺς τῆς ἐμῆς δόξης διὰ τὴν κακὴν γνώμην καὶ ἀπόνοιαν καὶ ἀσπλαγχνίαν, ἣν ἐκτήσασθε· διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ μόνοις· πορεύεσθε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν αὐτὴν διαγωγὴν τοῦ πυρὸς τοῦ ἀσβέστου, καθὼς αὐτοὶ ἑαυτοὺς συνωθήσατε εἰς τὸ πῦρ πορευθῆναι σὺν τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ γὰρ κατηραμένοι γεγόνατε πάσης τῆς γῆς, μὴ ἔχοντες δικαιοσύνης εὐλογίαν, ἀλλὰ κατάραν ὡς ἱμάτιον ἐνδυσάμενοι διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν· καὶ ὡς κατηραμένοι καὶ ἀνελεήμονες, τῷ πυρὶ παραπίμπεσθε· ἐπείνασα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, οὐδὲ ἄλλο τί εἰς ἐμὲ ἀγαθὸν ἐποιήσατε, ἵνα ὡς ἐμὸν πλάσμα γνωρίσω, καὶ τὴν χάριν ἀνταμείψωμαι ὑμῖν.

ε'. Τί δὲ καὶ αὐτοὶ ἀπολογοῦνται τὸν ἀπροσωπόληπτον δικαστήν; κύριε, πότε σὲ ἴδομεν πεινῶντα ἢ διψῶντα ἢ ξένον ἢ γυμνὸν, ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; λέγει δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ φιλάγαθος δεσπότης· ναὶ, ὡς λέγετε, ἐμὲ οὐκ οἴδατε, ἀλλὰ τοὺς ἀδελφοὺς καθ' ὥραν ἐθεωρεῖτε τὰ ἐμὰ μέλη, ὧν τῷ λιμῷ καὶ τῷ δίψει καὶ τῷ παγετῷ πιεζομένων ἐβδελύσσεσθε, καὶ τὰς ὄψεις ἀπιστρέφεσθε, καὶ τὰς θύρας ἐκλείσατε καὶ ἀπεπέμψασθε ἀτίμους, καὶ οὐδὲ κἂν ὡς ἕνα τῶν κυναρίων κλάσματος ἠξιώσατε· εἰ γὰρ ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἀδελφῶν ἐδιηκονήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ οὐ μόνον ὅτι οὐ διηκονήσατε αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ὥς τις ἀγαθοποιὸς εὑρέθη, διὰ τὸ ἐμὲ γνωρίζειν, καὶ αὐτὸν ὡς ἀδελφόν μου ὄντα χάριν ἀγάπης παρέχειν αὐτὸν, ἢ ὀβολὸν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἄρτον· ἐξ αὐτοῦ ὑμεῖς ἡρπάξατε καὶ ἐτύψατε, καὶ οὐκ ᾐδέσθητε ὅτι ποτὲ ἰδεῖν με ἠθέλετε καὶ ἐντραπεῖν προσονειδίζοντας ὑμᾶς· ὦ ἀπηνεῖς καὶ ἄσπλαγχνοι· ἐγὼ ὑμᾶς ἐκ τῶν ἐμῶν δωρεῶν ἐνέπλησα ἀφθόνως· καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου ἐλθόντος ἅπαξ πρὸς ὑμᾶς ζητοῦντος ἐκ τῶν ἐμῶν λαβεῖν τι παρ' ὑμῶν, ἐπλεονεκτήσατε· καὶ πορευόμενος ἐν λύπῃ πεινῶν καὶ διψῶν καὶ τοῦ κρύους συνεχόμενος, τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπελέγετο, καὶ

στενάζων ἐκατηρᾶτο, καὶ τὸ ὄμμα πρός με ἠτένιζεν τοῦ ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ· οἱ γὰρ τῶν ἀδικουμένων στεναγμοὶ, κολάσεις γίνονται τοῖς ἀδικοῦσι· διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ὠνομάσθητε διὰ τὴν ἀσπλαγχνίαν ὑμῶν, καὶ τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν διαγγέλλομαι· καθὼς ἐκατηράθητε παρὰ τῶν πενήτων καὶ πτωχῶν καὶ ξένων καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν καὶ ἀδυνάτων καὶ πάντων τῶν ἀδικηθέντων ὑφ' ὑμῶν, τὸ πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· οὓς ἡ ἀσπλαγχνία καὶ ἡ ἀνελεημοσύνη οἰκήτορας τῆς γεέννης ἐποίησεν ὑμᾶς.

ϛʹ. Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ, τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν τοῖς ἐξ εὐωνύμων ἱσταμένοις παρὰ τοῦ δεσπότου διαλεχθεῖσαν· καὶ τὸ ποῦ ἀπεπέμφθησαν, οἶδα οὐκ ἀγνοεῖτε· ἀλλὰ παρακαλῶ τὴν ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀγάπην, ὡς ἔχοντες καιρὸν μετανοίας προκαταλάβωμεν τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ θεοῦ, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς ἡμῶν ἐξιλεωσώμεθα τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ ἕκαστος τῷ ἰδίῳ σφάλματι διορθωθείτω, πρὶν ἢ τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῦ πέρας διαλυθῇ· ὁ ῥάθυμος, μηκέτι ἔστω ῥάθυμος, ἵνα μὴ χαυνωθῇ, καὶ ὃ ἔχει ἀπολέσῃ, καὶ ἀκούσῃ ὥσπερ ἐκεῖνος ὁ ὀκνηρὸς δοῦλος· ὁ κλέπτης, μηδὲ αὐτὸς κλεπτέτω, ἀλλὰ παυσάσθω καὶ ἐργαζέσθω ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ χερσὶν, ἵνα ἐκ τοῦ ἔργου αὐτοῦ καὶ τῷ μὴ ἐργαζομένῳ χορηγῇ· τί γὰρ ὀφελεῖται ὁ κλέπτης ἐν τῷ κλέπτειν; οὐδὲν, εἰ μὴ κατάραν καὶ ἀνάθεμα ἀπὸ πάντων ἐπισπᾶται· οἱ πόρνοι καὶ οἱ μοιχοὶ ἀπὸ τοῦ νῦν διορθώσασθε ἑαυτούς· ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν ἀσελγείαις καταμιάναντες τὰ σώματα ὑμῶν, παύσασθε καὶ μὴ καθυβρίζετε τὰ μέλη ὑμῶν τῇ ἀσωτείᾳ· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος *; “οἱ γὰρ φθείροντες τὸν ναὸν, καὶ τὴν ψυχὴν φθείρουσι·” λέγει δὲ τοῦτο ὁ ἀπόστολος· * “πόρνοι καὶ μοιχοὶ βασιλείαν θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι, διὰ τὸ εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνειν· *” διὰ τοῦτο παραινῶ ὑμᾶς, ἀγαπητοὶ, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ὑμῶν ἐπιθυμιῶν, ἵνα ἁγνοὶ εὑρεθῆτε ἐν τῇ ἀπεκδύσει τῆς σαρκός· ὁ δὲ σπα-

* 1. Cor. III. 16.
* 1. Cor. VI. 9.
* v. 18.

tristis abiit, famelicus, sitiens, frigore rigens, vitae suae desperans, cum gemitu maledicens, sublatoque ad me oculo ut voci eius auscultarem. Nam iniuste afflictorum gemitus, ad iniuriae auctorum poenam redundant. Idcirco maledicti appellamini, tristemque vobis sententiam denuntio: quemadmodum ab egenis, pauperibus, peregrinis, orphanis, viduis, invalidis, cunctisque a vobis iniuria adfectis, maledicti fuistis; sic aio vobis, discedite a me in ignem aeternum. Vestra enim vos inclementia et illiberalitas gehennae incolaa effecit.

6. Audistis, carissimi, luctuosam adversus sinistrae partis homines a Domino dictam sententiam. Sed et quem in locum sint amandati, vos minime ignorare scio. Superest ut vestram in Christo caritatem deprecer, ut dum tempus paenitendi habemus, misericordiam Dei praeoccupemus, totaque anima nostra illius propitiemus bonitatem, unusquisque peccata sua corrigat, ante quam vitae exitus instet. Piger iam non sit piger, ne inertia luxetur, et quod habet amittat, latamqne adversus pigrum famulum sententiam audiat. Fur iam non furetur, sed crimine omisso manibus suis operetur, ut ex proprio opere illum etiam qui operari nequit iuvet. Quid enim confert homini furtnm? Nil profecto, nisi maledictionem ab omnibus et anathema. Fornicatores et adulteri, abhinc vos corrigite; item quotquot flagitiis corpora vestra contaminatis, desinite, nec membra vestra diutius ignominiosa luxuria laedite. Nescitia, quia templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobia, ut ait apostolus? « Nam qui templum violant, iidem animam quoque violant. » Dicit insuper apostolus: « fornicatores et adulteri regnum Dei non hereditabunt, propterea quod adversus corpus suum peccant. » Idcirco hortor vos, carissimi, ut abstineatis a carnalibus desideriis vestris, ut sancti inveniamini in carnis exspoliatione. Tu vero lu-

xuriaris et crapularis quotidie, corporique tuo, immo animae potius, nocere non gravaris; tum etiam oculos obtenebrare ac madefacere nimio potu. Iamdiu gulae et ebrietati indulsisti: noli aliud quicquam ulterius praeter officium agere, ne et tu in illorum numero computeris, de quibus dixit Isaias propheta: vae potentibus vestris qui bibunt vinum! Item apostolus ait: « nolite inebriari vino, in quo est luxuria. » Deinceps iam ab exitioso huiusmodi detrimento desinite. Invidi, ultores, superbi, emendemini; et cum omnibus tam plebeiis quam optimatibus vinculum caritatis, pacis, et humilitatis constringite, sicut Dominus monuit, ne aeque ac scribae, vel iactabundus ille pharisaeus, condemnemini. Raptores et avidi expavescite, et aliena diripere omittite. Etenim nihil aliud avarus in hac vita lucratur, quam consentaneum peccato suo maledictum: eius autem rapina in hoc mundo manet. Omnino quotquot praeteritum tempus male turpiterque insumpsistis, satis detrimenti cepistis. Superest ut reliquum vitae vestrae tempus studiose exigatis, antequam veniat insperato translatio vestra, et vos puniamini; egenique ac derelicti longum in exilium abducamini, ex quo nemo revocari potest. Haud ergo diutius malum propositum retineamus, sed malitia omni et avaritia, quae diabolo placet, omissa, peccata sua unusquisque emendet, propriaeque saluti consulat, ante quam nundinae hae dissolvantur, quibus intersunt et qui oleum vendunt et qui emunt. Verumtamen post absolutas nundinas, neque vendendi neque emendi copia erit. Quod ergo vere bonum est et probabile ac Deo gratum, id agite, ut eius dextera statione digni habeamini.

7. Si homo propriae mortis memoriam corde suo semper versaverit, iam non peccabit. Nam timor cupiditatem expellit, si certe reputemus quali gaudio ac laetitia

ταλῶν καὶ μεθύων καθ' ἑκάστην, οὐκ ἐβαρύνθης τὸ βλάπτειν τὸ σῶμα σου, μᾶλλον τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς σκοτίζειν καὶ ὑγραίνειν ἐκ πολυποσίας· καιρὸν ἤδη πολὺν ἔχεις οὕτως γαστριμαργῶν καὶ μεθύων· καὶ μηκέτι ἄλλο παρὰ τὸ εἰκὸς θελήσῃς ποιῆσαι, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναρίθμιος γένῃ, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· * " οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες ὑμῶν, οἱ τὸν οἶνον πίνοντες· " καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· * " μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτεία· " λοιπὸν παύσασθε τῆς τοιαύτης ἐπολέθρου βλάβης· οἱ φθονεροὶ καὶ μνησίκακοι καὶ ὑπερήφανοι διορθώσασθε ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς πάντας μικρούς τε καὶ μεγάλους τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ εἰρήνης καὶ ταπεινοφροσύνης ἔχετε, καθὼς ὁ κύριος εἶπεν, ἵνα μὴ κατακριθῆτε ὥσπερ οἱ γραμματεῖς, καὶ ὡς φαρισαῖος ὁ μεγάλαυχος· οἱ ἅρπαγες καὶ πλεονέκται φρίξατε, καταλιπόντες τὰ ἀλλότρια ἐφαρπάζειν· οὐ γάρ τι κερδάνῃ ὁ πλεονεκτῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, ἀλλ' ἢ μόνον κατάραν συνακολουθοῦσαν αὐτῷ ἐκεῖθεν· τὸ δὲ ἁρπαχθὲν παρ' αὐτοῦ, ὧδε μένει· καὶ ἁπλῶς ὅσοι κακῶς καὶ αἰσχρῶς τὸν παρελθόντα ὑμῖν καιρὸν διεπράξασθε, ἐζημιώθητε· κἂν τὸν ἀπολειφθέντα ὑμῖν χρόνον τῆς ζωῆς ἀγωνίσασθε· καὶ πρὶν ἐπέλθῃ ἡ διαδοχὴ ὑμῶν, ὅτε οὐ προσδοκᾶτε, καὶ ζημιωθῆτε· καὶ αὐτοὶ πτωχοὶ καὶ ἀπερίστατοι ἐν ἐξορίᾳ μακρᾷ ἀπενέχθητε, ὅπου οὐκ ἔστιν ἀνάρρυσις· καὶ μηκέτι τοῦ κακοῦ φρονήματος ἐγκρατεῖς γενώμεθα, ἀλλὰ πᾶσαν κακίαν καὶ πλεονεξίαν τὴν ἀρέσκουσαν τῷ διαβόλῳ καταλιπόντες, καὶ ὃ ἔχει σφάλμα ὁ καθεὶς διορθωσάτω, καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ πραγματευσάτω, πρὶν τῆς πανηγύρεως διαλυθείσης· ἐν ταύτῃ γάρ εἰσι καὶ οἱ πωλοῦντες τὸ ἔλαιον, ὡσαύτως καὶ οἱ ἀγοράζοντες τοῦτο· ἐπ' ἂν δὲ λυθῇ ἡ πανήγυρις, οὔτε πράσις γίνεται οὔτε ἀγορά· καὶ τῷ ὄντι καλὸν καὶ εὐάρεστον τὸ ἀρέσκον θεῷ, τὸ αὐτὸ καὶ ποιεῖτε, ἵνα καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ στάσεως ἀξιωθῆτε.

* Is. V. 22.
* Ephes. V. 18.

ζ'. Εἰ μὲν ὁ ἄνθρωπος πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχει τὸν θάνατον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, οὐκέτι ἁμαρτάνει· ὁ γὰρ φόβος διώκει τὴν ἐπιθυμίαν, λογιζόμενος ἐν ἑαυτῷ ποίαν

εὐφροσύνην καὶ χαρὰν μέλλουσιν ἀπολαύειν οἱ δίκαιοι, καὶ ποίαν κόλασιν οἱ ἁμαρτωλοί· διὸ, ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὑμᾶς, πάντοτε ἐπὶ μνήμης ἔχετε τοῦ ἐκείνου αἰῶνος τά τε χαροποιὰ καὶ τὰ λυπηρά· ἢ ὄντως πῶς αἱ πέντε φρόνιμοι παρθένοι διὰ τὸ ἐκ περισσοῦ ἔχειν αὐτὰς τὸ ἔλαιον ἐν ταῖς λαμπάδαις αὐτῶν, καὶ τῷ φωτὶ περιλαμπόμεναι, οὐχ ὕπνωσαν, ἀλλὰ τοῦ νυμφῶνος ἀνοιγέντος εἰσῆλθον, μὴ παρεμποδιζόμεναι εἰς τὸν βασιλικὸν παστὸν, διὰ τὸ φῶς περιαυγάζον αὐταῖς ἐλαίου· αἱ δὲ λοιπαὶ πέντε παρθένοι διὰ τὸ μὴ ἔχειν καὶ αὐτὰς ἔλαιον ἐν ταῖς
* Ita cod. λαμπάδαις * αὐτῶν, ἐσβέσθησαν καὶ ἐκάθευδον· τοῦ δὲ νυμφῶνος ἀνοιγέντος, οὐκ ἔχουσαι φῶς ἐλαίου τοῦ ἰδεῖν καὶ αὐτὰς τὴν εἴσοδον· ὁ γὰρ ἐν τῇ σκοτείᾳ περιπατῶν, οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει· ὁ δὲ ἐν φωτὶ περιπατῶν εἶδε τὴν ὁδόν· τὸ αὐτὸ συνέβη καὶ εἰς τὰς πέντε μωρὰς παρθένους, σβεννυμένων τῶν λαμπάδων·
* Ita cod. καὶ μὴ ὀρθοποδοῦσαι * εὑρεῖν τὴν εἴσοδον, ἐκλείσθη ὁ νυμφὼν, ἔξω καταλειφθεῖσαι.

η'. Ὡσαύτως εἴπω καὶ περὶ τῶν εὐσπλάγχνους καὶ ἐλεήμονας, τὸ οἵας φωνῆς ἠξιώθησαν ἀκοῦσαι, τὸ δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός· ἔτι δὲ καὶ πρὸς τῶν ἀσπλάγχνους καὶ ἀνελεήμονας καὶ αὐτὴν ἀκοῦσαι τὴν ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν, τὸ πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι· ἠκούσαμεν δὲ παρά τινος ἐκατηράθησαν· πρόσεχε τὸ, δι' ἣν αἰτίαν κατηραμένοι ὠνομάσθησαν· πολλάκις ἐν τῇ πλατείᾳ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως κατέτυχον, καὶ ἴδον συνηγμένους πτωχοὺς καὶ ἀδυνάτους καὶ ξένους, καὶ ἤκουσα διηγουμένους πρὸς ἀλλήλους, λέγων ὁ ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον· ὄντως, ἀδελφὲ, ὁ θεὸς καλὰ νὰ (1) ποιήσει μετὰ τοῦ δεῖνος· αὐτός μου ὑπάρχει ὁ τροφεὺς τῆς ἐμῆς πτωχείας· λέγει δὲ, καλῶς εἶπας· καὶ ἐμὲ χειραγωγεῖ διὰ παντὸς, καὶ οὐ μὴ παύσομαι τοῦ ὑπερεύχεσθαι αὐτόν· καὶ ἄλλος εἶπε· κἀμὲ ὁ δεῖνα ἠλέησε γυμνὸν ὄντα με· καὶ ἰδοὺ ὅπερ ἱμάτιον φορῶ, αὐτός μοι ἐσκέπασε· καὶ ὁ Θεὸς ἴδοι, καὶ αὐτὸν ἐλεήσει· ἕτερος δὲ λέγει· ἐγὼ, ὡς ὁρᾶτε, ξένος εἰμὶ, καὶ ὡδήγησέ με λέγω ὁ δεῖνα, καὶ ἀντελάβετό μου ὑπὸ τὴν στέγην αὐτοῦ, καὶ πᾶ-

(1) Ita cod. pro *ναί*, etiam inferius n. 16.

fruentur iusti, quali poena peccatores. Ideo, carissimi, rogo vos ut illius saeculi tum iucunda tum molesta semper mente agitetis. Vel omnino quomodo quinque illae prudentes virgines, propter abundans in suis lampadibus oleum, luce illustratae non dormitaverint, sed nuptiale conclave statim ac patuit sint ingressae, regio thalamo non exclusae fuerint, quia splendidum olei circa ipsas lumen radiabat. At reliquae quinque virgines, quia lampades oleo destitutas habuerunt, his extinctis ad somnum conversae sunt: moxque aperto conclavi, luce olei caruerunt, cuius ope introitum cernerent. Nam qui in tenebris ambulat, quo deducatur ignorat: qui autem in luce graditur, viam pervidet. Eadem calamitas accidit stultis virginibus, quibus lampades extinctae fuerunt; et circa introitum deerrantibus, conclave obseratum fuit; haeque idcirco extra manserunt.

8. Idem aio de misericordibus, et eleemosynam facientibus, qui verba illa audire digni erunt: venite benedicti patris mei. Nec non de immitibus et illiberalibus, qui luctuosum vicissim decretum audient: discedite a me maledicti. Diximus etiam a quo maledicendi erunt: nunc causam cognosce quamobrem maledicti sunt nominati. Saepe in urbis nostrae dum foro versarer, congregatos vidi pauperes et invalidos ac peregrinos, eosque alternis fabulationibus audivi colloquentes sic: utique, frater, Deus sine dubio bene faciet homini illi; est enim paupertatis meae nutritor. Cui alter respondebat: recte ais; nam mihi quoque in omnibus opem fert, neque umquam pro eo orare desinam. Alius quoque aiebat: mei quoque nudi misertus est ille: en quippe quod gero vestimentum ipse mihi induit. Deus utinam respiciat, et illius misereatur! Alius item sic: ego, ut cernitis, peregrinus sum; ille autem dux mihi fuit, et tecto suo rece-

pit, mihique omne curae genus impendit. Quamobrem mercedem illi a Domino imprecor. Denique alius dicebat: ego impotens senex sum; hic autem tesseram mihi aliisque impotentibus dedit, ut cum eo quotidie conviver in mensa ipsius. Ita illi colloquentes enixe precabantur ut boni et misericordes, regni Christi heredes fierent.

9. Dum haec illi dicerent, alius quidam interfatus est. Quoniam de misericordibus sermo fuit, dicamus aliquid etiam de immisericordibus, quid ille vel alter fecerit. Namque ego novi hominem illum immisericordem atque inhumanum, qui de futuro iudicio non cogitat. Non enim ab eo quisquam eleemosynam unquam recepit, verum etiam nos pauperes vexat, et palpando pecunia spoliat, dicens: vos quidem asperos nummos habetis. Et si quid a pio christiano datum fuerit, eripit: atque ita pauper maledicens discedit. Alius aiebat: ego ad illum abii, ut exiguum aliquando panis frustum acciperem: sed cum ad eius aulam accederem, ille canibus suis imperavit qui membra mea discerpserunt, atque ita maledicens recessi. Alius denique dixit: ego hominem illum conveni, sed eleemosynae loco ab eius famulis verberatus fui, et fuga maledicens me proripui. Haec adversus immisericordes dum dicerent, una voce iis maledicebant cum anathemate. Et videsis, carissime, amborum diversam vicem, quomodo pauperum preces faciant heredes et incolas paradisi misericordes homines, qui etiam propter eam quam prae se tulerunt misericordiam, benedicti appellantur a benigno et misericorde Christo Deo nostro. Vicissim pauperum maledictiones repellunt immisericordes atque immites a clementia Dei, heredesque et incolas faciunt aeterni ignis. Propterea maledicti appellantur et diaboli contubernales.

σαν θεραπείαν ἐνδείκνυται εἰς ἐμέ· ὅπερ τὴν ἀντιμισθίαν εὔχομαι λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τοῦ δεσπότου· καὶ ἀποκριθεὶς πάλιν ἄλλος εἶπεν· ἐγὼ ἀδύνατος γέρων εἰμὶ, καὶ ἐτύπωσεν * ὁ δεῖνα ἐμέ τε καὶ ἄλλους ἀδυνάτους, καὶ καθ' ἡμέραν σὺν αὐτῷ ἀριστοῦμαι ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· οὕτως οἱ αὐτοὶ εἰς αὐτοὺς ὁμιλοῦντες ηὔχοντο ἐμπόνως τοὺς ἀγαθοὺς καὶ ἐλεήμονας, κληρονόμους γενέσθαι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ.

θ'. Καὶ ὡς ταῦτα διηγοῦντο, ἐξ αὐτῶν τις εἶπεν· ἐπεὶ ἀνεφέραμεν τοῦ λέγειν διὰ τοὺς ἐλεήμονας, εἴπωμεν καὶ διὰ τοὺς ἀνελεήμονας, τὸ τίς καὶ τίς ἦν· οἶδα γὰρ ἐγὼ τὸν δεῖνα, καὶ ἔστιν ἀνελεήμων καὶ ἀπάνθρωπος, ὅτι κρίσιν οὐκ ἐνθυμεῖται· ποτὲ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τις ἐλεημοσύνην οὐκ ἔλαβε, ἀλλὰ μᾶλλον οἷον καὶ πιάσει ἐξ ἡμῶν τῶν πενήτων, ἐκδύει ψηλαφῶν τούτων, λέγων· ὑμεῖς τραχοταὶ (1) νομισμάτων ὑπόρχετε· καὶ εἴ τι διακονηθῇ παρὰ ἄλλου φιλοχρίστου, ἁρπάζει· καὶ ὁ πτωχὸς ἀναχωρεῖ καταρώμενος· ἄλλος εἶπεν· ἐγὼ ἀπῆλθον εἰς τὸν δεῖνα μὴ πολλάκις λάβω μικροῦ κλάσματος ἄρτου· καὶ ὡς προσῆλθον τῆς αὐλῆς αὐτοῦ, ἐπέταξε τοῖς κυσὶ, καὶ τὰ μέλη μου ἐσπάραξαν, καὶ ὑπεχώρησα καταρώμενος· ἕτερος εἶπεν· ἐγὼ δὲ παρὰ τὸν δεῖνα, ἀντὶ τοῦ λαβεῖν με παρ' αὐτοῦ ἐλεημοσύνην, τέτυμμαι παρὰ τῶν ὑπουργῶν ἐκείνου, καὶ ἀπεδιώχθην καταρώμενος τοῦτον· ταῦτα κατὰ τῶν ἀνελεημόνων λέγοντες ὡς ἐν μιᾷ τῇ φωνῇ ἐκαταρῶντο αὐτοῖς καὶ ἀναθεμάτιζον· καὶ ὅρα, ἀγαπητὲ, τῶν ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, πῶς αἱ εὐχαὶ τῶν πενήτων κληρονόμους καὶ οἰκήτορας τοῦ παραδείσου ποιοῦσι τοὺς ἐλεήμονας, καὶ εὐλογημένους ὀνομασθέντας διὰ τῆς εὐσπλαγχνίας ἧς ἐπεδείξαντο, παρὰ τοῦ εὐσπλάγχνου καὶ ἐλεήμονος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ὡσαύτως καὶ αἱ κατάραι τῶν πενήτων ἐκδιώκουσι τοὺς ἀνελεήμονας καὶ ἀσπλάγχνους ἐκ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, καὶ κληρονόμους καὶ οἰκήτορας αὐτοὺς τοῦ αἰωνίου πυρὸς ποιοῦσι· διὰ τοῦτο καὶ κατηραμένοι ἐκλήθησαν καὶ τοῦ διαβόλου σύνοικοι.

* Ita cod.

(1) Ita cod. τραχοταί, de quo vocabulo, seu sincero, seu mendoso, iudicent eruditi. Mihi arridebat derivare a τραχύς. Nam qui sit *asper nummus*, scimus.

ι'. Ἡμεῖς δὲ, ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθημεν, Χριστὸν ἐνδυσώμεθα * [* Gal. III. 27.], τὸ γαληνὸν, καὶ ἥμερον, καὶ χρηστὰ σπλάγχνα ἐνδειξώμεθα πρὸς τοὺς ὁμοδούλους ἡμῶν, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς τὴν ὀργὴν ἐκείνην ἐπισπασώμεθα, ὡς ὁ πονηρὸς δοῦλος ἐκεῖνος, ὁ συμπαθηθεὶς παρὰ τοῦ δεσπότου, καὶ μὴ θελήσας καὶ αὐτὸς τὸν σύνδουλον αὐτοῦ ἐλεῆσαι· καὶ δεθῶμεν χεῖρας καὶ πόδας καὶ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον ἀποπεμφθῶμεν· * [* Matth. XVIII. 34.] ἀλλὰ βουλὴν ἀγαθὴν καὶ ὠφέλιμον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν συμβουλευσώμεθα, ἀδελφοὶ, καὶ μιμηταὶ γενώμεθα τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν πτωχεύσαντος ἑκουσίως Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, ἵνα ἡμεῖς πλουτήσωμεν τῇ αὐτοῦ χάριτι· καὶ ὃ ἔχει ἕκαστος ποιήσει ἐλεημοσύνην εἰς τὸν μὴ ἔχοντα· καὶ ὁ ἐλεῶν ἐλεηθήσεται πάντως· ὁ δὲ μὴ ἐλεῶν, οὐδὲ αὐτὸς ἐλεηθήσεται· οὐ γὰρ δωρεὰν λαμβάνουσιν οἱ πένητες τὴν ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ σκόπησον πόσας εὐχὰς ἀντιπαρέχουσιν· ἄκουσον δὲ καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος [Is. LVIII. 7.] καὶ παραινοῦντος ἡμῖν· * “ διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν εἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψῃ· τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἱμάτιά (1) σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ θεοῦ περιστελεῖ σε· τότε βοήσῃς, καὶ ὁ θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, ἰδοὺ πάρειμι· ἐὰν δὲ ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον (2) καὶ χειροτονίαν (3) καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ

10. Nos autem quotquot in Christo baptizati sumus, Christum induamus, hilaritatem, mansuetudinem, bonaque viscera conservis nostris exhibeamus, ne et nos iram illam promereamur, quam ille improbus servus expertus est, qui dominum suum misericordem nactus, noluit vicissim conservi sui misereri: ideoque ligatis manibus et pedibus in exteriores tenebras amandemur. Sed bonam potius voluntatem, et animabus nostris utilem foveamus, fratres; et imitatores simus illius, qui pro nobis sponte fuit pauper, Christi Dei nostri, ut nos gratia eius ditescamus. Ergo prout habet unusquisque, non habenti largiatur eleemosynam: nam qui misericors fuerit, misericordiam prorsus experietur; qui secus non miserebitur, misericordiae beneficio carebit. Non enim gratis accipiunt eleemosynam pauperes, sed quantas retribuant preces considera. Audi dicentem nosque exhortantem Isaiam prophetam: a frange esurienti panem tuum, et pauperes sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, operi; et domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, et vestimenta tua cito orientur: et praeibit ante te iustitia tua, et gloria Dei circumdabit te. Tunc clamabis, et Deus exaudiet te; adhuc loquente te, dicet: ecce adsum. Si abstuleris a te vinculum (iniquitatis), et manus extensionem (deridendi causa), et verbum murmurationis, et dederis esurienti panem tuum, et animam adflictam repleveris; tunc

(1) Ita cod. ἱμάτια *vestimenta*, non ἰάματα *sanationes* aut *sanitates*. Revera ἱμάτια legebant Tertullianus, Cyprianus, et Valerianus, antiqui patres, a Sabaterio laudati, qui transtulerunt *vestimenta*. Ei lectioni accedit nunc alius suffragator Eusebius noster. Hieronymus quidem comment. ad Is. LVIII. 8. putat latinos inconsideranter legisse ἱμάτια pro ἰάματα, nominis similitudine ductos; nunc tamen apparet etiam ex Eusebio revera extitisse in aliquo saltem graeci textus codice ἱμάτια; quamquam ego quoque anteponendum ei puto ἰάματα. En verba Hieronymi: *latini interpretes ducti nominis similitudine*, ἱμάτια, *id est vestimenta, posuerunt. Unde multi translationis falsitate decepti ad resurrectionem corporis comprobandam, hoc utuntur testimonio, quo scilicet vestimentum animae corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur*. De *vestimento* pro *corpore*, Cyrillus apud nos ad ps. LXVIII. 12, ibique Diodorus tarsensis in nostro scholio.

(2) Lucifer calaritanus apud Sabaterium legit diserte *vinculum iniquitatis*.

(3) S. Hieronymus hoc loco: *pro* χειροτονίαν *tres alii interpretes* (Aq. Sym. Theod.) *voce consona extentum digitum transtulerunt: ne detrahas proximo tuo, et singulos quasi digito notes*.

orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies, semperque tecum Deus erit. »

11. Audisti, carissime, miram adhortationem prophetae, qui ad eleemosynam conferendam impellit; quo facto, a Deo non destituêris. Audi etiam proverbiorum auctorem: « eleemosynae et fidelitates purgant a peccatis. » David quoque ait: « tota die miseretur et commodat iustus. » Et rursus: « dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in saeculum saeculi. » Etenim donum huiusmodi retribuit eleemosyna. Rogo itaque vos, ut caritatem et eleemosynam omni tempore operemini. Neque dicas: hodie non vaco, sed cras vel alia certa die tempus mihi commodum erit largiendi eleemosynam. Quid ais, homo? Nonne audisti Salomonem tibi dicentem? « ne dicas: revertens redi, et cras dabo, cum possis statim benefacere. Nescis enim, quid pariet postera dies. » Nunc tantum hora est; si vis, largire eleemosynam; nec mente tua infructuosas cogitationes versa, neque vanas excusationes excusa, tecum ipse dicens: praeclarum est facere eleemosynam; sed fortasse mihi continget longa senectus. Quid faciam? Si iam facultates meas distribuero, quis mei curam geret? Quod nunc habeo retinebo. Scio me prope similem esse avo meo, itaque ut ille diu superstes ero. Porro facile eveniet ut longa infirmitate decumbam; tunc utique opes meas distribuere statuam, meaque manu eleemosynam faciam. Benignus est Deus; interim oeconomia utilis est.

12. O plane inutilis excusatio, immo vero noxia iis qui huiusmodi cogitationes animo volvunt! Nonne audisti quid dicat evangelium de divite horrea sua destruente ac maiora aedificante ob suae cumulatae segetis repositionem, multos vitae annos sibi spondente, atque ad summam senectutem se venturum sperante? Quid mox huic accidit de longa vita co-

ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ τὸ σκότος σου ὡς μεσημβρία· καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ διαπαντός. „

nantur. Multi lunam fabulantur ad nos descendere, et in animal immutari. Nam eum cruenta videtur, aiunt vaniloqui hominem aliquem eam de caelo deduxisse veneficiis. Sed vae haec dicentibus! Quis enim fascinaturus conscendere in caelum queat? Voluit et Simon magnus in caelum ascendere, sed lapsu diruptus est. Longe abest, ut quicquam huiusmodi umquam contingat; sed sunt potius complicatae vices temporum ac bellorum. Nemo certe potest caeli astra sive parum sive magnopere commovere, quae Deus virtute sua stabilivit.

3. Multi dicunt nubes et pluvias ab incantatoribus dispelli; in quo item stulte loquuntur. Quis Dei iussum potest praestigiis ullis avertere? Nunc quia nubes Dei iussu pluvias in tellurem effundunt, quomodo poterit homo mandatum Dei impedire? Audi scripturam. Cum Deus voluit Iudaeos ex Aegypti regione educere, multa per Moysem patravit signa atque prodigia. Idem porro secundum phantasiam magi quoque Aegyptiorum fecerunt, et Pharaonem deceperunt. Sed extendit Moyses virgam, et ecce nubes conglobabantur, et caelum permiscebatur, et fulgura ac tonitrua procedebant, mors Aegyptiis impendebat, grando ruebat, nihil iam in agris vitale supererat. Si malefici poterant nubes dispellere, cur cum grando ruebat non potuere pluviam nubesque dissipare? Cuncta igitur Dei iussu eveniunt. Sol haud cum vult exoritur, sed cum iubetur. Nam si is forte quantum habet calorem in regionem terrestrem iacularetur, haud iam hominum genus subsisteret: totus enim igneus sol est. Luna item haud quantum vult crescit, sed certa mensura ac pondere, prout iubetur. Tellus haud pro suo libito fructificat, sed cum Deus praecipit.

(1) Errat heic Damasceni latinus interpres p. 391. dicens: *cum sese praestigiator cruentat* etc. Non enim homo sed luna cruenta apparet, prout Act. II. 20. Recte tamen idem interpres p. 784.

(2) Virgilius in pharmaceutria: *carmina de caelo possunt deducere lunam.*

Digitized by Google

Prorsus nihil absque Dei iussu fit, sicut ipse dixit: ne passer quidem sine patre vestro in laqueum cadet.

4. Sunt etiam nonnulli qui aiunt scriptum esse de homine, quicquid ipse pravi bonive acturus est. Quamobrem hi cum in pravum aliquid decidunt Satanae vel propriae voluntatis impulsu, dicere solent: vae scripto de me! Atqui vae potius ita loquentibus! Novi item multos qui dicunt, homines vi fati mori, aut in flumine, aut praecipitio, aut alio modo quolibet. Sed in hoc pariter fatue loquuntur et peccant. Nam Deus libero praeditum arbitrio fecit hominem, eique tum lucis viam tum tenebrarum, atque emolumentum vel damnum inde manans ostendit, ore prophetae dicens: si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis neque auscultaveritis mihi, inquit, equidem vos non cogo. Nam quod necessitate cogente fit, lucrum non habet. Poterat sane Deus te vel invitum efficere bonum; sed tamen quod involuntarium est, caret mercede. Si scriptum esset, ut bene vel male ageremus, profecto haud dixisset: si volueritis et audieritis me; sed agesis, dixisset, scriptis obsequere. Atqui tantummodo dixit: si volueritis et audieritis me. Ego, inquit, terminos tibi non constitui, bonum vel malum tibi non decrevi, liberum tibi arbitrium contuli; quod vis age; scriptum non est, ut bene vel male agas. Certe si is scripsisset ut ego peccarem, idque reapse agerem, cur me damnaret? nam iussui eius haud queo resistere. Quis me reum ageret Dei constituta exsequentem? Ne tibi fucum facias, o homo. Numquam Dei voluntate male agit homo: nam quae eveniunt homini tentationes, a maligno hoste sunt. Quod si mihi non credis, audi dicentem apostolum: nemo tentatus dicat se tentari

ϗ ἅπαξ οὐδὲν παρεκτὸς προστάγματος θεοῦ γίνεται· καθὼς εἶπεν, ὅτι οὔτε στρουθίον εἰς παγίδα (1) πεσεῖται ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

δʹ. Εἰσί τινες λέγοντες, ὅτι γεγραμμένον ἐστὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου ὅσα δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι πονηρὰ ϗ ἀγαθά· ὅθεν ϗ ἐμπίπτοντες εἰς κακὰ ἐκ τοῦ Σατανᾶ ϗ ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως, συνήθως λέγουσιν, οὐαὶ τῷ γραπτῷ μου· ϗ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν· οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι κατὰ δοτὸν ἀποθνήσκουσιν ἄνθρωποι, ἐν ποταμῷ ἢ ἐν κρημνῷ, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ· ϗ τοῦτο ματαιολογοῦσι, ϗ ἁμαρτάνουσι λέγοντες· ὁ γὰρ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον, ϗ ἔδειξεν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς, ϗ τοῦ σκότους ϗ τὸ κέρδος, ϗ τὴν ζημίαν, λέγων διὰ τοῦ προφήτου· * ἐὰν θέλητε ϗ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· (* Is. I. 19.) ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, φησὶν, ἐγὼ οὐκ ἀναγκάζω ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, κέρδος οὐκ ἔχει· ἠδύνατό σε ὁ Θεὸς ϗ ἄκοντα ποιῆσαι καλὸν, ἀλλὰ τὸ ἀκούσιον ἄμισθόν ἐστιν· εἰ ἦν γεγραμμένον τὸ ποιεῖν ἀγαθὸν ϗ πονηρὸν, οὐκ ἔλεγεν ἐὰν θέλητε ϗ εἰσακούσητέ μου· ἀλλὰ τοῦτο ἔλεγεν δεῦρο, ἐξακολούθει τοῖς γεγραμμένοις· ἀλλὰ μονοτρόπως εἶπεν· ἐὰν θέλητε, ϗ εἰσακούσητέ μου· ἐγὼ, φησὶν, ὅρους σοι οὐκ ἔθηκα, οὐκ ἔταξα ἐπὶ σοὶ καλὰ ϗ κακὰ, αὐτεξούσιόν σε ἐποίησα· ὃ βούλει ποίει· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ποιεῖν καλὰ ϗ κακά· ἐπεὶ εἰ ἔγραψέ με ποιεῖν ἁμαρτίαν, ϗ ποιῶ αὐτὴν, ἵνα τί με κρίνει; τῷ γὰρ προστάγματι αὐτοῦ ἀντιστῆναι οὐ δύναμαι· ἢ τίς κρίνει με τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦντα; μὴ πλανηθῇς, ὦ ἄνθρωπε· οὐδέποτε ὁ Θεὸς θελητής ἐστι κακοῦ ἀνθρώπων· οἱ γὰρ ἐπερχόμενοι τῷ ἀνθρώπῳ πειρασμοὶ, ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσίν· εἰ δὲ ἐμοὶ οὐ πείθεις, ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· * μηδεὶς πειραζόμενος λεγέτω ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός (2) ἐστι (* Iac. I. 13.)

(1) Matth. X. 29. passim quidem *εἰς τὴν γῆν*, *in terram*. Sed *εἰς παγίδα*, *in laqueum*, habent apud Scholzium Clemens, Chrysostomus, Iuvencus, quorum auctoritates Eusebius noster nunc cumulat.

(2) Passivo sensu intellexit etiam interpres syriacus. In labbeanis glossis *ἀπείραστος* *intentatus*, quod congruit cum latino vulgato, mutato tamen *or* in *us*.

κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα· ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας· ἐὰν δὲ ποιῇς ἀγαθὸν, τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐπίγραψον· ἐὰν δὲ πονηρὸν, τῇ τοῦ διαβόλου πονηρίᾳ· ἡ ἀγαθὴ ὁδὸς παρὰ τοῦ κυρίου κατευθύνεται τῷ ἀνθρώπῳ· ἡ πονηρὰ, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

ε'. Δύο εἰσὶν ὁδοί· εἰς οἵαν ἀρέσκεται ἄνθρωπος, ἐν αὐτῇ βαδίζει· ἐὰν ἐστὶν ἡ πρόθεσις τινὸς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θέλει τῇ ἀγαθῇ ὁδῷ βαδίσαι, εὐθέως ἀποδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, καὶ κατευθύνει αὐτοῦ τὴν ὁδὸν, καὶ τὰ διαβήματα κατορθοῦνται, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ γίνεται ἐν ἀγαθῇ πολιτείᾳ, καὶ πληροῦται
* Ps XXXVI. 23. ἐν αὐτῷ τὸ ῥητὸν τοῦ Δαβίδ· * " παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα. " Ποίαν ὁδὸν θέλει ὁ θεὸς πορευθῆναι τὸν ἄνθρωπον; ἢ πάντως τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· ἡ γὰρ πλατεία καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς, τοῦ Σατανᾶ ἐστιν ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πρὸ πάντων ἀγάπη, ἐλεημοσύνη, παρθενία, ἀφιλαργυρία, ἀφθονία, ἀοργησία, ἀμνησικακία, νηστεία, εὐχὴ, ἀγρυπνία, χαμευνία, ψαλμῳδία, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πλεονεξία μήτηρ τῆς εἰδωλολατρείας, μνησικακία, φθόνος, φόνος, μοιχεία, πορνεία, ἔρις, καταλαλιὰ, κατηγορία, ὀργὴ, μέθη, κραιπάλη, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τὸν πορευόμενον τὴν στενὴν ὁδὸν ὁδηγεῖ ὁ θεὸς εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

ϛ'. Ἀλλ' ἀντιλέγουσι τινὲς λέγοντες, ὅτι οὐ θέλει τις δίκαιος εἶναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν; πολλοὶ, φησὶν, ἠθέλησαν δικαιοπραγῆσαι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐκτελέσαι· διὰ τί τούτους ἀφῆκεν ὁ θεὸς ἀπολέσθαι; διὰ τί οὐκ ἐβοήθησεν αὐτοῖς; εἰ τοῖς βουλομένοις *, φησὶν, εἰς ἀγαθὸν ἐπιδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, διὰ τί τούτοις οὐκ ἐβοήθησεν; ἀλλ'
* 1. Reg. XVI. 7. ἄκουσον τί λέγει ἡ γραφή· * οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ θεός· ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, θεὸς εἰς καρδίαν· σὺ τὸ πρόσωπον

* cod. βαλλομένοις.

a Deo; Deus enim intentabilis malis est, et ipse neminem tentat; sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua. Iam si bonum egeris, Dei benignitati adscribe: sin autem malum, diaboli malitiae imputa. Nam bona via dirigitur homini a Domino, mala a Satana.

5. Duae viae sunt: utram mavult homo, in ea graditur. Si cuius propositum ad Deum tendit, vultque bona via pergere, statim ei Deus manum tendit, eiusque iter dirigit; ideoque gressus eius prosperi fiunt, vita ipsius bonis moribus ornatur, in eoque Davidia dictum completur: « a Domino gressus hominis diriguntur, et viam eius volet nimis. » Quanam via vult Deus hominem incedere? nempe angusta et aspera via, quae ad vitam aeternam ducit. Nam lata et spatiosa via Satanae est, et in perditionem ducens. Angustae et asperae viae miliaria veluti haec sunt: in primis caritas, eleemosyna, virginitas, liberalitas, nullius rei invidentia, lenitudo, iniuriarum oblivio, ieiunium, preces, vigiliae, chaumenia, psalmodia, et his similia, quae ad vitam aeternam deducunt. Latae vero ac spatiosae miliaria haec sunt: avaritia idololatriae parens, animus ultor, invidia, caedes, adulterium, scortatio, contentio, obtrectatio, criminatio, ira, ebrietas, crapula, et his similia, quae ducunt in perditionem. At enim illum, qui angusta via graditur, ducit Deus ad vitam aeternam.

6. Sed contradicunt ita nonnulli: quis nolit esse iustus, et in regnum introire? Profecto multi recte agere voluerant, neque tamen propositum perficere valuerunt. Cur hos Deus perire sivit? Cur his opem non tulit? Si volentibus, inquam, ad bonum tendere Deus manum porrigit, cur his reapse non est auxiliatus? Sed audi quid scriptura dicat: non sicut homo, Deus videbit; homo faciem, cor Deus. Tu faciem consideras, resque exteriores spectas;

Deus corda scrutatur, et mentes inspicit. Cave existimes cunctos secundum Deum vivere: pauci immo sunt qui ad Dei regulam mores componunt, sed ut hominibus placeant ita se gerunt, cilicium publice gestant, coma sunt intonsa, iactanter incedunt, nempe apud homines bona sua opera ostentantes, et sancti vocari volunt, atque ab omnibus adorari. Tu exteriura tantum consideras, illosque omnia secundum Deum agere existimas, nec quid in eorum corde lateat pervides: at Deus cordium renumque scrutator, cursum illorum probe novit, eosque prolabi sinit, ut ipsorum consilia revelentur. Nam qui ut hominibus placeant, virtutes in vita exercent, hi lapsibus corruunt. Secus vero qui secundum Deum pergunt ascetae, numquam a Deo deseruntur, sicut ait propheta: « iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum. »

7. Multi monachi ad nuptias lapsi divertunt, prave intelligentes apostoli dictum, recte ab eo prolatum. Ait enim: « si se non continent, nubant. » Neque sciunt, post promissiones Deo factas, iam non dici nuptias, sed perpetuam fornicationem. Nam postquam ipsi Deo voverunt mundi renunciationem, si retro convertantur, haud iam sit coniugium, sed tota vita crimen, copula damnabilis, filii nothi, nuptiae illegitimae. Nemo quippe qui manum suam ad aratrum miserit, et retro respexerit, regno caelorum aptus est. Non enim, ut ipsi putant, his qui renunciarunt dixit apostolus, ut deserto post renunciationem monasterio, nuptiis copulentur; sed qui non se continent, nubant. Videlicet, ut ante quam renunciet, unusquisque se probet, animamque suam exploret, num corporis necessitates perpeti possit et scandala a maligno daemone obiicienda, et aestum cupiditatum: quo facto, tum demum iugum subeat renunciationis. Quod si se

κατανοεῖς καὶ τὰ ἔξωθεν πράγματα βλέπεις, ὁ θεὸς τὰς καρδίας ἐρευνᾷ καὶ τὰς διανοίας κατανοεῖ· μὴ νομίσῃς ὅτι πάντες κατὰ θεὸν πολιτεύονται· ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κατὰ θεὸν πολιτευόμενοι, ἀλλὰ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν ταῦτα ποιοῦσι, καὶ προβάλλουσι σακκοφορίαν, καὶ κομῶσι τὰς κεφαλὰς, καὶ περιπατοῦσιν ἐπιδεικτικῶς, ἐπιδεικνύμενοι τοῖς ἀνθρώποις τὰ κατορθώματα ἑαυτῶν, καὶ θέλουσι κληθῆναι ἅγιοι, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων· κατανοεῖς σὺ τὸ ἔξωθεν μόνον, καὶ νομίζεις αὐτοὺς κατὰ θεὸν πάντα ποιεῖν, καὶ οὐκ οἶδας τί κέκτηται αὐτῶν ἡ καρδία· ὁ δὲ κύριος ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, οἶδεν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, καὶ ἀφίησιν αὐτοὺς ἐκπεσεῖν, ἵνα φανερωθῶσιν αὐτῶν τὰ βουλεύματα· οἱ γὰρ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν μετερχόμενοι τὸν βίον τῶν ἀρετῶν, οὗτοι καὶ σφάλμασι περιπίπτουσιν· οἱ γὰρ κατὰ θεὸν προβαλλόμενοι ἀσκῆσαι, οὐδέποτε ἐγκαταλιμπάνονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης *, * Ps. XXXVI. 25.
ὅτι « νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον. »

ζ'. Πολλοὶ δὲ τῶν μοναχῶν σφαλέντες εἰς γάμον προτρέπονται, κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, τὸ καλῶς εἰρημένον· φησὶ γάρ· * « εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· » καὶ οὐκ οἴδασιν ὅτι μετὰ * I. Cor. VII. 9.
τὰς συνθήκας τὰς εἰς θεὸν, οὐ λέγεται γάμος, ἀλλὰ διηνεκὴς μοιχεία· μετὰ γὰρ τὸ συνθέσθαι αὐτοὺς τῷ θεῷ περὶ τῆς ἀποταγῆς, καὶ πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, οὐκ ἔστι γάμος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἔγκλημα, ἡ κοίτη ἐν κατακρίσει, καὶ τὰ τέκνα νόθα, καὶ ὁ γάμος ἐν παρανομίᾳ· οὐδεὶς γὰρ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· * οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι τοῖς * Luc. IX 62.
ἀποταξαμένοις εἶπεν ἀπόστολος ἀφιέναι τὴν τάξιν τῆς ἀποταγῆς καὶ τὸ μοναστήριον, καὶ γάμῳ ζευγνῦσθαι· ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· ἵνα πρὸ τοῦ ἀποτάξασθαι, δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ νοήσῃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, εἰ δύναται ὑπενέγκαι τὰς ἀνάγκας τοῦ σώματος, καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ ἐπερχόμενα ἐκ τοῦ πονηροῦ, καὶ τὸ καύσωνα·

Digitized by Google

καὶ τότε ὑπεισελθὼν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς· εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐγκρατεύεται, καὶ γινώσκει ἑαυτὸν εὐάλωτον ὑπάρχειν, ἐν τούτῳ γαμησάτω· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι· καὶ μὴ δυνάμενον φυλάξαι ἑαυτὸν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰ καταχθόνια τοῦ ᾅδου· ταῦτα εἰδὼς καὶ ἀκούων, ὀφείλεις ἀποτασσόμενος πολὺ δοκιμάσαι ἑαυτὸν, καὶ μετὰ πολλῆς σκέψεως ὑπεισελθεῖν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς, ἵνα ἕως τέλους βαστάσας τὸν χρηστὸν ζυγὸν τῆς ἐγκρατείας, τύχοις τῆς ἐπουρανίου βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα κράτος τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

in his non continet, seque facile victum iri agnoscit, tali rei conditione nubat. Melius est enim nubere, quam uri: ne dum semet custodire nequit, in inferni profunda ruat (1). His auditis et cognitis, quicumque renuntiaturus es, multum debes te ipsum probare, nec nisi post multam considerationem iugo te renunciationis submittere: ut deinde usque ad obitum portans praeclarum continentiae iugum, caelesti regno potiaris. Quod utinam omnes consequamur gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, cui una cum Patre et sancto Spiritu gloria, potestas, honorque nunc sit et semper et in saecula saeculorum. Amen.

(1) Vides mirabilem ecclesiae in doctrina de religioso caelibatu constantiam. Vides item genuinam paulini textus intelligentiam, quam ante hos annos propugnavit egregie etiam Cardinalis Gottus colloquio tertio adversus Piceninum.

---

## EPIMETRUM.

De Eusebio emeseno, et quomodo is ab Eusebio alexandrino distinguendus omnino videatur, satis ut spero disserui in superiore monito p. 499-500. Nunc lectores admonere placet, vidisse me in bibliotheca vaticana latinum codicem pervetustum, saeculi ferme XI, homilias continentem XXXIV, hoc titulo: *incipit liber domni Eusebii, qui translatus est* (cod. *quem translatum est*) *ex hebraeo in latinum*. Hae porro homiliae, duabus exceptis XIV. et XV., leguntur omnes sub Eusebii gallicani nomine in Patrum bibliotheca lugdunensi T. VI. Ubi tamen in editione p. 631. G. lacuna est, in nostro codice f. 49. b. ea sic expletur: *iterum virginitas fecundetur, iterum humana condicio ex incorruptione nascatur, ut homo gloriosam ac virgineam nativitatem* etc. At secunda ibidem lacuna, non potest ope codicis expleri, quia folium excidit. Iam duarum codicis homiliarum, quas in editione desiderari dixi, quaeque in festo paschali recitatae fuerunt, rationem ego postea, si operae pretium fuerit, habiturus sum, cum latinorum Patrum homilias alias, quas ex codicibus colligo, typis committam. Dicuntur itaque hae Eusebii homiliae ex hebraeo (id est syriaco) translatae. Et revera Eusebium (qui fuit postea emesenus episcopus) natum in Mesopotamia, et in schola Syrorum edessena eruditum, narrant nobis Socrates hist. II. 9., et Sozomenus III. 6. Denique de harum latini nunc sermonis homiliarum crisi verba facere heic non interest, quarum certe non unus auctor fuit; et si quidem emesenus non est negandus, ne gallicanus quidem aliquis est excludendus; quam iamdiu controversiam docti homines pertractaverunt.

Digitized by Google

## DE SERMONE

# SANCTI ALEXANDRI PATRIARCHAE ALEXANDRINI

### EDITORIS MONITUM.

*Dixi in Spicilegio romano T. III. p. 694, ex orientalibus bibliothecae vaticanae codicibus multa excitari scripta veterum posse, quae omnino desideramus. Et quidem praeter lauta illa, quae loco citato edidi patrum fragmenta, maiora indidem iam antea extuleram, Zachariae videlicet melitenensis capita historica, Ebediesu et Abulpharagii tractatus canonicos, Armeniorum etiam canones, Severi antiocheni sermones aliquot, et nuper S. Cyrilli contra Synusiastas et Diodorum ac Theodorum reliquias. Iam vero inter prima illa, quae memoravi, codex vaticanus arabicus* 101. *bonam mihi particulam suppeditaverat sermonis S. Alexandri patriarchae alexandrini* (1); *quem sermonem deinde integrum in syriaco vat. codice* 368. *nactus sum, id quod olim in Scriptorum vet. tom. V. p.* 12. *significavi. Nunc ecce post alexandrini Cyrilli graeca scripta sermonem hunc Alexandri syriace simul atque latine (quandoquidem graeca verba desideramus) operam mihi suam commodantibus Matthaeo Sciahuano et Francisco Mehasebo Maronitis litteratissimis, in lucem exire iubeo, ne tantae antiquitatis, auctoritatis, famaeque episcopi diutius os conticescat.*

*Porro rei verae testimonia sunt, primo quidem fragmenta illa ex codice arabico, quae Alexandri archiepiscopi alexandrini nomen gerunt (Spicil. rom. T. III. p.* 699.*) quaeque in integro sermone eidem auctori inscripto, nunc suis recitata locis seriatim apparent. Deinde Sabariesus syrus auctor apud Assemanum Bib. or. T. III. p.* 543, *recitat ex Mokaffaei chronico arabico, Alexandri nostri fragmentum, quod pariter (mirabile dictu!) in sermone integro nostro n.* 5. *occurrit. Quamquam vero Mocaffaeus Alexandrum dicit papam* romanum, *is quidem manifestus error ab Assemano in indice p.* 658. *recte corrigitur, qui legendum suadet* alexandrinum. *Deinde (praeter quam quod scribentibus menda multa obrepere solent) rei veritatem nunc syriacus codex nos docet, qui Alexandro alexandrinae urbis antistiti hunc sermonem inscribit. Tum satis est exploratus mos orientalium romanos nominandi quotquot imperio romano suberant, et graeca, nedum latina, lingua utebantur. Quia et ipsum byzantinum imperium constanter romanum appellant, ut ipsi quoque byzantini historici solent, qui ita in libris suis ambitiose loquuntur, postquam Constantinopolis novae Romae nomen invasit. Locus igitur a Mocaffaeo relatus ita se habet: « Alexander romanus patriarcha inquit: manus quae Adamum creavit, ipsa clavis in cruce perforata est. Os quod in Adamum spiraculum vitae inspiravit, acetum bibit. Pes qui clavis confixus fuit, terram fundavit. » Haec, inquam paulo quidem liberius, sine dubio tamen ex hoc nostro sermone n.* 5. *sumpta vides. Veruntamen qui ibidem multo uberior locus praecedit, et a nobis virgulis distinctus fuit, is cum arabica sermonis interpretatione, in Spicilegio nostro edita, evidentius adhuc atque adamussim congruit. Ceteroqui non est mirandum, si qui sermo ex graeco in syriacum, ex hoc in arabicum, idioma transiit, paucas aliquot varietates in his transfusionibus passus sit. Quin adeo sermonis huius duae videntur extitisse apud Alexandrinos sive apud orientales, editiones; quandoquidem in codice syr. vat. post integrum sermonem, aliud attexitur eiusdem fragmentum, non sine paucis variis lectionibus. Ut vero existimem, interpretationem arabicam ex secunda syriaca esse derivatam, utar hoc indicio, quod arabicum codicis* 101. *fragmentum cum illo posteriore syriaco magis congruit, quam cum priore. Itaque etiamsi decreveram additamentum illud omittere, quia valde simile sermoni integro videbatur; attamen quia postea comperi, partem arabicam cum hac potius parte syriaca conspirare, ne mei argumenti vim ullatenus infirmarem, hanc quoque syriacam repetitionem minoribus saltem formis imprimendam curavi.*

(1) Idem hic codex habet fragmenta SS. Iulii et Silvestri pontificum romanorum, quae ego graece edidi Script. vet. T. VII. p. 134, et 169. col. 2. v. 1-15.

*Age vero edendi sermonis huius grata opportunitas adest, quia hoc tempore ex Anglorum typis prodeunt magni Athanasii festales epistolae seu orationes (graece deperditae) in syriaco pariter codice inventae: quibus hic iure meritoque comes fiet Alexandri sermo. Fuit quippe Alexander Athanasii a pueris educator, quem familiarem semper, adolescentem senex, et carissimum habuit, mensae etiam quotidianae participem, et fidelem librarium: eundem ipse diaconum ordinavit, secumque ad nicaenum concilium duxit, ut illic operam sibi navaret,* συναγωνιζόμενον αὐτῷ ἐκεῖ, *ut diserte ait Socrates hist. lib. I. 15: quem denique moriens saepe nomine compellavit, atque ut sibi successor fieret, alexandrinum clerum enixe rogavit, quod reapse cum infinita rei christianae utilitate contigit: ita ut Athanasium talem tantumque episcopum, Alexandri curis acceptum referamus. Iam ut Alexander Athanasium adolescentem omni officio complexus est, ita idem Alexander antea iuvenis Petro episcopo martyri familiaris opprime fuerat, atque ab eo successor post Achillam eiusdem fratrem designatus. Namque ut legitur in Petri vita a nobis edita Spicil. T. III. p. 682, martyr inclytus in carcere positus, et iam pro fide plectendus, ambos illos alexandrinae sedi post se destinavit episcopos dicens: « te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. Et mox: » osculantes Petri manus ac pedes Achillas atque Alexander, conversi in lacrymas singultu amarissimo quatiebantur. »*

*Alexandri graphicam imaginem Gelasius cyzicenus nobis exhibet in sua nicaeni concilii historia lib. II. 1.* « Ὑποδέχεται τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀρχὴν τῆς αὐτόθι τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ, μεγαλοπρεπής, εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικής, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστός, προσηνὴς πρὸς πάντας, εἴ πέρ τις ἄλλος. » *Suscepit sacerdotii principatum ibidem in alexandrina ecclesia Alexander, vir undequaque venerabilis universo clero ac populo, magnificus, liberalis, facundus, aequus, religiosus, benignus, pauperum amator, bonus, lenis ad omnes, si quis alius. » Is autem etsi Arium lenitate sua aliquamdiu studuit emendare, postea tamen pertinacia eius ac vafritia cognita, tribus eum conciliis fortissime condemnavit, dioecesano alexandrini cleri, provinciali episcoporum Aegypti, tertia demum nicaeno oecumenico, cui primus post romanos legatos subscripsit, ibique ob venerandam suam senectutem, dignitatem ac famam, visus est quodammodo conventus totius dominator ac rector, ut ait synodica concilii epistola:* Ἀλέξανδρος κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. *Quamobrem a Theodoreto quoque hist. I. 2. dicitur evangelicorum dogmatum strenuus propugnator:* Ἀλέξανδρος ὁ γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων γενόμενος πρόμαχος. *Reapse quicquid hactenus scriptorum Alexandri extabat, ab historicis ecclesiasticis conservatum, id Arium eiusque alumnos oppugnat; duas intellige epistolas, quarum prior prorsus insignis, tractatus plenissimi instar est, et omni laude maior. Atqui hae duae ex septuaginto supersunt; tot enim ab eo scriptas testatur Epiphanius haer. LXIX. 4:* « Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος γράφει ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους, αἵ τινες παρὰ φιλοκάλοις ἔτι σώζονται, ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. *Alexander episcopus scribit epistolas encyclicas, quae adhuc » apud studiosos servantur, numero fere septuaginta. » Unius ex his fragmenta tenuia citantur a Maximo opp. T. II. p. 152. 155. Utinam hae in codicibus saltem syriacis conspiciendas se darent, quod nuper felicissime accidit athanasianis! Nunc in tanto scriptorum Alexandri naufragio, sermonem saltem unum in populi concione habitum libenti animo excipiamus, in quo praeter cetera utilia, Christi divinitas passim praedicatur. Neque abest eloquentia (quam ei tribui a Gelasio diximus) nitida scilicet, popularis, et ore episcopali digna.*

*Sermonem hunc Alexandri suppeditavit codex syriacus vat. membraneus, vetus, chaldaicis litteris duplici in laterculo exaratus. Habuit is sexaginta homilias (quarum nunc novem ob amissa folia desunt) patrum orthodoxorum Greg. nysseni, Greg. theologi, Basilii, Amphilochii, Ioh. chrisostomi, Procli, Isaaci (unum etiam Eusebii alex., nam mendum est in catalogo, alio nomine substituto, de die dominica.) Inter hos vigesimum locum tenet Alexandri hic sermo; quem auctor graece scripserat, Syri et Arabes, ut demonstravi, in linguas suas transtulerunt; de cuius sinceritate testimonia praedicta codicum et auctorum dubitare nos nullo modo sinunt.*

Digitized by Google

ܡܐܡܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ
ܥܠ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܘܥܠ ܚܫܗ ܕܡܪܢ .

## S. ALEXANDRI EPISCOPI (1) ALEXANDRIAE

## SERMO DE ANIMA ET CORPORE

## DEQUE PASSIONE DOMINI.

1. Verbum, quod sine invidia de caelo demittitur, cordibus nostris irrigandis idoneum est, si nos virtuti eius parati fuerimus, non dicendo tantummodo verum etiam auscultando. Nam sicut imber sine terra fructus non gignit, neque terra sine imbre; ita ne verbum quidem sine auditu fructificat neque auditus sine verbo. Porro verbum tunc fit fructuosum, cum id pronunciamus; auditus pariter, cum auscultamus. Igitur cum verbum vim suam expromit, vos quoque haud invide aurem praebete: et cum ad audiendum acceditis, omni vos invidia et incredulitate expurgate. Pessimae res invidia et incredulitas, quarum utraque iustitiae adversatur: etenim invidia caritati opponitur, fidei incredulitas: haud secus quam amaritudo dulcedini, luci tenebrae, bono malum, vitae mors; veritati mendacium. Age vero quicumque his repugnantibus virtuti vitiis abundant, ii mortui quodammo-

ܡܠܬܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܚܣܡܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܕ
ܡܫܬܕܪܐ ܡܫܟܚܐ ܗܝ ܕܬܫܩܐ ܠܠܒܘܬܢ .
ܐܢ ܗܘ ܕܐܦ ܚܢܢ ܡܛܝܒܝܢ ܢܗܘܐ ܠܘܬ
ܚܝܠܗ̇ ܕܡܠܬܐ . ܠܘ ܓܝܪ ܟܕ ܗܘ ܕܐܡܪܝܢ
ܒܠܚܘܕ . ܐܠܐ ܟܕ ܗܘ ܕܫܡܥܝܢ . ܐܝܟܢܐ
ܓܝܪ ܕܡܛܪܐ ܠܐ ܥܒܕ ܦܐܪܐ ܣܛܪ ܡܢ ܐܪܥܐ .
ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ ܣܛܪ ܡܢ ܡܛܪܐ . ܗܟܢܐ ܐܦܠܐ
ܡܠܬܐ ܥܒܕܐ ܦܐܪܐ ܣܛܪ ܡܢ ܡܫܡܥܢܘܬܐ .
ܐܦܠܐ ܡܫܡܥܢܘܬܐ ܣܛܪ ܡܢ ܡܠܬܐ . ܡܠܬܐ
ܓܝܪ ܥܒܕܐ ܗܝ ܕܐܡܪܝܢ . ܡܫܡܥܢܘܬܐ ܕܝܢ
ܗܝ ܕܫܡܥܝܢ . ܟܕ ܥܒܕܐ ܚܝܠܗ̇ ܡܠܬܐ
ܚܝܠܐ . ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܕܠܐ ܚܣܡܬܐ ܗܒܘ
ܡܫܡܥܢܘܬܐ . ܟܕ ܩܪܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܬܫܡܥܘܢ
ܡܢ ܟܠܗ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܒܝܫܬܐ
ܓܝܪ ܚܣܡܐ . ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܬܪܬܝܗܝܢ
ܠܟܐܢܘܬܐ . ܚܣܡܐ ܓܝܪ ܠܚܘܒܐ ܗܘ ܣܩܘܒܠܐ
ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܡܪܝܪ
ܠܚܠܝܐ ܘܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ . ܘܒܝܫܬܐ ܠܛܒܬܐ .
ܘܡܘܬܐ ܠܚܝܐ . ܘܟܕܒܘܬܐ ܠܫܪܪܐ . ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܕܝܢ . ܐܝܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܡܠܝܢ ܡܢ
ܗܠܝܢ ܕܠܩܘܒܠܐ ܕܡܠܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ . ܐܝܠܝܢ

(1) Ita in cod. *episcopi*, ut est etiam in magna eius epistola dogmatica, non *archiepiscopi*, ut deinde appellati fuerunt praesules alexandrini; vel potius hic titulus pro libito variat in codd.

ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܣܢܝܢ
ܠܚܘܒܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܗܠܝܢ
ܥܒܕܝܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܠܗܝܐ ܗܘܝܢ ܘܗܟܝܠ ܀

ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ
ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܙܕܝܩܘܬܐ.
ܠܗܘ ܢܥܡܩܘܢ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܘܬܗ ܕܚܣܡܘܬܐ.
ܘܠܒܘܟ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ. ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ
ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ
ܕܥܠܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܚܘܒܐ ܦܐܪܐ
ܚܘܘ. ܠܘ ܒܡܠܬܐ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ
ܕܗܝ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܡܛܠ ܐܠܗܐ ܡܪܝܐ.
ܗܐ ܓܝܪ ܗܘ ܡܪܢ ܚܘܝ ܚܘܒܗ
ܠܘܬܢ. ܠܘ ܒܡܠܬܗ ܒܠܚܘܕ
ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ
ܦܘܪܩܢܐ ܚܠܦܝܢ. ܘܬܘܒ ܕܝܢ ܘܠܐ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܥܠܡܐ ܗܘܝܢ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ.
ܠܥܠܡܐ ܓܝܪ ܒܡܠܬܐ ܒܪܐ. ܠܢ ܕܝܢ
ܒܡܠܬܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܣܦܩܐ
ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܢܐܡܪ. ܕܢܥܒܕ ܒܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܢ ܘܒܕܡܘܬܢ ܐܡܪ. ܐܠܐ ܘܥܒܕܐ
ܒܬܪ ܡܠܬܐ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܢܣܒ ܥܦܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ. ܘܓܒܠܗ ܠܒܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܐ ܕܝܠܗ ܟܕ ܢܦܫ
ܒܗ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ ܕܢܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫ
ܚܝܐ ܀

ܘܟܕ ܗܘܝܘ ܐܬܪܟܢ ܒܪܢܫܐ ܠܡܘܬܐ ܡܢ
ܛܘܥܝܝ ܩܕܡ. ܐܠܨܐ ܠܗ ܗܘܐ ܕܬܬܚܕܬ
ܕܗܘܐ ܡܢ ܕܪܫ ܐܬܬܥܝܠ ܩܢܘܡ ܕܡܢܗ
ܕܐܘܡܢܐ ܠܦܘܪܩܢܐ. ܐܣܟܡܐ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܒܬܚܬܝܬܐ ܕܡܬܚܡܨܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ.
ܡܦܘܚܬܐ ܕܝܢ ܗܝ ܕܗܘܬ ܐܝܟ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ ܟܕ
ܡܬܦܪܫܐ ܗܘܬ ܡܢ ܦܓܪܐ ܡܬܚܒܫܐ

do sunt: namque invidi et increduli caritatem fidemque oderunt; quod qui faciunt, hostes Dei constituuntur.

2. Quum vos itaque, fratres carissimi, homines invidos atque incredulos iustitiae hostes esse sciatis, ab his videlicet cavete: fidem caritatemque amplectimini, quarum ope salutem consecuti sunt quotquot ab orbis initio usque ad hodiernam diem sancti homines extiterunt. Caritatis autem fructum haud verbis tantum exserite, verum etiam operibus, id est pia propter Deum patientia. Ecce enim Dominus ipse suam erga nos caritatem ostendit, non verbis tantummodo sed etiam opere, quoniam semet pro salute nostra pretium tradidit. Praeterea nos haud quemadmodum mundus reliquus, verbo creati fuimus, sed simul opere. Quippe mundum unius verbi vi Deus fecit existere; nos tamen verbi pariter operisque efficaciâ produxit. Etenim Deo haud satis fuit dicere: faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram, sed opera verbum statim subsecuta est: nam sumpto de humo pulvere, hominem ex eo formavit, imagini suae similitudinique conformem, in eumque inspiravit vitae spiraculum, ut fieret Adam anima vivens.

3. Sed enim cum subinde homo errore suo se inclinasset ad mortem, necesse fuit ut illa forma denuo ad salutem ab eodem artifice suo reformaretur. Etenim forma quidem sub terra putris iacebat; verumtamen inspiratio illa, quae instar spiraculi vitae fuerat, corpore separata tene-

Digitized by Google

broso loco detinebatur, qui infernus vocitatur. Discidium ergo erat animae a corpore; illa ad inferos relegata, hoc in pulverem resoluto: magnumque erat intervallum, quominus invicem convenirent; quia carne soluta, corpus corrumpitur; ligata anima, cessat eius actio. Sicut enim tradito in vincula rege, ruit civitas; capto duce, dissipatur exercitus; gubernatore depulso, mergitur navigium; ita vinculis animae iniectis, corpus eius dilapsum est, ceu sine rege civitas; membra eius dissoluta, veluti fit in exercitu duce amisso, atque in mortem demersa, quod navi usuvenit gubernatore destitutae. Anima igitur hominem dirigebat, quamdiu corpus supererat; ceu rex urbem, dux exercitum, navim gubernator. Attamen ei regendo impotens fuit, ex quo ipsa immobiliter alligata fuit, atque in errorem demersa; propterea quod a recta via declinavit, tentatores sectata est, fornicationi, idolorum cultui, cruentis caedibus, operam dedit: quibus facinoribus proprium destruxit hominem. Sed ipsa demum in infernum delata, illic ab improbo tentatore detenta fuit. Ceteroquin illa, ceu rex lapsam urbem restituit, dux dispersum exercitum colligit, nauta fractam navim reparat; sic, inquam, anima corpori adhuc suppetias ferebat, ante quam illud in pulverem solveretur, nondum ipsa vinculis alligata. Sed postquam anima non materialibus vinculis, sed peccatis alligata fuit,

ܗܘܐ ܒܕܘܟܬܐ ܚܫܘܟܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܫܝܘܠ. ܐܬܦܪܫܘ ܗܘܘ ܕܝܢ ܡܚܕ̈ܕܐ.
ܢܦܫܐ ܒܫܝܘܠ ܘܦܓܪܐ. ܘܗܘܐ ܡܢ ܐܬܡܣܝܘܗܝ
ܗܘܐ ܐܫܬܪܝ ܒܥܦܪܐ. ܘܗܘܐ ܪܘܚܩܐ
ܪܒܐ. ܒܡܨܥܬܐ ܕܝܢ ܕܬܪܬܝܗܝܢ ܘܡܛܠ ܕܟܕ
ܕܢܦܫܐ ܐܣܝܪܐ. ܐܬܒܛܠ ܕܥܒܕܐ ܡܢ
ܢܦܫܘܗܝ ܟܕ ܐܬܒܛܠ. ܢܦܫܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܐܣܪܐ
ܟܕ ܐܬܐܣܪ. ܐܬܪܡܝܬ ܓܝܪ ܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܡܫܬܒܝܐ
ܡܕܒܪܢܐ ܡܬܒܕܪܐ. ܐܘ ܟܕ ܡܕܒܪܢܐ ܟܕ
ܡܬܐܣܪ ܡܫܬܪܝܐ ܡܬܒܕܪܐ. ܐܘ ܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܘܢܦܠ ܐܝܟܢܐ ܕܡܠܟܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܢܦܫܐ ܟܕ
ܐܬܐܣܪܬ. ܦܓܪܗ ܐܫܬܪܝ ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܐ
ܕܒܠܐ ܡܠܟܐ ܗܘܬ. ܗܕܡ̈ܘܗܝ ܐܝܟ ܡܫܪܝܬܐ
ܕܠܝܬ ܠܗ ܡܕܒܪܢܐ. ܘܛܒܥ ܒܡܘܬܐ ܐܝܟ
ܐܠܦܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܡܕܒܪܢܘܬܐ. ܡܕܒܪܐ
ܗܘܬ ܗܟܝܠ ܢܦܫܐ ܠܒܪܢܫܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܦܓܪܐ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܐܝܟ
ܡܕܒܪܢܐ ܕܡܫܪܝܬܐ. ܐܝܟ ܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܕܐܠܦܐ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ. ܕܬܕܒܪ ܠܒܪ
ܐܢܫܗ ܕܐܣܝܪܐ ܗܝ ܢܦܫܐ ܠܐ ܡܬܬܙܝܥܢܐܝܬ.
ܘܛܥܝܐ ܗܘܬ ܡܛܠ ܕܣܛܬ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܬܪܝܨܬܐ
ܒܬܪ ܢܣܘܝܐ ܐܙܠܬ. ܠܙܢܝܘܬܐ ܘܠܦܘܠܚܢ
ܦܬܟܪ̈ܐ ܘܠܫܦܝܟܘܬ ܕܡܐ. ܘܒܗܠܝܢ ܚܒܠܬ
ܠܒܪܢܫܐ ܕܝܠܗ. ܗܝ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܢܚܬܬ
ܠܫܝܘܠ. ܐܬܐܚܕܬ ܬܡܢ ܡܢ ܢܣܝܐ ܒܝܫܐ.
ܐܠܐ ܓܝܪ ܕܡܠܟܐ ܡܩܝܡ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܦܠܬ
ܘܡܕܒܪܢܐ ܡܟܢܫ ܡܫܪܝܬܐ ܕܐܬܒܕܪܬ
ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܬܩܢܐ ܐܠܦܐ ܕܐܬܒܪܬ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܢܦܫܐ ܡܥܕܪܐ ܗܘܬ
ܠܦܓܪܐ ܕܝܠܗ ܥܕܠܐ ܢܫܬܪܐ ܠܥܦܪܐ. ܟܕ ܗܝ
ܠܐ ܐܣܝܪܐ ܗܘܬ. ܡܢ ܕܐܣܝܪܐ ܕܝܢ ܢܦܫܐ

ܠܗ ܠܡܣܥܪܢܘܬܐ ܐܝܟ ܡܚܝܠܬܐ. ܡܫܬܒܩܐ
ܗܝ ܕܠܐ ܐܬܡܨܝܬ ܫܒܩܬ ܦܓܪܐ ܕܝܠܗ
ܗܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܗܝ ܐܬܕܚܩܬ
ܠܫܝܘܠ. ܗܘܬ ܟܘܒܫܐ ܠܡܘܬܐ. ܠܟܠܗܘܢ
ܕܝܢ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܗܘܬ ܡܫܬܒܣܪܢܝܬܐ ✤

ܟܕ ܐܢܫܐ ܢܦܩ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܠܐܬܪܐ ܗܢܐ.
ܐܝܟܐ ܕܥܘ̈ܠܐ ܘܠܙܢܝܘܬܐ ܙܢܝ̈ܘܬܐ ܘܢܐܦܘ̈ܬܐ
ܘܩܛ̈ܠܐ ܘܕܡ̈ܐ ܕܚܘ̈ܝܢ ܐܬܟܢܫܝܢ ܠܒܪܢܫܐ.
ܡܠܝܢ ܗܘ̈ܝ ܕܝܢ ܐܬܟܢܫܝܢ ܠܡܘܬܐ ܡܢ ܟܠ ܒܪܢܫܐ
ܐܬܟܢܫܘ. ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܢܚܣܦܘܢܝܗ.
ܐܝܟܢܘ ܗܘܐ ܡܚܝܠ ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܠܒܘܝܐܐ
ܘܠܐ ܡܥܕܪܢܘܬܐ. ܘܢܝܚܐ ܗܘܐ ܠܗ ܢܝܚܐ ܡܕܡ.
ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܛܒܐ ܒܪܢܫܐ. ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ.
ܐܠܐ ܗܘܐ ܚܒܝܫܐ ܗܘ ܠܡܝܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܝܢ
ܕܡܬܐܪܒܐ ܚܠܒܐ ܒܬܕܝܐ. ܐܝܟܐ ܘܠܐ ܡܕܡ
ܐܬܚܫܝ. ܐܠܐ ܕܝܢ ܡܬܪܒܐ ܒܥܠܝܡܘܬܐ.
ܐܝܟܐ ܐܦ ܗܘ ܡܬܢܬܪܝܢ ܐܝܟܢܘܗܝ ܡܫܢܐ
ܒܪܓܝܓܬܐ ܕܥܠܝܡܘܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܝܢ ܣܐܒ.
ܐܝܟܐ ܐܦ ܗܘ ܕܝܢ ܡܬܬܐܢܚ ܗܘܐ ܡܫܢܐ
ܡܣܒܪܬܐ ܘܡܫܢܐ ܣܘܟܝܘܗܝ ܕܡܘܬܐ. ܡܢܐ
ܕܝܢ ܐܚܪܝܢ ܣܒܝܘܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܣܘܟܝܗ
ܕܡܘܬܐ. ܒܪܡ ܡܬܘܒܠܘܢ ܡܝܬܝܢ ܗܘܘ
ܥܠ ܐܪܥܐ. ܥܠܝܡܐ ܥܡ ܣܒܐ. ܙܥܘܪܐ ܘܪܘܪܒܐ.
ܟܠܗܝܢ ܡܬܩܛܠܝܢ ܠܡܘܬܐ ܡܢ ܩܘܡܬܐ
ܕܦܓܪܐ. ܐܝܟܐ ܐܡܬܝ ܚܫܝܫ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ.
ܐܝܟܢܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܢ ܚܙܝܬܐ ܚܙܝܐ ܕܡܘܬܗ
ܕܒܪܢܫܐ. ܡܢ ܕܡܘܬܐ ܠܒܝܫܐ ܚܫܐ.
ܚܙܝܢܢ ܡܫܢܝܐ. ܐܦܐ ܚܫܘܟܐ. ܦܓܪܐ
ܡܝܬܐ. ܦܘܡܐ ܕܫܬܩ. ܓܠܕܐ ܩܪܝܪܐ.
ܥܝܢܐ ܕܡܫܬܩܢ. ܗܕܡܐ ܘܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ.
ܫܠܕܐ ܕܝܢ ܕܡܬܗ ܘܫܡܛܐ ܗܘܐ
ܠܐܪܥܐ. ܒܣܪܐ ܡܫܪܝܐ. ܥܪ̈ܩܐ ܩܪܝܪܐ.
ܓܪ̈ܡܐ ܝܒܝܫܐ. ܚܝ̈ܠܐ ܘܡܫܬܪܝܢ.

ideoque ad agendum facta impotens, tunc corpus suum in terra destituit, atque in infernum depressa, scabellum mortis effecta est, et cunctis despicabilis.

4. Exivit de paradiso homo ad eam regionem, quae iniustitiae, fornicationis, adulteriorum, cruentarumque caedium sentina erat, ubi etiam exitium nactus est: etenim omnia ad necem eius conspirarunt, et vix huc ingressum pessumdederunt. Carebat interim quolibet solatio homo, omnique ope et quiete. Quandonam enim bene homini fuit? Num materno in utero? Atqui ibi conclusus, parum a mortuo differebat. An dum sinûs lacte nutriretur? Ne tum quidem gaudium ullum persensit. An potius dum adolesceret? Atqui tunc maxime impendebant pericula, propter iuveniles cupiditates. Num denique dum senesceret? Enimvero tunc ingemiscere coepit, senii pondere pressus et mortis expectatione. Quid enim aliud senectus est, nisi mortis expectatio? Reapse terricolae omnes moriuntur, iuvenes ac seniores, parvuli adultique: nulla enim corporum statura a morte eximit. Cur ergo maerore tanto angitur homo? Nimirum mortis aspectus tristitiam parit: spectamus enim in homine extincto faciem mutatam, figuram emortuam, corpus macie constrictum, os taciturnum, frigidam cutem, oculos depressos, artus immotos, cadaver humi abiectum, carnes dilapsas, gelidas venas, ossa

albida, articulos resolutos, omnia in pulverem redigi, hominem diutius non existentem. Quid ergo homo est? Flos inquam temporarius, qui in materno sinu non apparet, iuventute vigescit, senio in mortem marcidus abit.

5. Age vero post hoc omne mortis servitium, et hominis corruptelam, visitavit Deus creaturam suam, quam ad imaginem similitudinemque propriam formaverat; idque egit, ne haec perpetuum mortis ludibrium foret. Misit ergo Deus de caelo incorporeum filium suum, ut in virgineo sinu carnem sumeret; atque ita aeque ac tu, homo factus est, ut hominem perditum salvificaret, eiusque omnia sparsa membra colligeret. Etenim Christus, dum hominem personae suae copulavit, id adunavit quod separatione corporis mors disperserat. Passus est Christus, ut nos aeternum vivamus. (1) « Secus enim » cur Christo moriendum erat? Num» quid morte dignum commiserat? » Cur carnem sibi induit, qui gloria » convestiebatur? Cumque Deus es» set, cur homo est factus? Et cum is » in caelo regnaret, cur in terram se » demisit, et in virginis utero incar» natus est? « Quaenam, oro, ne» cessitas Deum coëgit in terram » descendere, carnem adsumere,

ܘܪ̈ܓܠܐ ܦܫܝܪܐ ܘܒܪܢܫܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ.
ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܗܒܒܐ
ܕܙܒܢܐ ܐܡܪܢܐ. ܕܒܟܪܣܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ. ܘܒܛܠܝܘܬܐ
ܥܫܝܢܐ. ܒܣܝܒܘܬܐ ܡܬܡܣܟܠ
ܥܡ ܡܘܬܐ ✠

ܒܬܪ ܗܟܝܠ ܟܠܗ ܗܕܐ ܫܥܒܕܘܬܗ
ܕܡܘܬܐ ܘܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܕܒܪܢܫܐ. ܣܥܪ
ܐܠܗܐ ܠܒܪܝܬܗ ܕܒܪܐ ܒܨܠܡܗ
ܘܒܕܡܘܬܗ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܦ
ܥܒܕܗ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܡܓܚܟܐ ܕܡܘܬܐ ܐܡܝܢܐܝܬ.
ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܐ ܡܬܓܫܫܢܐ
ܕܢܠܒܫ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܦܓܪܐ. ܘܗܘܐ
ܒܪܢܫܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܟ. ܕܢܦܪܘܩ ܠܒܪܢܫܐ
ܕܐܒܝܕ ܗܘܐ. ܘܢܟܢܫ ܠܗܕܡܘܗܝ ܕܡܒܕܪܝܢ
ܗܘܘ. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܟܕ ܚܒܪ
ܡܘܬܐ ܟܕ ܦܠܓܗ ܠܒܪܢܫܐ. ܗܢܘܢ ܟܢܫ
ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܚܒܪܗ ܠܒܪܢܫܐ ܠܩܢܘܡܗ.
ܚܫ ܓܝܪ ܡܫܝܚܐ ܕܚܢܢ ܢܚܐ
ܠܥܠܡ. ܡܛܠ ܓܝܪ ܡܢܐ ܐܦ ܡܝܬ
ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. ܡܢܐ ܓܝܪ ܕܚܝܒ ܡܘܬܐ
ܥܒܕ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܠܒܫ ܦܓܪܐ.
ܗܘ ܓܝܪ ܕܡܬܥܛܦ ܗܘܐ ܫܘܒܚܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ
ܐܦ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܕܢܚܬ ܠܐܪܥܐ
ܘܐܬܒܛܢ ܒܒܬܘܠܬܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܡܠܟ
ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ. ܐܝܢܐ ܗܟܝܠ
ܐܠܨܐ ܗܘܐ ܕܐܠܗܐ ܢܚܘܬ ܠܐܪܥܐ

(1) Sequentia, quae uncis inclusimus, edita iam a nobis fuerant sub eiusdem Alexandri nomine in Spicilegii rom. tomo III. p. 699, inter excerpta patrum ex codice arabico vaticano 101, quo continetur opus celebre monophysiticum, cui est titulus *fides patrum*. Constat ergo sermonem hunc graece ab Alexandro conscriptum, postea non in syriacam tantummodo sed etiam in arabicam linguam fuisse translatum. Porro hoc Alexandri, et aliis aliorum patrum similibus testimoniis abutebantur Monophysitae, ut unicam Christi naturam adstruerent; quia videlicet idiomatum (ut theologi loquuntur) communicationem ignorantes vel negantes, res passionesque humanas, divinae naturae proprias faciebant, quam ipsi solam in Christo agnoscebant, absorpta guttae instar, ut aiebant, humanitate ab oceano veluti deitatis.

ܐܪܥܐ. ܘܢܬܟܪܟ. ܘܢܬܪܒܐ ܒܐܘܪܝܐ.
ܘܢܬܐܪܩܐ ܒܚܕܝܐ ܕܚܠܒܐ. ܘܢܩܒܠ ܡܢ
ܥܒܕܐ. ܘܢܬܬܠܐ ܒܙܩܝܦܐ. ܘܢܬܛܡܪ
ܒܐܪܥܐ. ܘܢܩܘܡ ܡܢ ܡܝ̈ܬܐ ܠܬܠܬܐ
ܝܘܡܝܢ. ܡܢܐ ܗܘ ܐܠܨܐ ܗܘܐ. ܡܚܘܝܐ
ܗܘ ܕܡܛܠ ܒܪܢܫܐ ܣܒܠ ܨܥܪܐ
ܕܒܗܘܢ ܒܪܢܫܐ ܢܦܪܘܩ ܘܐܝܟ
ܗܘܐ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܢܒܝܐ ܗܘܐ ܩܥܐ
ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ. ܕܣܝܒܪܬ ܐܝܟ ܡܚܒܠܐ. * Is. XIII. 8.
ܒܫܪܪܐ ܓܝܪ ܕܣܝܒܪ ܚܠܦܝܢ. ܟܐܒܐ
ܨܥܪܐ ܘܫܘܢܩܐ ܘܡܘܬܐ. ܐܦ ܓܝܪ ܘܩܒܘܪܬܐ
ܘܩܒܘܪܬܐ. ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ.
ܕܐܚܬܢܝ ܠܥܘܡܩܐ. ܡܢܘ ܗܘ ܕܐܚܬܗ. * Ion. II. 4.
ܥܡܐ ܥܘܠܐ. ܚܙܘ ܐܘ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܙܘ ܦܘܪܥܢܐ
ܕܦܪܥ ܐܝܣܪܐܝܠ. ܩܛܠܘܗܝ ܠܡܛܒܢܗܘܢ
ܕܛܒܬܗܘܢ. ܟܕ ܦܪܥ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ
ܛܒܬܐ. ܘܐܘܠܨܢܐ ܚܠܦ ܚܕܘܬܐ. ܘܡܘܬܐ
ܚܠܦ ܚܝܐ. ܠܗܘ ܓܝܪ ܕܡܩܝܡ ܗܘܐ
ܡܝ̈ܬܝܗܘܢ. ܘܚܓܝܪܐ ܗܘܐ ܡܚܠܡ ܗܘܐ.
ܘܓܪ̈ܒܐ ܗܘܐ ܡܕܟܐ ܗܘܐ. ܘܢܗܪ ܗܘܐ
ܠܥܘܝܪ̈ܝܗܘܢ. ܚܙܘ ܐܘ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܙܘ
ܐܦ ܟܠܟܘܢ ܥܡܡܐ. ܚܙܘ ܬܕܡܪ̈ܬܐ
ܚܕ̈ܬܐ. ܬܠܘ ܥܠ ܩܝܣܐ ܠܗܘ ܕܫܛܚ
ܐܪܥܐ ܒܣܕ̈ܐ ܩܒܥܘܗܝ. ܠܗܘ ܕܐܫܬܐܣ
ܥܠܡܐ. ܒܛܪܝܢܘܗܝ ܠܗܘ
ܕܟܪܟ ܫܡܝܐ. ܘܐܣܪܘܗܝ ܠܗܘ ܕܫܪܐ
ܚܛܗ̈ܐ. ܘܐܫܩܝܘܗܝ ܚܠܐ ܠܗܘ ܕܐܫܩܝ ܟܐܢܘܬܐ.
ܘܐܘܟܠܘܗܝ ܡܪܪܬܐ ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܚܝ̈ܐ.
ܘܚܒܠܘ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܘܪ̈ܓܠܘܗܝ ܠܗܘ ܕܐܣܝ
ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܘܪ̈ܓܠܝܗܘܢ. ܘܥܝ̈ܢܘܗܝ ܒܩܛܝܪܐ ܥܨܘ
ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܚܙܝܐ.

» panniculis in praesepi involvi, lactante sinu ali, baptismum a famulo suscipere, in crucem tolli, terreno sepulcro infodi, a mortuis tertia die resurgere? » Quaenam eum, inquam, necessitas compellebat? Satis exploratum est, opprobria illum, hominis gratia esse perpessum, ut eum morte expediret, et ore veluti prophetae exclamasse dicentem: pertuli tamquam parturiens *. Re sane vera pertulit pro nobis dolores, ignominiam, cruciatus, necemque ipsam ac sepulturam. Sic enim ipsemet per prophetam ait: descendere me fecit in profundum *. Quis porro eum descendere fecit? impius nimirum populus. Aspicite, o homines, aspicite quam fecerit Israhel remunerationem! Benefactorem suum interemit, malum pro bono reddens, pro gaudio adflictionem, pro vita necem! Ligno suffixum necaverunt eum qui illorum mortuos suscitaverat, claudos sanaverat, leprosos mundaverat, caecos illuminaverat. Aspicite, o homines, aspicite omnes populi, prodigia nova! Ligno eum suspenderunt, qui terram expandit: (1) clavis eum confixerunt, qui mundi fundamenta stabilivit: circumscripserunt eum qui caelum circumscripsit: vinxerunt illum, qui peccatores absolvit: aceto potaverunt illum, qui iustitiae potum praebuit; felle eum paverunt, qui vitae cibum obtulit: manus pedesque eius corruperunt, qui illorum manibus pedibusque medelam fecit: illius oculos vi claudendos curarunt, qui visum ipsis resti-

(1) Huc pertinet fragmentum quod Mocaffaeus, ut in monito dixi, ex Alexandri hoc sermone excerpsit.

tuerat: sepulcro eum tradiderunt, qui mortuos tum ante suam passionem tum etiam in cruce pendens suscitavit.

6. Etenim quum Dominus noster in cruce pateretur, monumenta dirupta sunt, patuit infernus, animae prosilierunt, mortui ad vitam sunt regressi, multique ex his visi sunt Hierosolymis, dum crucis mysterium perficiebatur: quo tempore Dominus noster mortem calcavit, inimicitiam dissolvit, fortes alligavit, crucisque trophaeum erexit, corpore suo in id sublato, ut corpus appareret sublime, mors autem sub carnis pede depressa. Tunc caelestes virtutes miratae sunt, angeli obstupuerunt, tremuere elementa, creatura omnis concussa est, dum mysterium novum spectaculumque terrificum in orbe editum cerneret. Plebs tamen universa mysterii inscia deridendo Christo exultabat; quamquam terra nutaret, quaterentur montes vallesque et pelagus, atque universa Dei creatura tumultu ferveret. Caeli luminaria expaverunt, sol fugit, luna disparuit, sidera lumen suum subtraxerunt, dies cessavit; templo excessit attonitus post velum discissum angelus, tenebrae tellurem obruerunt in qua Dominus eius oculos clauserat. Interim infernus luce splenduit, quoniam illuc astrum descendit. Ad inferos Dominus haud equidem corpore sed spiritu venit. Is videlicet operabatur ubique: etenim dum corpore mortuos suscitabat, spiritu animas liberabat. Nam corpore Domini nostri suffixo, sepulcra ut diximus aperta sunt, re-

ܘܡܩܝܡ ܗܘܐ ܡܝܬܐ ܩܕܡ ܕܢܚܫ. ܐܝܟܐ
ܕܐܦ ܟܕ ܬܠܐ ܥܠ ܙܩܝܦܐ ܀
ܟܕ ܓܝܪ ܡܪܢ ܚܫ ܗܘܐ ܒܙܩܝܦܐ ܐܬܦܬܚܘ
ܩܒܪܐ. ܘܐܬܦܬܚܬ ܫܝܘܠ. ܘܢܦܩܘ
ܢܦܫܬܐ. ܘܩܡܘ ܡܝܬܐ. ܘܐܬܚܙܝܘ ܣܓܝܐܐ
ܡܢ ܐܢܘܢ ܕܩܡܘ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ
ܡܫܬܡܠܝܐ ܗܘܐ ܐܪܙܗ ܕܨܠܝܒܐ. ܡܪܢ ܓܝܪ
ܕܫܗ ܠܡܘܬܐ. ܘܫܪܝܗ ܠܒܥܠܕܒܒܘܬܐ.
ܘܐܣܪܗ ܠܚܣܝܢܐ ܘܐܩܝܡ ܠܛܘܦܣܗ ܢܨܚܐ
ܕܨܠܝܒܐ. ܟܕ ܐܪܝܡ ܒܗ ܠܦܓܪܐ
ܕܝܠܗ. ܕܢܬܚܙܐ ܦܓܪܐ ܕܡܬܥܠܝ. ܘܡܘܬܐ
ܕܢܬܟܒܫ ܬܚܝܬ ܪܓܠܘܗܝ ܕܒܣܪܐ. ܗܝܕܝܢ
ܐܬܕܡܪܘ ܚܝܠܘܬܐ ܫܡܝܢܝܐ. ܘܡܠܐܟܐ ܐܬܬܗܪܘ.
ܘܐܣܛܘܟܣܐ ܐܬܙܝܥܘ. ܘܒܪܝܬܐ
ܕܟܠܗ ܟܕ ܚܙܬ ܐܪܙܐ ܚܕܬܐ. ܘܚܙܘܐ
ܘܗܘܝܐ ܕܒܐܪܥܐ. ܥܡܐ ܕܝܢ ܡܒܙܚ ܗܘܐ ܚܕܝܐ
ܗܘܐ. ܐܝܟ ܣܟܠܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܐܪܙܐ.
ܘܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܐܬܬܙܝܥܘ ܛܘܪܐ ܘܢܚܠܐ. ܝܡܐ
ܐܬܬܙܝܥ. ܐܬܕܠܚܬ ܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܘܐܬܥܪܒܠܬ.
ܘܬܘܗܘ ܢܗܝܪܐ ܕܫܡܝܐ. ܥܪܩ ܫܡܫܐ.
ܥܪܩ ܐܦ ܣܗܪܐ. ܟܘܟܒܐ ܐܬܟܢܫܘ. ܝܘܡܐ
ܟܠܐ ܫܠܡ. ܗܝܟܠܐ ܢܦܩ ܟܕ ܬܡܝܗ ܡܢ
ܒܬܪ ܕܐܨܛܪܝ ܐܦܝ ܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ.
ܚܫܘܟܐ ܟܣܝܗ ܠܐܪܥܐ ܕܒܗ ܥܡܨ ܥܝܢܘܗܝ
ܡܪܗ. ܫܝܘܠ ܕܝܢ ܢܗܪ ܒܢܘܗܪܐ. ܡܛܠ ܕܠܬܡܢ
ܢܚܬ ܟܘܟܒܐ. ܢܚܬ ܕܝܢ ܡܪܢ
ܠܫܝܘܠ ܠܐ ܒܦܓܪܐ. ܐܠܐ ܒܪܘܚܐ.
ܒܟܠ ܕܝܢ ܡܪܢ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܒܦܓܪܐ
ܓܝܪ ܡܩܝܡ ܗܘܐ ܡܝܬܐ. ܒܪܘܚܐ ܕܝܢ ܡܫܪܐ
ܗܘܐ ܠܢܦܫܬܐ ܡܢ ܫܝܘܠ. ܐܡܬܝ
ܓܝܪ ܕܐܬܩܒܥ ܗܘܐ ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ.
ܐܨܛܪܝܘ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܩܒܪܐ. ܘܐܬܦܬܚܬ
ܫܝܘܠ. ܘܡܝܬܐ ܢܦܩܘ ܗܘܘ.

ܡܛܠ ܢܦܫ̈ܬܐ ܠܥܠܡܐ ܡܫܬܪܝ̈ܢ ܗܘܝ. ܟܕ ܡܪܢ
ܟܒܫܗ ܠܫܝܘܠ. ܘܕܫܗ ܠܡܘܬܐ. ܘܒܗܬܗ
ܠܒܥܠܕܒܒܐ. ܢܦܫ̈ܬܐ ܡܢ ܢܦܩܝ
ܡܢ ܫܝܘܠ. ܡܝ̈ܬܐ ܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܀

ܚܙܘ ܗܟܝܠ ܕܟܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܚܝܠܗ ܕܡܘܬܗ.
ܟܠܗ̇ ܓܝܪ ܒܪܝܬܐ ܡܥܠܢܗ ܕܡܘܬܗ. ܐܦ ܠܐ
ܐܣܛܘܟܣܐ ܚܫܗ ܕܡܪܗܘܢ. ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ
ܦܓܪܗ. ܘܠܐ ܫܝܘܠ ܪܘܚܗ. ܟܠܗܝܢ
ܓܝܪ ܐܬܕܠܚ. ܘܟܠܗܝܢ ܐܬܬܙܝܥ ܒܚܫܗ
ܕܡܪܢ. ܐܝܟ ܡܪܢ ܕܠܥܙܪ ܩܪܐ. ܘܦܘܩܘ
ܡܝ̈ܬܐ ܡܢ ܩܒܪ̈ܝܟܘܢ. ܘܦܘܩܘ ܡܢ
ܓܘܠܫܝܟܘܢ. ܡܫܝܚܐ ܠܟܘܢ ܡܚܝܢ. ܐܢܐ
ܠܟܘܢ ܐܢܐ ܡܚܝܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܨܝܐ
ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܕܩܒܝܪ ܗܘܐ ܠܒܪ. ܐܠܐ ܚܘܣ
ܕܝܢ ܟܕ ܐܡܪܐ. ܘܩܥܬ ܗܘܬ ܒܥܘܠܝ ܡܢ
ܚܛܗ̈ܝ. ܐܥܠ ܠܝ ܡܢ ܪܘܓܙܐ. ܫܪܝܢܝ ܡܢ
ܠܘܛܬܐ ܚܠܦ ܕܩܒܠܬ ܕܡܐ ܕܙܕܝܩ̈ܐ ܘܦܓܪ̈ܐ
ܕܐܢܫ̈ܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܘܠܦܓܪܟ ܦܓܪܟ ܕܝܠܟ
ܟܣܝܬ. ܡܢܘ ܗܟܝܠ ܐܪܙܐ ܗܢܐ ܬܡܝܗܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ
ܡܪܝ ܢܚܬܬ ܠܐܪܥܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܒܪܢܫܐ
ܗܘ ܕܡܒܕܪ ܗܘܐ ܒܟܠ ܕܘܟ. ܒܟܠ ܕܘܟ
ܓܝܪ ܡܙܪܥ ܗܘܐ ܨܠܡܟ ܫܦܝܪܐ. ܐܠܐ ܠܝ
ܗܘ ܕܒܡܠܬܐ ܚܕܐ ܗܘܝܬ ܦܩܕ ܦܓܪ̈ܐ
ܡܢܝܢ ܗܘܘ ܡܬܩܝܡܝܢ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܝܬ
ܠܐܪܥܐ. ܘܒܥܝܬ ܗܕܡ̈ܐ ܕܓܒܝܠܬܟ. ܣܒ
ܒܪܢܫܟ. ܣܒ ܓܘܕܠܟ. ܣܒ ܨܠܡܟ.
ܘܐܕܡ ܠܐܕܡ. ܘܩܡ ܡܪܢ ܩܡ ܡܢ
ܡܝ̈ܬܐ ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܟܕ ܠܒܪܢܫܐ
ܠܝܕܥܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܘܩܡ
ܡܚܝܢܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܘܒܪܐ

clusus infernus, mortui vitam receperunt, animae in mundum sunt remissae; quia Dominus inferos vicerat, mortem calcaverat, hostem pudore suffuderat; ideoque animae ex inferis prodierunt, mortuique in terris apparuerunt.

7. Cernitis itaque quanta Christi mortis vis fuerit! siquidem neque creatura occasum eius aequo animo tulit, neque eiusdem passionem elementa, neque tellus eius corpus retinuit, neque infernus spiritum. Cuncta in Domini passione turbata fuerunt atque convulsa. Dominus, ut antea Lazaro, inclamavit: exite de vestris tumulis mortui vestrisque loculis: etenim ego Christus resurrectionem vobis communico. Tunc enimvero terra corpus Domini nostri sepultum diutius continere non potuit; sed indulge, Domine mi, exclamavit iniquitatibus meis, irae me exime, maledicto absolve, quod iustorum sanguinem exceperim, nec non corpora humana, tuumque ipsum corpus obruerim. Quale demum hoc est mirum mysterium? Cur, Domine, in terram descendisti, nisi propter hominem ubique terrarum dispersum? quandoquidem omni loco pulcra imago tua disseminata erat. Quod si tu vel una vocula imperasses, cuncta se ilico corpora coram te stitissent. Nunc quia in terram venisti, figmentique tui membra quaesisti, hominem tuum suscipe, depositum recipe, imaginem tuam Adamumque tuum recupera. Tunc Dominus tertia ab obitu die resurrexit, hominem ad Trinitatis cognitionem perducens.

Tunc omnes humani generis nationes per Christum salvae extiterunt. Unus iudicium subiit, millia plurima absoluta fuerunt. Ille autem homini quem salvaverat similis factus, in caeli culmen conscendit, patri haud aurum argentumve aut pretiosos lapides, sed hominem oblaturus quem ad imaginem similitudinemque suam formaverat: atque hunc pater sua dextera extollens, sublimi solio collocavit, et populorum iudicem fecit, angelicorum exercituum ducem, cherubinorum aurigam, verae Hierusalem filium, virginis sponsum, per omnia saecula saeculorum. Amen.

## ADDITAMENTUM IN CODICE CUM VARIA LECTIONE.

Igitur formam suam Deus visitare volens, quam ad imaginem ac similitudinem suam finxerat, postremis temporibus filium suum incorporeum unicumque in orbem terrarum misit, qui in virgineo sinu incarnatus, homo perfectus nasceretur, ut perditum hominem erigeret, dispersa eius membra recolligens. Secus enim, cur Christo moriendum fuit? Num ipse reus mortis erat? Cumque Deus esset, cur factus est homo? Cur ad terram descendit, qui in caelo regnabat? (1) « Quis Deum coëgit in terram se » demittere, de sancta virgine carnem sumere, » fasciis in praesepi involvi, lacte nutriri, in » Iordane baptizari, a populo illudi, ligno con» figi, in terrae sinu sepeliri, tertioque die ex » mortuis resurgere, redemptionis causa ani» mam dando pro anima, pro sanguine san» guinem, mortem pro morte obeundo? Nam » Christus moriens mortis debitum, cui homo » erat obnoxius, dissolvit. O novum myste» rium atque ineffabile! iudex iudicatus est: is » qui a peccatis absolvit, ligatus fuit: illusum » ei fuit, qui mundum formaverat; extensus (in » cruce) est, qui caelum extenderat: felle pa-

(1) Totus hic, quem virgulis distinguimus, locus extat, ut in monito diximus, ex eiusdem Alexandri nominatim sermone in arabicam linguam translato, apud nos Spicil. rom. T. III. p. 699. Et quidem nunc patet unum esse fragmentum, non autem in duo divisum, ut perperam fieri videbatur in codice arabico.

» stus ille est, qui manna cibi loco suppeditavit : sepulcro traditus, qui mortuos resuscitat. Obstupuere virtutes, mirati sunt angeli trepidarunt elementa, res creata universa concussa est, terra tremuit, eiusque fundamenta nutarunt : sol fugit, elementa subversa sunt, lux diurna recessit; quia Dominum suum crucifixum cernere non sustinuerunt. Creatura attonita dixit : quae est haec mysterii novitas? iudex iudicatur, et tacet; invisibilis cernitur, nec confunditur : capitur incomprehensibilis, nec indignatur : immensus mensura continetur, nec repugnat : impassibilis patitur, neque suam iniuriam ulciscitur : moritur immortalis, neque conqueritur : caelestis sepelitur, idque aequo animo fert. Quale hoc, inquam, mysterium est? Certe creatura stupore defigitur. » Cum autem Dominus de morte surrexit eamque conculcavit, cum fortem alligavit, hominemque liberavit, tunc omnis creatura propter Adamum mirata est iudicatum iudicem, visum invisibilem, passum impassibilem, mortuum immortalem, caelestem terra sepultum. Nam Dominus factus homo; damnatus est, ut misericordiam impertiretur; ligatus, ut solveret; comprehensus, ut liberaret; passus, ut passiones nostras sanaret; mortuus, ut vitam nobis redderet; sepultus, ut nos suscitaret. Etenim patiente Domino, passa est eius humanitas, quam similem homini habebat; atque illius passiones, qui ei similis erat, dissolvit; et moriens, mortem peremit. Idcirco in terram descendit, ut mortem persequens, rebellem hominum interfectricem occideret. Unus quippe iudicium subiit, myriades liberatae fuerunt : unus sepultus, myriades resurrexerunt. Hic est inter Deum et homines mediator : hic est omnium resurrectio et salus : hic est errantium dux, pastor hominum liberatorum, vita mortuorum, cherubinorum auriga, angelorum antesignanus, et rex regum; cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

*Timothei patriarchae alexandrini sermo quidam extat in codice arabico vat. CLXXII., ex graeco sine dubio translatus; quia numquam arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani schedis sumptam habes in nostro volumine IV. Script. vet. p. 312; non sine mendo tamen Timotheus ibi dicitur patriarcha alexandrinus XXII., cuiusmodi potius fuit Timotheus senior orthodoxus, cui successit Theophilus magni Cyrilli patruus. Iam vero quum in hoc sermone Timotheus Cyrillum patriarcham memoret, immo se diserte Dioscori successorem adfirmet, sequitur ut is sine dubio Timotheus Aelurus sit, impius ille ac turbulentus, concilii chalcedonensis osor, ut etiam inventum eius ab Anglis scriptum demonstrat, qui sedem alexandrinam semel et iterum occuparit. Hunc ego sermonem quum merito aliquo historico commendari viderem, nolui negligere, praesertim quia et alibi (Spicil. rom. T. III. p. 708.) eiusdem Timothei oratiunculam edidi, quam partim Cosmas quoque indopleusta non indignam excerpto putaverat. Ceterum quia nonnulla in hoc sermone fabulosa propemodum videbantur, aut minutiora, quae mihi certe festinanti iniucunda erant, partes eius nonnullas levi ut reor dispendio praetermisi.*

# TIMOTHEI ALEXANDRINI

## SERMO.

Sermo brevis quem dixit Timotheus Alexandriae patriarcha, de tempore quo magnum indictum fuit sanctum concilium, deque dedicatione magni monasterii sancti nostri patris Pachomii apud Fau, quod Dei voluntate, et Theodosio imperatore mandante aedificatum fuit a reverendo Poctore eremitarum praesule; quae dedicatio peracta fuit die quinta mensis athyr.

Hodie nobis adesto, o prophetarum vocalisissime, et seraphinorum spectator, qui olim clamasti dicens *: « in die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et planta * Domini iuxta terminum eius. » Recte prorsus, o propheta sancte, universo orbi nunciasti altare hoc Domini, supra quod animae nondum tum creatae attollendae erant atque offerendae. Cur tu cetera, quae primis mundi saeculis altaria extiterunt, non memorasti? Minime, inquit propheta, quia in illis bruta animalia immolabantur; verumtamen in hoc nostro verus Dei agnus offertur, qui mundi peccata tollit. Planta autem est monasterium hoc Domino aedificatum, propter famulum eius Pachomium, qui ibi adest, atque innumerabilium dicatarum Deo animarum turbam ibidem facit consistere. Is enim primus, iuxta apostolorum doctrinam communis vitae genus, seu contubernium, instituit; primus ipse, planta fuit, via, rector, ac legislator monasteriorum quotquot in orbe sunt. Nam quod verbum dixit prophetae Deus de hoc monasterio, idem patri nostro sancto Pachomio dictum fuit, nempe tibi fundamentum fore, et sine fine nomen gloriosum.

* Is. XIX. 19.

* Ita cod. heic et infra.

Nunc rem audite, carissimi, quam ego oculis vidi et manibus contrectavi. Quo tempore pater meus Cyrillus Alexandriae patriarcha erat, sanctus autem Poctor eremitas apud Taphnaiam regebat, illustris denique propheta Scianuthes eremitis aeque in Athriba monte praeerat; imperator Theodosius, hos ad concilium vocavit, quod insani Nestorii causa celebrandum curabat. Iam Poctor lectis, quas acceperat a sancto Cyrillo et ab Imperatore, litteris magnopere doluit, quia ante id tempus nulli ipse concilio interfuerat. Cunctis itaque convocatis fratribus ait: audite, fratres mei benedicti: vocat me ad concilium Imperator; vos interim institutum servate, in lege ac mandatis Domini ambulate, prout patres nostri iusserunt; et preces pro nobis fundite, ut nos Deus restituat vobis incolumes etc.

Quum vero ad patris nostri Scianuthae

monasterium sanctus Poctor venisset, ab illis monachis receptus, eisdemque comitantibus nave inscensa, Alexandriam descenderunt; quo ingressi, adventum suum sancto Cyrillo patriarchae nunciarunt, qui magnopere visis illis laetatus est, mutuisque osculis salutarunt. Porro et ipse negotiis expeditis, navim simul conscendit, quam Deo favente intra paucos dies Constantinopolim appulerunt: urbemque ingressi, extra palatii portam substiterunt, quasi abiectae conditionis homines, nemine invento qui Imperatorem de ipsorum adventu certiorem faceret. Interim elato supercilio Imperatorem frequenter adibat Nestorius, opibus suis fidens: donec infimum quendam, qui Imperatorem adibat, cernens Poctor, rogavit ut sibi admissionem a principe impetraret: quo reapse rem significante, mandavit Imperator ad se homines introduci; quibus conspectis, de sella consurgens osculum dedit, iussitque secum sedere; hique vicissim Imperatori regnoque eius benedixerunt.

Deinde Imperator introductis ad se sancto patriarcha Cyrillo et sancto Scianuthe, reverenter cum iis de fide verba fecit, aitque se illos ad hoc concilium vocasse, ut Nestorii negotium atque dieta examinarent. Interim, venerandi patres, apud me esse sinite reverendum Poctorem; vos vero, episcopi, cum Nestorio Ephesi congregemini, qua ex urbe actiones vestras synodicas ac disputationes ad me mittetis, quarum mihi reverendus Poctor explanator erit. Tunc Poctori Imperator palatii partem tamquam eius suique monasterii propriam adsignavit. Sanctus vero Cyrillus cum Scianuthe ad concilium prout Imperator iusserat perrexerunt; ibique multis exantlatis laboribus, Nestorium impium excommunicarunt Deo volente, faventibus sancti Poctoris precibus, Christi demum praecipuo auxilio. Tum sanctus Poctor operam dedit ut Imperator Nestorium exulem relegaret in Aegyptum in loco cui nomen Sansalge; quem ille incoluit, donec ulceribus blasphemiae eius adversus Christum dominum vindicibus, horrenda morte periit.

Post haec postulavit ab Imperatore sanctus Poctor, ut sibi opem conferret ob aedificandam apud suum monasterium amplam ecclesiam, quae regni eius monumentum esset; quandoquidem aula, inquit, in qua fratres orantes conveniunt, angusta est. Item petiit arcem fieri adversus barbaros munimentum; agrum quoque sibi dari serendis oleribus, quia his unice fratres vescerentur: fossam denique circumduci, et in platea palaestram effici. Cui annuens Imperator *etc. Sequitur aedificationis descriptio; post quam sic pergit narratio.* Aedificio incepto, liminibusque superioribus positis atque columnis, mortuus est religiosus imperator Theodosius; cui Marcianus successit; eratque eo tempore magna fames, et in ecclesia perturbatio. Tunc in exilium pulso patriarcha (Dioscoro) apparuit sancto Poctori angelus Domini, monuitque ut sumpto pane, patriarcham inviseret, et moerentem cum filiis suis solaretur. Sine mora igitur ad exulis patriarchae stationem accessit; eoque salutato, postea de more venit ad metropolim: cui illic demortuo datus est successor in monasterio Mardarius. Deinde vita excessit reverendissimus pater meus Dioscorus in exilio; cuius me successorem, meritis licet contrariis, in sede alexandrina crearunt. Exin obiit imperator Marcianus, regnavitque post eum Leo; moxque intra paucos dies ecclesiae tempestas quievit.

Sanctus autem senex Mardarius ecclesiae aedificium absolvit die xx. mensis thoth; neque Alexandriam tantummodo venit, nobisque rem significavit, verum etiam Constantinopolim usque ad Imperatorem perrexit, quem ita adfatus est: en Deo tuaque maiestate favente, templo coronidem imposuimus, quod imp. Theodosii iussu, et sancti Poctoris cura coeptum fuerat.

Iubeat ergo dominus noster Imperator consecrari templum in nomine patris nostri ac prophetae Pachomii. Cui Imperator: redi, inquit, ad monasterium tuum, et dedicationi necessaria para; nam patriarchas ad illam peragendam ipse mittam *etc. Sequitur rei minuta narratio. Episcopi adfuisse dicuntur DCCCXXIV., quos inter ipse Timotheus; monachi sex mille, praeter alios monachos bis mille et trecentos, quos Mardarius ex suis XXIV. monasteriis evocaverat; hique omnes sacram corporis Christi communionem biduo suscepisse dicuntur. Dedicatio denique cum missarum sollemniis die 25. mensis athyr peracta fuit. Quae diffusius in sermone dicta, partim etiam incredibilia (praesertim quia Timotheus haereticus monophysita angelorum et Christi colloquiis se honoratum iactat) a nobis omissa fuerunt.*

*Ex Anastasio presbytero apud nos Script. vet. T. VII. p. 35.*

1. Timotheus Aelurus, hostis ille veritatis, in epistola ad Leonem imp. scripta per Diomedem silentiarium ait. – Trinitatem enim agnosco perfectam, consubstantialem, gloria et aeternitate omnino inter se aequalem. Ita enim beati quoque CCCXVIII. patres apud Nicaeam congregati docuerunt: pariterque de ipsius domini ac servatoris nostri Iesu Christi incarnatione.

α'. Τιμόθεος Αἴλουρος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ἐν τῇ γραφείσῃ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολῇ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα διὰ τοῦ σελεντιαρίου Διομήδους ἔφη. — Τριάδα γὰρ οἶδα τελείαν, ὁμοούσιον, τῇ δόξῃ καὶ τῇ ἀϊδιότητι οὐδὲν ἑαυτῆς πλέον ἢ ἔλαττον ἔχουσαν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν Νικαίων οἱ μακάριοι πατέρες τιη' ἐδίδαξαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

*Tum in epistola Iustiniani imp. tom. cit. p. 304. et 305. sic impie Timotheus loquitur.*

2. Timotheus octavo capitulo libri tertii, quem Chersone scripsit. – Christi vero natura, sola deitas est, quamquam ille incarnatus est. Denuo Timotheus blasphemus in antirrheticorum sermonum suorum secundo sic ait. – Non enim naturae rationem tenet, Dei Verbi incarnatio, sed oeconomiae supernaturalis a Deo patratae ex communi humanaque nostra natura seu substantia. Quam ob rem Christus et connaturalis et homogeneus et consubstantialis nobis dicitur secundum oeconomiae rationem, sive ex muliere nativitatem. Neque tamen natura vel substantia alicuius communis hominis appellatum fuit umquam immaculatum nobisque homogeneum Dei Verbi corpus.

β'. Τιμόθεος ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, ὅπερ ἐν Χέρσωνι συνέγραψε. — Φύσις ἡ Χριστοῦ μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται. Πάλιν Τιμόθεος ὁ βλάσφημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀντιῤῥητικῶν αὐτοῦ λόγων, οὕτως λέγει. — Οὐ γὰρ φύσεως ἔχει λόγον ἡ τοῦ θεοῦ λόγου σάρκωσις, ἀλλ' οἰκονομίας ὑπὲρ φύσιν πραττομένης ὑπὸ θεοῦ ἐκ μὲν τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἡμῶν φύσεως ἤτοι οὐσίας· διὸ καὶ ὁμοφυὴς καὶ ὁμογενὴς καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν λέγεται κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἤτοι τὴν ἐκ γυναικὸς γέννησιν· οὔτε δὲ φύσις οὔτε οὐσία κοινοῦ τινὸς ἀνθρώπου προσηγόρευται πώποτε τὸ ἄχραντον καὶ ὁμογενὲς ἡμῖν σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου.

3. Rursus Timotheus quarto suo dicti tertii libri capitulo haec ait. – Demonstrent nobis diphysitae duarum Christi naturarum differentiam, quam ipsi dicunt, si certe queunt.

γ'. Πάλιν Τιμόθεος καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ τοῦ εἰρημένου τρίτου βιβλίου λέγει τάδε. — Δείξωσιν ἡμῖν διφυσῖται τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ διαφορὰν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, εἰ δύνανται.

Digitized by Google

δ'. Καὶ πάλιν Τιμόθεος ὁ αἱρετικὸς προβάλλεται προφητικὴν ῥῆσιν λέγουσαν οὕτως· " ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ κύριος ὁ θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ *. " Εἶτα κακῶς ταῦτα ἐξηγούμενος ἐπάγει. – Αὐτὸς οὖν δι' ἑαυτοῦ ἀπήγγειλεν τοῖς ἀνθρώποις· τοῦτον ἰδὼν ὁ ἥλιος ἔδυ μεσημβρίᾳ· ἀλλ' οὐκ ἐδέχετο τοῦτο δι' ἀνθρώπου γενέσθαι, ἤτοι διὰ φύσεως ἀνθρωπίνης· ἢ γὰρ ἂν πάντη τε καὶ παντελῶς ἔλυεν τὴν παρθενίαν ἡ ἀνθρώπου φύσις· εἰ γὰρ ἦν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν καὶ νόμον ὁ μέλλων ἀποτελεῖσθαι ἄνθρωπος ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου, οὐκ ἂν ἐτέχθη ἐξ αὐτῆς, εἰ μὴ πρῶτον τῆς παρθενίας λυθείσης.

* Amos IV. 13.

4. Adhuc Timotheus haereticus, propheticum hoc dictum recitat: « annuncians hominibus Christum suum, et dominus Deus omnipotens nomen illi. » Dein prave id explanans addit. – Ipse ergo per semet nunciavit hominibus. Hunc videns sol, in meridie occidit. Verumtamen id hominis causa, seu propter humanam naturam, non evenisset. Praeter quam quod virginitatem omnino violavisset hominis natura. Nam si homo naturaliter communi lege fuisset, qui in virginis utero homo formandus erat, profecto haud inde editus partu fuisset, nisi soluta antes virginitate.

*Ex Leontio apud nos Script. vet. T. VII. p. 138.*

ε'. Τιμοθέου τοῦ αἰλούρου τοῦ αἱρετικοῦ τοῦ μονοφυσίτου, ἐκ τῆς πρὸς τὸν ἀλεξανδρέα Καλώνυμον διαλέξεως. – Κύριλλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος· οὗτος γὰρ διαφόρως τὸ σοφὸν τῆς ὀρθοδοξίας διαρθρώσας κήρυγμα, παλίμβολος φανεὶς, τἀναντία δογματίσας ἐλέγχεται· ἐπεὶ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην χρῆν λέγειν ὑποθέμενος, ἀναλύει τὸ ὑπ' αὐτοῦ δογματισθὲν, καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύων ἁλίσκεται (1)· καὶ τὸν γε σαρκὶ παθεῖν τὸν θεὸν ἀποφηνάμενος λόγον, τοὐναντίον φησὶν οὐδενὶ τρόπῳ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι πάθος· ἀλλ' ἐναντίος τοῖς οἰκείοις λόγοις γενόμενος, τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δυσδιάλλακτον μάχην ἐνέσπειρε, καὶ ὥσπερ τινα φλόγα λαβροτάτην ἐξάψας, τὸν τῆς ὑγιοῦς πίστεως λόγον ἐνέπρησεν· εἰ μὴ θεόθεν φανεὶς ὁ πατριάρχης Σεβῆρος (2) τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἰάσατο Κυρίλλου τὸ ἄστατον καὶ παλίμβολον, καθάπερ τις φιλοπάτωρ υἱὸς λώβην τοῦ φύσαντος οἰκείοις ἐσθήμασιν ἀμφιάσας.

Timothei Aeluri haeretici monophysitae, ex eius cum alexandrino Calonymo dialogo. – Cyrillus est Alexandrinorum episcopus. Hic dum multifariam orthodoxiae doctrinam explicans, inconstantem se praebet, contraria dogmata tradere coarguitur: qui postquam unam pronunciavit dici debere Dei Verbi incarnatam naturam, mox dogma suum dissolvit, ac duas in Christo naturas profiteri deprehenditur. Qui carne passum Dei Verbum declaraverat, postea contra ait, nullatenus illud excepisse pro nobis passionem. Sic ergo dictis ipse suis contradicens, hanc grassantem in ecclesiis vixque placabilem pugnam sevit; vehemente veluti flamma, sanae fidei doctrinam incendens. Nisi demum divinitus apparens Severus patriarcha sacris scriptis suis inconstantiam volubilitatemque Cyrilli sanavisset: ceu quidam amans filius, dedecus parentis sui veste propria contegens.

(1) Cyrillum duas saepe Christi naturas adfirmavisse, nos quoque ostendimus in nuper editis eius opusculis. Sed bene est, quod ipsi quoque Monophysitae hanc Cyrilli sententiam in eiusdem scriptis agnoverint.

(2) Quoniam Severum patriarcham nominat Timotheus, hic quidem Aelurus, ut perperam in titulo dicitur, esse nequit, qui pluribus ante Severi patriarchatum annis obiit. Est ergo hic potius Timotheus III, aeque haereticus qui iuniori Dioscoro successit, habuitque hospitem vel familiarem Alexandriae Severum, et cuius etiam disputatio quaedam a Liberato cap. 19. memoratur.

Digitized by Google

# DE MARTYRIO PATRIARCHA ANTIOCHENO

## MONITUM.

*Inter varios sancti Iohannis chrysostomi vitae scriptores, quidam est graecus Anonymus a Savilio in octavo editionis suae tomo vulgatus, quem tamen postremus Chrysostomi editor Montfauconius, quamquam stilo non invenustum, recudere noluit, quia nihil fere ab eo ad maiorem argumenti notitiam conferri putavit. Attamen hoc novum neque levis momenti in illo erat, notante etiam Montfauconio, quod nomina ·XIX· auctorum recitabat, a quibus res gestae Chrysostomi commendatae litteris fuerunt: atque hos inter antiochenum patriarcham Martyrium ponebat; ad quem Anonymi locum Bollandiani (die 14. septembris T. IV. p. 406. col. 2.) sic commentantur: » floruit Martyrius saeculo V. et consequenter satis propinquus erat temporibus Chrysostomi ad gesta ipsius » recte enarranda; sed nihil scriptorum eius innotuit. » Ego vero memineram me ante complures annos videre in Leonis Allatii schedis vallicellianis scriptum breve Martyrii de vita Chrysostomi: nunc autem, ne rivulum omisso fonte consectarer, codicem mihi notum vaticanum inspexi (unde Allatius quoque ut puto exscripsit) antiquum, miscellum, ubi inter cetera hanc Martyrii pretiosam gemmulam reperi cum eo titulo quem in fronte editionis recito. Hoc ega viso titulo, statim agnovi, non historiam proprie seu biographiam Chrysostomi, sed panegyricum a Martyria scriptum, quod neque nonnulli alii fecerunt ab illo Anonymo memorati, v. gr. Proclus, et Ioh. damascenus, qui orationibus, quas prae manibus habemus, Chrysostomum celebraverunt. Nihilominus auctoritate Martyrii permotus, qui coaevus Chrysostomo fuit, et codicis etiam raritati timens, qui cum fortasse sit unicus, pereunte eo, Martyrius simul periret, nolui mihi prorsus elabi edendi hoc scriptum occasionem; etsi ut dicit titulus, atque ipse textus demonstrat, nonnisi pars postrema laudationis est.*

*Ad Martyrii aetatem quod adtinet, Boschius (Patr. antioch. n. XLIII.) aliique historici factum eum patriarcham observant circa annum 459, decessisse autem anno 471. Ergo quia Chrysostomus haud ultra annum 407. vitam produxit, sequitur ut Martyrius adalescens admodum Chrysostomo obeunte fuerit. Atqui in laudatione n. 4. adhuc quadammodo Martyrius dubitat num reapse extinctus esset Chrysostomus, an alicubi a persecutoribus occultatus; ergo orationem hanc sine dubio longe ante episcopatum suum scripsit Martyrius; quamquam is in titulo et nunc et olim episcopi nomen gerit, ut auctoribus operum post adeptos honores passim accidit. Ceteroqui causa pubitandi de sancti viri obitu, non tam re aliqua probabili nitebatur, quam piorum amantium desiderio diutino sustentabatur, qui talem episcopum ac parentem, si fieri posset, obiisse nolebant, deque eo rumores varios inani expectatione serebant quasi in angulis scythicis adhuc viveret; veluti exempli causa gens Lusitana de Sebastiani regis in proelio africano occisione diutissime dubitavit. Illud seria animadvertendum est, quod Martyrius quidam constantinopolitanus diaconus Romam ad Innocentium pro Chrysostomi causa venit (Montf. vit. Chrys. p. 154.) Utrum tamen idem homo fuerit, qui antiochenam postea cathedram occupavit, mihi non satis liquet.*

*Pars haec, quam nos comperimus, panegyrici extrema, versatur ut par erat in extremis sanctissimi viri rebus, eiusque veluti martyrium celebrat, propter iniustissimam improborum hominum persecutionem. Hominem nullum nominatim appellat auctor, ut de viventibus potentibusque fieri solet, sed eos tamen claris satis coloribus designat, praecipueque senem Arsacium et Atticum, Chrysostomi ambos contra canonicam regulam successores. Sed in Atticum gravissime invehitur, quem alioqui passim historiae denotant ambitiosum, versipellem, vafrum, quemque Palladius in dialogo de vita Chrys. cap. XI. omnium adversus Chrysostomum molitionum dicit artificem. Et quia Atticus post adversarii sui obitum, nullum lapidem non movebat, praesertim adsentationibus et pecuniae diribitione, ut mortales omnes in suam partem traheret, ab hac Martyrius pace et communione valde alienum se dicit, ceterosque omnes deterret: in qua sane discordia diu consentientes habuit tum orientales tum etiam occidentales episcopos, nec non ipsam romanam sedem, quae nonnisi aegre seroque Atticum ad communionem suam recepit.*

### ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

## SANCTI PATRIS NOSTRI MARTYRII

### EPISCOPI ANTIOCHIAE

EX LAUDATIONE IN SANCTUM PATREM NOSTRUM IOHANNEM CHRYSOSTOMUM ARCHIEPISCOPUM CONSTANTINOPOLEOS.

α'. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἡμᾶς τοῦ πατρὸς ὁ καιρὸς καλεῖ· μαρτύριον στεφανοῦν μὲν τὸν πατέρα δι' αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ἀνακηρύττον δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ πάνσοφόν τε καὶ εὐμήχανον καὶ δυνατὸν εἰς τὸ πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν· τὸ γὰρ εὔχεσθαι μὲν τὸν ἅγιον καταξιωθῆναι τοῦ τοιούτου στεφάνου, τὸν καιρὸν δὲ τοῦτο μὴ ἔχειν, τῆς μὲν ἀσεβείας ἀπεληλαμένης, τῆς εὐσεβείας δὲ ἐκτεταμένης κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης· τρόπον δέ τινα εὑρεθῆναι μαρτυρίου τοιοῦτον, ὅνπερ ἄνδρες αὐτῶν προβάτων περικείμενοι δορὰς ἄκοντες ἐξήνυσαν, πῶς οὐχὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τε καὶ ἰσχύος εἶναι τοῦτο ἔργον, πιστευτέον ὀφείλει; πῶς οὖν αὐτῷ καὶ οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη;

β'. Ἐν τούτοις οἷς ἔφην τῶν πραγμάτων ἁπάντων, ὑπεξίσταται μὲν ὁ γέρων (1) τῆς ζωῆς ἑκατέρας· ἐν ταύτῃ μὲν, ἐκείνης· σὺν ἐκείνῃ δὲ, ταύτης. Γίνεται δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ δι' ἐκείνου τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα εἶναι πράττων ἅπαντα· οἰόμενος μὲν λανθάνειν, λεληθὼς δὲ οὐδένα· οὗτος οὖν τοῖς ἀνοήτοις γλυκύς τε ὢν καὶ πιθανὸς καὶ κολακείας γέμων, πείθων τε ἅπαντας, μηδὲν εἶναι ὧν ἐποίησε τότε, δέον ὀμνύναι μηδὲν εἰδέναι ὧν ἐλάλησε τότε, ὁ ἀθηναῖος δαίμων, τῆς ἀττικῆς δεισιδαιμονίας τὸ σύμβολον (2)· οὗτος

1. Sed iam tempus nos vocat ad patris martyrium; martyrium, inquam, quod patrem quidem ipsâ rei naturâ coronat, Dei vero summam sapientiam potentiamque depraedicat, qui utilitatem ex noxiis extundere novit. Etenim quum vir sanctus hac se corona dignum haberi percuperet, neque id tamen tempora concederent, postquam impius cultus depulsus fuit, vera autem religio totum orbem occupavit; martyrii genus quoddam adinvenire, quod ei homines ovina pelle induti, vellent nollent, inferrent, nonne divinae sapientiae potentiaeque opus credendum est? Quomodo igitur haec ei corona contexta fuit?

2. In hoc medio, ut dixi, rerum cursu, ex utraque vita decedit senex; is qui in hac vita illam amiserat; et una cum illa hanc amisit. Fitque post eum (episcopus) ille, qui per illum ea quae sibi placuerat cuncta fecerat; putans quidem latêre, neminem tamen latens. Hic ergo stultis gratus, et blandus atque adsentatione redundans, cunctis persuadens nihil iam superesse eorum quae tunc fecerat; cum iurare opus esset nihil eorum scire quae tunc diceret, atheniensis nempe daemon, atticae superstitionis symbolum; hic, inquam, du-

(1) Arsacius, ut reor, qui decrepita aetate datus fuerat Chrysostomo successor.

(2) Suspicor denotari hoc loco Atticum, qui Arsacio successit, vivente adhuc Chrysostomo; ideoque obtrusus contra fas erat. Attici artes, quibus ad Chrysostomi exitium connisus est, eiusque dissimulatio

plici fama audita percellebatur, primo de sancti viri factis egregiis, quae in deserto etiam constitutus patrabat, plurimas hominum animas ex barbarorum manibus redimens paucis illis ac pauperculis quae ei supererant facultatibus; alias autem diaboli laqueis eripiens, ea quam sibi labore et Dei beneficio comparaverat eloquentia; partim denique fame et exilio adflictos sanctae viduae nutriens cibariis; monasteria quin etiam condens in regionibus caede et rapina vivere solitis; quae omnia, universam quoque Antiochiae civitatem ad eum transferebant. Deinde commovebatur iustissimo Romanorum iudicio, qui magna congregata episcoporum multitudine, volebant ilico omnes tanto numero grandique impensa Constantinopolim sine mora venire pacis studio impulsi; sed tamen paucis aliquot censuerunt antea committendum negotium; et quinque electos decreto episcopos, duosque ex magna Roma presbyteros, una cum illis qui hinc ad Romanos profecti erant episcopis, miserunt; nihil aliud ab imperatore petituros, quam synodi celebrandae decretique eo super negotio condendi facultatem, nec non synodi tempus ac modum.

3. Quum itaque se cerneret (Atticus) tamquam grandi fluctu his auditis utrimque obrui; et illum (Chrysostomum) quidem ad summum virtutis culmen gloriaeque elatum, hos autem instantes, et synodum omnino necessariam dicentes, atque ita censentem etiam imperatoris maiorem

διπλῇ πληγεὶς ἀκοῇ, τοῦτο μὲν, τῶν τοῦ ἁγίου κατορθωμάτων ὧν εἰργάζετο, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενος, ψυχὰς μυρίας τὰς μὲν ἐκ τῶν βαρβαρικῶν ἐξωνούμενος χειρῶν (1), οἷς εἶχε μικροῖς καὶ πενιχροῖς χρήμασι· τὰς δὲ ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου βρόχων ἀνασπῶν οἷς εἶχε πλουσίως πόνῳ καὶ χάριτι κτηθεῖσι λόγοις· ἑτέρους λιμῷ καὶ φυγῇ πολεμουμένους τῇ τῆς ἁγίας χήρας (2) διατρέφων ἀλεύροις· μοναστήριά τε φυτεύων ἐν φόνοις καὶ ἁρπαγαῖς συνεκτραφείσαις χώραις, ἅπερ ἅπαντα μικροῦ καὶ τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἅπασαν μετῴκισεν ὡς αὐτόν (3). Τοῦτο δὲ καὶ τῆς Ῥωμαίων ὀρθοτάτης κρίσεως οἱ συναγαγόντες ἐπισκόπων πλῆθος (4), ἐβούλοντο μὲν ἄφνω πάντες πολλοί τε ὄντες καὶ μεγάλῳ τῷ βίῳ δραμεῖν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου τῇ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίᾳ, βέλτιον εἶναι ὀλίγοις ᾠήθησαν πρότερον ἐπιτρέψαι τὸ πρᾶγμα, καὶ πέντε ἐπισκόπους ἐπιλέκτους (5) ψηφισάμενοι, δύο τε πρεσβυτέρους ἐκ τῆς μεγάλης Ῥώμης, σὺν τοῖς ἐνθένδε ὡς αὐτοὺς πρεσβευσαμένοις ἐπισκόποις ἐκπέμπουσι, μηδὲν ἕτερον αἰτήσοντας τὸν βασιλέα, ἢ συνόδου τε ἐπιτροπὴν καὶ ὅρον ἐν τῷ πράγματι, καιρόν τε τῇ συνόδῳ καὶ τρόπον.

γ'. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὥσπερ ὑπὸ τρικυμίας τῆς * ἐν ἑκατέροις ἀκοῆς περιαντλούμενον· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ μεῖζον ὕψος αἰρόμενον ἀρετῆς τε καὶ δόξης, τοὺς δὲ ἐνισταμένους, καὶ πᾶσαν εἶναι φάσκοντας ἀνάγκην τοῦ γενέσθαι σύνοδον· ταῦτά τε βεβουλευμένον, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἄνω

* cod. τοῖς.

et falsa esse ex historicis satis constat. Dicere autem videtur Martyrius atheniensem paulo tectius, ne diceret Atticum, quem utpote praepotentem, et archiepiscopali dignitate sublimem nominare metuebat. Ceteroqui Atticus oriundus erat Sebaste urbe Armeniae, et ex clero constantinopolitano adsumptus ad cathedram. Malet itaque fortasse aliquis, me quidem haud contradicturo, intelligere Athenaidem, sive Eudociam augustam, Leontii atheniensis philosophi filiam, deinde ex ethnica, Attico nostro erudiente et baptizante christianam, anno 421, quo Theodosio imp. nupsit.

(1) Sozomenus lib. VIII. 27. aliique narrant patrata in exilio a Chrysostomo egregia opera.

(2) Intellige Olympiadem ex Nebridio viduam, cuius opes ad manus sancti viri delatae, in pauperes et captivos redundabant.

(3) Antiochia praesertim civi suo favebat Chrysostomo, cuius uberrimae eloquentiae toties plauserat. Ad Antiochenos prope innumeras misit ab exilio sanctus vir epistolas, ut dicitur in eius vita.

(4) Intelligit concilium romanum sub Innocentio pro causa Chrysostomi.

(5) Horum nomina leguntur apud Palladium dialog. cap. IV.

τὸν ἀδελφὸν (1) αὐτοῦ τούτου, τί ποιεῖ; τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ὃν πρὸ βραχέος εἶπον, ὑπεισελθὼν στρατηγὸν (2), πείθει τοὺς μὲν ἐκπέμψαι σὺν ἀτιμίᾳ ὡς ἂν ἀλλοτρίας ἐπιβεβηκότας ἀρχῆς· τοὺς δὲ ἐνθένδε τῆς αὐτῶν δεηθέντας βοηθείας, ὡς τὴν ἐνθάδε ὑβρισαμένους βασιλείαν τε καὶ κρίσιν, ἐπὶ τὴν ὑπερορίαν μεταστῆσαι (3)· αὐτῷ δὲ τῷ ἁγίῳ τρόπον ἐπινοῆσαι τελευτῆς χαλεπώτατον, ἣν οὐ σίδηρος ἐποίησεν, ἀλλ' ἡ πολὺ τοῦ σιδήρου χαλεπωτέρα ἀπαγωγή τε μακρὰ καὶ νόσος συνεζευγμένη φυσικῇ σώματος ἀσθενείᾳ· καὶ ταῦτα ὁμοῦ ἐβουλεύσαντο, καὶ τὸ ἔργον εἵπετο· καὶ τά τε κατὰ τοὺς ἄλλους, ὃν εἶπεν ἐκεῖνος εἶχε τρόπον· καὶ τότε πρῶτον κατεπατεῖτο νόμος ὁ περὶ τῶν πρέσβεων ἱερέων, περὶ εἰρήνης τε ἐκκλησιαστικῆς καὶ ὁμονοίας κοινῆς πρεσβευομένων.

δ'. Καὶ αὖθις τὴν ταχίστην ἐκπέμπονται δήμιοι θυμῷ τε καὶ ἡλικίᾳ ζέοντες, ἔρωτί τε λήμματος καιόμενοι, ὃν αὐτοῖς ὑπέφηνε τὸ τοῦ πράγματος κέρδος, ἐπὶ τὸ τὸν δίκαιον ἀνελεῖν ὃν ἂν βούλοιντο τρόπον· οἳ καὶ ἐπανελθόντες, τὴν μὲν τελευτὴν τοῦ πατρὸς ἀπαγγελόντες κατεμήνυσαν, τὸν δὲ ταύτης τρόπον λέγοντες ἄλλον ἄλλος· ἡμᾶς τί περὶ αὐτῆς ἀκόλουθον ἐννοεῖν, οὐ πείθουσιν· ὡς ἄρα ἀνελόντες αὐτὸν ἐκβοῆσαι τὸ πρᾶγμα δεδοίκασιν, ἢ κατακρύψαντες αὐτὸν ἐπανῆλθον, τῇ περὶ τοῦ θανάτου φήμῃ τὸ φίλτρον περὶ αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκλύσοντες· εἰ μὲν οὖν ἔτι περίεστιν (4), ὀψόμεθα ποτὲ αὐτὸν ἀδελφοὶ, κατὰ τὸν Ἰωσὴφ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον, καὶ σιτοδοτοῦντα πᾶσι τὴν πνευματικὴν τροφήν· εἰ δὲ ὄντως ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν μετέστη ζωὴν, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον ἐπανέδραμε Χριστὸν, ἔχομεν πρεσβεύοντα ὑπὲρ ἡμῶν μάρτυρα. Δεξάμενος δὲ οὗτοσὶ (Ἀττικὸς) τὴν ποθητὴν

fratrem; quid agit? illum adiens, quem paulo ante appellavi, inimicum ecclesiae ducem, suadet ei ut occidentales quidem episcopos, utpote in alienam ditionem ingressos, cum ignominia expellat; nostros autem qui Romanorum auxilium imploraverant, ceu qui imperium nostrum iudiciumque laesissent, in exilium mitteret; ipsi autem sancto viro mortis genus asperrimum adinveniret, quam non ferrum inferret, sed ferro multo molestior in longinquam regionem abductio, et morbus physicae corporis imbecillitati coniunctus. Haec duo illi simul deliberarunt, et opera subsecuta est. Et quod quidem ad alios adtinet, res eum quem ille voluit exitum nacta est: tuncque primum legatorum episcoporum ius conculcatum fuit, et quidem pacis ecclesiasticae causa et universalis concordiae missorum.

4. Ecce autem statim mittuntur carnifices iuvenili furore ardentes, et lucri amore inflammati, quod eis rei occasio spondebat, iustum virum ea qua vellent ratione occidendi. Hique postea reversi de patris obitu nuncium attulerunt, cuius modum alii aliter enarrabant. Nobis certe quid de illo obitu sentiendum sit, non persuadent; utrum illo interfecto, rem publice edicere timeant; an eo alicubi occultato redierint, fama de eius obitu didita, ut populi erga eum studium sedarent. Certe si ille adhuc superest, nos qui sumus eius fratres videbimus aliquando Iosephum in throno sedentem, et spiritalem alimoniam cunctis praebentem. Sin is reapse ad veram vitam migravit, atque ad exoptatum Christum perrexit, habemus pro nobis intercessorem martyrem. Hoc accepto sibi grato nuncio (Atticus,) voluptate augens corporis tu-

(1) Dicit Honorium imp., cuius vehementes litterae ad fratrem Arcadium de tota illa tragoedia in causa Chrysostomi extant etiam tomo III. operum p. 524.

(2) Erat hic Valerianus militaris dux, vel Optatus urbis praefectus, de quorum alterutro Martyrius in parte laudationis amissa dixerat. De his in vita Chrysostomi.

(3) Lege Palladium cap. XX, nec non citatas Honorii imp. litteras.

(4) Vult adhuc dubitare Martyrius de Chrysostomi obitu. Certe supra dixit, suspicari se eum alicubi a custodibus fuisse occultatum. Sed de hac re iam dixi in praevio monito.

miditatem, induta benignitatis specie, coepit per omnes concursare; fovere ac delenire sermone, quos opere laniaverat; pecuniam indigentibus aut poscentibus dare, genibus eorum advolvi ac supplicare, quibus nihil aliud praebere se posse credebat; rogans nempe ut iustum adversus se odium omitterent, et iniqua secum amicitia coirent.

5. Ego vero ipsum sic libenter alloquerer: o tyranne, videris enim mihi, propter ea quae agis, hac appellatione gaudere; qua oculorum audacia medicinam adfers vulneribus quae ipse fecisti? vel quomodo pro tuo adulandi more, idcirco antea iniurius fuisti, ut deinde haberes in quo artem tuam exerceres? haud aliter quam si quis medicus plurimarum herbarum emplastrum sinistra gerens, dextera interim manu hominem clava perculeret: diceretque: bono animo esto, carissime; nam medela mihi in manibus est. At enim, recte admodum ille responderet: o pessime, cur mihi medelae necessitatem imponis? Cur autem tibi infirmi corporis curam committam, qui sanum cum inveneris, tam male adfecisti? Mihi ergo videntur illi homines, qui propter beati viri obitum, ad horum communionem accedunt, et eos pridem ad caedem impulisse; atque id posteros omnes docere, cuiusmodi in hac vita multos existere facile accidit, ut cum voluerint iustum hominem expellere, et cum calamitas aliqua oves disperserit, protinus illum interficiant, ut eodem excidio irretiant ovile. Quid ais, o homo? Non communicasti hactenus propter iniquitatem, nunc post caedem communicas, quasi caedes iniquitatem purgaverit? Num Iezabelem usque ad vineae rapinam odisti, postquam autem illa Nabuthem interfecit, quasi hic viveret, odium

ἀκοὴν, καὶ προσθεὶς ἡδονὴν τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ, φιλανθρωπίαν ἐνδὺς, ἤρξατο περιτρέχειν ἅπαντας, ἀλείφειν τε καὶ θεραπεύειν λόγοις, οὓς κατέτεμεν ἔργοις, ἀργύριόν τε τοῖς δεομένοις διδόναι, γονάτων τε ἅπτεσθαι καὶ προκυλινδεῖσθαι, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἔχειν ἐπέπειστο παρέχειν· ἀξιῶν λῦσαι μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν δικαίαν, τὴν δὲ ἀθέμιτον ἐκείνην ὑπεισελθεῖν φιλίαν (1).

έ. Ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν εἶπον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὦ τύραννε, φαίνῃ γάρ μοι δι' ὧν ἐγχειρεῖς ἥδεσθαι τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, ποίοις ὀφθαλμοῖς προσφέρεις φάρμακα τραύμασιν οἷς εἰργάσω; ἢ κολακεύειν εἰδὼς, διὰ τοῦτο ἐλύπησας πρότερον, ἵνα ἔχῃς ὅπου χρήσῃ τῇ τέχνῃ; ταυτὸν ποιῶν οἷον ἂν εἴ τις ἰατρὸς βοτάνας συναγαγὼν μυρίας, καὶ καταδύσας ῥακίῳ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ εὐωνύμῳ φέροι χειρὶ, τῇ δεξιᾷ δὲ ἄνδρα ῥοπάλῳ παίων, λέγοι πρὸς αὐτόν· ὦ φίλτατε, θάρσει· καὶ γὰρ μετὰ χεῖρας ἔχω τὴν θεραπείαν· ἀλλ' εἶπεν ἂν ἐκεῖνος δικαίως· ὦ κάκιστε, τί γὰρ κατασκευάζεις τῷ φαρμάκῳ τὴν χρείαν; πῶς δέ σοι τὴν ἰατρείαν ἐμπιστεύσω σώματος ἠσθενηκότος, ὅπερ ὑγιὲς λαβὼν, οὕτως ἀθλίως διέθηκας; ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν οἱ διὰ τὴν κοίμησιν τοῦ μακαρίου τῇ κοινωνίᾳ προσιόντες τῇ τούτων, πάλαι (2) αὐτοὺς ἐπὶ τὸν φόνον ὠθεῖν, διδάσκειν τε τοὺς μετὰ ταῦτα ἅπαντας, εἰκὸς δὲ πολλοὺς ὡς ἐν τοιούτῳ βίῳ, διαχθήσεσθαι τοιούτους, ἵν' ὅταν θέλωσιν ἀπελάσαι δίκαιον, καὶ λυπήσαν τὸ πρᾶγμα (3) διασπείρῃ τὰ πρόβατα, ταχέως αὐτὸν ἀνέλωσιν, ὥστε τῇ ἀναιρέσει συναχθῆναι τὰ ποίμνια. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ ἐκοινώνεις διὰ τὴν ἀδικίαν, καὶ κοινωνεῖς μετὰ τὸν φόνον, ὥσπερ τοῦ φόνου ἀποσμήξαντος ἐκείνην; ἢ καὶ τὴν Ἰεζάβελ μέχρι τῆς τοῦ Ναβουθὲ ἀμπελῶνος ἁρπαγῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσεις, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἀνεῖλε, τῇ ζωῇ ἐκείνου τὸ πρὸς ταύτην συγκατέλυσας μῖσος; τί

(1) Agit Martyrius de artificiis Attici, qui conciliandis favitoribus, gratiaque captanda, episcopatum sibi confirmare satagebat. Tyrannum vocat, id est alieni throni usurpatorem, quia praecipuus Chrysostomi eversor Atticus fuit. Pallad. cap. XI. Atticum gravissime accusat Tillemontius monum. hist. eccl. T. XII, p. 416. et seqq. Defendere nituntur Boschius loc. cit. et Bollandiani ad diem 8. ianuarii.

(2) An fortasse pro πάλιν? Tunc dicas: *et eos rursus ad caedem impellere.*

(3) Num pro λυπήσαντες ποιμένα, διασπεῖραι etc.?

οὖν ἔχομεν, φησὶ, ποιῆσαι, τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος; τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ δικαίαν κρίσιν περιμεῖναι· πάντως δὲ ἔσται, καὶ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω· οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων τέλος περικλείειν εἴωθεν ὁ δεσπότης· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀπογνώσεως φιλεῖ τῶν τοιούτων τὰ προοίμια ποιεῖσθαι· καὶ τούτων ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν τὴν μαρτυρίαν παρέξομαι.

ς΄. Κατέφαγε ποτὲ τὸν Ἰωσὴφ θηρίον πονηρὸν, τῷ τῶν ἀδελφῶν παρὰ τῷ πατρὶ λόγῳ· τούτους τὸ μὲν εἰπόντας, τὸ δὲ ἐργασαμένους, ὑποχειρίους εἶχε, καὶ προσκυνοῦντας ἑώρα, τὸ σύγκριμα τῶν παλαιῶν δεχομένους ἐνυπνίων· καὶ μετὰ τὴν πιστευθεῖσαν παρὰ τῷ πατρὶ τελευτὴν, βασιλικοῖς ὀχήμασι τῷ πενθήσαντι συνήντα· πάλιν αὐτὸς οὗτος ἀποθανὼν Ἰωσὴφ, τὴν συγγένειαν ἅπασαν εἰς πολυάνθρωπον ἐκταθεῖσαν ἀριθμὸν, δουλεύειν δουλείαν χαλεπὴν Αἰγυπτίοις εἴασεν· ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, οὐδεὶς ἰσραηλίτης γέγονεν αἰγύπτιος, ἀλλὰ μικρὸν * ὑπομείναντες ἐν τῇ δουλείᾳ χρόνον, διὰ τοῦ Μωϋσέως εἰς περιφανεστάτην ἐλευθερίαν ἀνέδραμον· καὶ οἷς οὐδὲ ἀναπνεῖν πρότερον ἀπὸ τῶν μόχθων ἐξῆν, ὕστερον ἅπασα ἡ κτίσις ἐδούλευε· τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ βαδίζουσι μὲν αὐτοῖς τὴν θάλασσαν ἠπειρώσαντος· διψῶσι δὲ, τὴν ἔρημόν τε καὶ ἄνυδρον πελαγίσαντος· τροφῆς δὲ ὀρεγομένοις, ἄρτον οὐρανογεώργητον ὕσαντος· τούτων αὖθις οὐ πόλιν, οὐκ ἀγορὰν, οὐκ οἰκήματα ἐχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου τῆς πολλῆς ἀγελαζομένων, ὁ δημαγωγὸς Μωϋσῆς προστίθεται πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ· τί οὖν ἔδει ποιεῖν τοὺς δι' αὐτοῦ τὴν τῆς ἐπαγγελίας προσδοκῶντας ἀπολήψεσθαι κληρονομίαν; πάλιν εἰς Αἴγυπτον ἀναδραμεῖν ἀπογνόντας, εἰπέ μοι; ἀλλ' ἐγέλασεν ἂν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν Ἰησοῦς ὁ τὸ τοῦ Μωϋσέως ἐκδεξάμενος ἔργον, καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων τειχήρεις πόλεις αἱρῶν, νῦν μὲν σαλπίγγων ἤχῳ, νῦν δὲ τῇ προσδοκίᾳ τῆς παρουσίας μόνῃ, ἐνίους δὲ ὁρῶν καὶ σοφισμάτων δεηθέντας * πρὸς τὸ τῆς αὐτοδουλείας ὑπεισελθεῖν τὸν ζυγόν.

* Num pro μακρὸν?

* Gabaonitas dicit.

scelestae feminae remisisti? Quid ergo agemus, aiunt, mortuo iam homine? Expectare, inquam, oportet iustum Christi iudicium, quod quidem sine dubio eventurum, nemo ambigat: etenim haud humanae vitae terminis, rerum quoque finem concludere Dominus solet: contra potius ab ipsa rerum desperatione initium sumere; id quod divinarum scripturarum testimonio confirmabo.

6. Devoraverat olim Iosephum mala fera, prout fratrum apud patrem adfirmabat oratio. Iam vero hos qui aliter dixerant, aliter egerant, subditos habuit Iosephus, seque adorantes conspexit, et somniorum veterum interpretationem expertos. Ipse autem post creditam a patre necem, regiis curribus lugenti occurrit. Mox hic idem Iosephus moriens, universam suam cognationem, magno numero iam auctam, durum Aegyptiis servitium servituram reliquit. Neque tamen propter eius obitum quisquam israelita factus est aegyptius, sed aliquanto perferentes servitium tempore, Moysis opera in splendidissimam libertatem vindicati fuerunt: et qui antea ne respirare quidem sub laboribus poterant, deinde eis universa creatura servivit: dum videlicet benignus Deus gressibus eorum mare tamquam terram exhibuit: sitientibus, deserta et inaquosa loca pelagus effecit: cibi cupidis, panem in caelis elaboratum depluit. His porro neque urbem, neque forum neque domos adhuc habentibus, sed in vasta eremo gregis instar adhuc versantibus, dux populi Moyses ad patres suos apponitur. Quid ergo his agendum erat, qui per Moysem promissam expectabant capere hereditatem? Num in Aegyptum, dic mihi, desperatione redeundum? At certe illorum stultitiam risisset Moysis in munere successor Iosue, qui alienigenarum urbes moenibus communitas cepit, modo tubarum sonitu, modo expectatione tantummodo vel praesentia: denique et nonnullos vidit artificiosa fraude utentes, ut spontaneae servitutis iugum subirent.

7. Elias aliquando aiebat, solum se relictum (qui Deo serviret), moxque reperit centum prophetas in speluncis viventes; audivitque Dominum sibi dicentem: reliqua mihi feci sex milia hominum, qui genu Baali non flexerunt. Postremo ipse curru illo conscenso, igneisque alis in caelum volans, Elisaeum habuit, qui in se Eliam repraesentavit, immo maior interdum visus est, prout ipse optavit. Sine dubio nunc quoque latet alicubi Elisaeus, qui patris melotem sustulit. Quid, oro, si tu illa aetate vixisses, qua Servator apparuit; atque ita cum apostolis versans, illum quidem crucifixum vidisses, crucifixores autem te invitantes audisses et assentando dicentes, omnia morte necessario finiri; num ad apostolos, dic sodes, accedens hortatus eos esses, ut Caipham convenirent, actam rem laudarent, dexteram illam christicidam oscularentur? Sine dubio hoc illis non persuasisses: tu vero hoc facto Spiritus dono temet privasses, et innumeris illis bonis, quae nec oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quae videlicet crucifixi donavit nobis benignitas.

8. Quae quum ita sint, ne nunc quidem desperare licet, fratres, de Dei auxilio. Sed necessario dicenda nobis sunt verba priscorum adolescentium illorum, videlicet: brevi tempore vicissitudinem patiamur, quia est Deus in caelis, qui iniquos punire valet, nostrum autem gregem protegere. Profecto si nihil aliud, certe cunctis hominibus exploratum esto, nullam fore interfectis hominibus cum interfectoribus communionem. Et ne illi quidem sacrificio adstare patiemur, quod cor peragit caedi nostrae adhuc inhians, lingua item et manus quae iusti viri et filiorum eius sanguine rubet. Sed tu interim, admirande pater, intende, et prospere procede, ac regna, et in regalem Christi aulam conscende.

ζʹ. Ἠλίας ἔλεγε μὲν ποτὲ καταλελεῖφθαι μόνος, εὕρισκε δὲ προφήτας ἐν τοῖς σπηλαίοις ἑκατὸν τρεφομένους· καὶ τοῦ δεσπότου δὲ λέγοντος ἤκουεν, ὅτι κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκλιναν γόνυ τῷ Βάαλ· * ὕστερον δὲ ἐπιβὰς αὐτὸς τοῦ ζεύγους ἐκείνου, καὶ πυρὸς πτεροῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν δραμὼν, τὸν Ἐλισσαῖον εἶχε δεικνύντα ἐν αὐτῷ τὸν Ἠλίαν, καί τισι καὶ πλέον· * τοῦτο γὰρ ἐπεθύμει· πάντως που καὶ νῦν Ἐλισσαῖος κρύπτεται, τὴν τοῦ πατρὸς μηλωτὴν ἐκδεχόμενος· τί δὲ, εἰπέ μοι, εἰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας ἐγεγόνεις, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις συνὼν, τὸν μὲν ἑώρας σταυρούμενον, τοὺς δὲ τοῦτον πήξαντας, καλοῦντας τὲ εἶχες, καὶ κολακευόντων ἤκουες, λεγόντων τὲ ὅτι μετὰ θάνατον ἅπαντα ἀνάγκη λελύσθαι τὰ πράγματα, ἆρα ἂν προσελθὼν τοῖς ἀποστόλοις, εἰπέ μοι. πείθειν ἐπεχείρεις προσδραμεῖν τὲ τῷ Καϊάφᾳ καὶ ἐπαινεῖσθαι τὸ ἔργον, καὶ φιλῆσαι δεξιὰν τὴν χριστοκτόνον ἐκείνην; ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐδαμῶς ἂν ἔπεισας· σαυτὸν δὲ, τοῦτο ποιήσας, τῆς τε τοῦ πνεύματος ἀπεστέρεις χορηγίας, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἅπερ ἡ τοῦ σταυρωθέντος ἡμῖν ἐχαρίσατο φιλανθρωπία.

ηʹ. Ὥστε καὶ νῦν ἀπογινώσκειν μὲν οὐδαμῶς ὅσιον, ἀδελφοὶ, τῆς θεοῦ τῆς ἀντιλήψεως· ἐπιλέγειν δὲ αὐτοῖς ἀναγκαῖον τὰ ῥήματα τῶν παλαιῶν παίδων ἐκείνων· μικρὸν ὑπαλλάξαντες (1), ὅτι ἐστὶ θεὸς ἐν οὐρανοῖς, ὃς ἐστιν ἱκανὸς τιμωρὸς μὲν γενέσθαι τοῖς ἀδίκοις, προστάτης δὲ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης· καὶ ἐὰν μή. γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι οὐδεμία ἔσται κοινωνία φονευθεῖσιν ἀνθρώποις μετὰ τῶν ἀνελόντων· οὐδὲ ἀνεξόμεθα προσιέναι θυσίᾳ (2), ἣν ἐποίησε καρδία μὲν ἔτι καθ' ἡμῶν φονῶσα, γλῶττα δὲ καὶ χεὶρ τὰ τοῦ δικαίου τὲ καὶ τῶν ἐκείνου παίδων αἵματι πεφοινιγμένη· * ἀλλ' ὦ θαυμάσιε πάτερ, ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε *. καὶ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἐπίβαινε τοῦ Χριστοῦ.

* III Reg. XIX. 18.

* IV. Reg. II. 9.

* cod. πεφοινιγμένων.

* Ps XLIV. 5.

(1) II. Machab. VII. 14. μεταλλάσσοντα, pro quo fortasse heic dicitur ὑπαλλάξαντες.

(2) Intelligit communionem in divinis, id est in sacra liturgia, cum adversariis Chrysostomi.

*Quaerenti mihi in vaticanis codicibus, numquid praeterea reliquiarum Martyrii extaret, nihil aliud interim occurrit, nisi breve sed non contemnendum fragmentum in chronico inedito Georgii Hamartoli cod. vat. f. 176. forte fortuna relatum; quod idem accidit insigni S. Cyrilli contra eunuchos invectioni, in hoc nuper volumine p. 494-497. typis commendatae. Libenter itaque hanc item Martyrii de re gravi et morali particulam lectoribus meis obiiciam; cuius argumenti homiliam quandam habemus etiam inter cyrillianas opp. T. V. part. 2. p. 404.*

## EIUSDEM MARTYRII PATRIARCHAE ANTIOCHENI

### FRAGMENTUM DE ANIMAE EXITU.

Μαρτύριος Ἀντιοχείας ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ (1) φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωριζομένης μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, εὐθὺς προσαπαντῶσιν αὐτῇ καὶ ἀγγελικαὶ δυνάμεις ἀγαθαὶ, καὶ δαιμόνων στίφος πονηρότατον, ἵνα πρὸς τὴν ποιότητα τῶν ἔργων ὧν ἔπραξε πονηρῶν τε καὶ ἀγαθῶν, ἐπὶ τοὺς ἀξίους τόπους ἢ οὗτοι ἢ ἐκεῖνοι ταύτην ἀποκομίσωσι, φυλαχθησομένην ἕως τελευταίας ἡμέρας (2), καθ' ἣν εἰς κρίσιν παραστησόμεθα πάντες, καὶ ἢ εἰς αἰώνιον ζωήν τε καὶ ἀνάπαυσιν, ἢ εἰς τὴν ἀπέραντον φλόγα τοῦ πυρὸς ἀπαχθησόμεθα· ὅπερ ὁ Θεὸς βουλόμενος ὑποδεῖξαι διά τινος τύπου σωματικοῦ, παρεσκεύασεν ἐν τῇ τοῦ Μωϋσέως τελευτῇ φανῆναι τὸν ἀρχάγγελον Μιχαὴλ διακρινόμενον περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ· καὶ τὸν πονηρὸν ἀντιπράττοντα δαίμονα, καὶ τοῦτον τὸν Μιχαὴλ ἀγαθὸν ἄγγελον ὄντα προσυπαντῆσαι καὶ ἀποσοβῆσαι· καὶ μὴ ἐξουσιαστικῶς ἐπιτιμῆσαι, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ τῶν ὅλων παραχωρῆσαι τῆς κατ' ἐκείνου κρίσεως· ὅπως διὰ τούτων μάθωμεν, ὡς ἔστι τις ἀγωνία ταῖς ψυχαῖς μετὰ τὴν ἔξοδον· καὶ ὅτι χρὴ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἑτοιμάζεσθαι πρὸς τὸ τῆς ἀγγελικῆς ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν συμμαχίας, τῶν δαιμόνων καθ' ἡμῶν ἐπιβριζόντων φθονερῶς καὶ πικρῶς εἰς ἅπαν.

Martyrius Antiochiae patriarcha in eadem epistola ait. Etenim cum a corpore separatur anima, in exitu ab hac vita, ilico fiunt obviam ei tum angelicae bonae potestates, tum etiam daemonum pessimus globus, ut pro operum quae egit qualitate, sive malorum sive bonorum ad condignas sedes vel hi vel illi eam deducant, custodiendam illic usque ad extremum diem, quo ad iudicium cuncti praesentabimur, ut vel in aeternam vitam ac requiem, vel in incessabilem ignis flammam abducamur. Quam rem Deus volens corporali aliqua figura ostendere, dedit operam ut in Moysis obitu archangelus Michaël cerneretur altercans de illius corpore, malo daemone contra nitente; quem bonus angelus Michaël repugnans dispelleret: neque tamen imperative obiurgaret, sed omnium Domino iudicium eius reservaret. Nempe ut hinc cognoscamus, quamdam accidere animabus luctam, post excessum; atque oportere bonis operibus nosmet comparare ad angelicum auxilium impetrandum, invide et acerbissime frementibus eo tempore contra nos daemonibus.

(1) Praecedit in codice testimonium ex epistola Iudae v. 9. Num ergo Martyrius ad eam epistolam commentatur? Tunc sane melius scriberetur εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιστολήν. An vero potius pars est alicuius epistolae Martyrii ipsius fragmentum hoc?

(2) Donec scilicet suscitatum corpus cum anima iudicetur. Alioqui vides a Martyrio statim post obitum adsignari animae diversas pro diversitate operum sedes. Et quidem in praecedentis panegyrici clausula idem Martyrius noster Ioh. chrysostomum post obitum sine mora in caelos subvectum anguratur et censet. Quod aedepol Graecorum multorum, praesertim hodiernorum, vulgarem errorem castigat, de praemio poenave animarum usque ad generalem resurrectionem differendis.

## MONITUM.

*Dogmaticum de Christi baptismo sermonem, nomine Gregorii antiocheni presbyteri (et deinde patriarchae ab anno Christi 570, usque ad 593, sedente Romae Gregorio PP. magno) verissime inscriptum vidi his annis in vetusto codice vat. ottob. 85, graeceque edidi, ut suo denique auctori praeclarum scriptum vindicarem, quod alius codex ex Graecia in Angliam invectus Chrysostomo attribuerat, repugnante apprime cl. Montfauconio, cui fuit Chrysostomum edenti oblatus, neque tamen verum auctorem ullatenus divinante. Porro re nunc demum comperto, alius insuper mihi occurrit eiusdem Gregorii sermo, praedicti optimus et veracissimus testis, de eodem argumento, sed in latina tantummodo vetere interpretatione. Scilicet graeci sermonis initio dicit Gregorius se praecedente die dominico alium habuisse ad populum sermonem de Christi baptismate, quo opere peracto, illo aeterni patris verba audita caelitus fuerunt: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Verumtamen dicta illa parte sermonis, quae erat de baptismo, horam concioni definitam vetuisse narrat, quominus longius progrederetur, ideoque de ambone, imperfecto quasi argumento, descendisse: sed nunc demum nova habito concione, ad rem propositam absolvendam accedere. Hinc ergo mihi exploratum fiebat, extitisse priorem quoque illum Gregorii sermonem, quem cum in graecis bibliothecae vaticanae codicibus non reperissem, in latinis nuper insperato nactus sum, nempe in vat. codica homiliarum pervetusto litteris langobardicis scripto, sub num. 4222. p. 92. b. cum praefixo titulo* sermo sancti Gregorii presbyteri Antiochiae. *Latini tamen interpretis nomen non apparet, quamquam leviter suspicor Anastasium esse bibliothecarium, tum quia oratio humilis et iniucunda illius calamum redolet, tum quia scriptis graecis huiusce generis ad latinam linguam transferendis multam dedisse operam Anastasium scimus. Certe qui graecum Sophronium ab Anastasio translatum legerit apud nos Spicil. rom. T. III, is interpretem haud minus rustice graecissantem comperiet. Libenter ego tamen latinum hunc sermonem ex codice descripsi; graecum autem alterum merito subiungendum iudicavi, cum interpretatione mea: nam quod olim dixi, extare eius veterem translationem in codicibus vatt., paulo aliter esse comperi, nempe non huius, sed prioris sermonis latinum ibi latere interpretem, quem nunc luce donamus. In Gregorii antiocheni patriarchae mortuali anno conclusit historiam suam Evagrius. Denique sermonem illius in mulieres unguentiferas ad Christi tumulum edidit Combefisius in Auctario T. I.*

# S. GREGORII PRESBYTERI ANTIOCHIAE

## DE BAPTISMO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

### SERMO EX ANTIQUO INTERPRETE.

1. Viri amatores Christi, dilectorum
* ita cod fratrum atque hospitalitatis * vice, meam suscipite linguam, et hodie aures vestras, seu ianuas aperientes, in eas meum recondite sermonem. Unusquisque mentibus salubrem praedicationem reponite. Pro eo quod in Iordanem mersus est salvator noster Christus, diligamus eum quantum nobis condescendit, epulemurque ei avidis animabus. Bona enim est in salutaribus negotiis aviditas. Et venite omnes: a Galilaea in Iudaeam comitemur Christum; beatus enim est qui comitatur cum via vitae. Venite mentis vestrae pedibus, et baptizandum Dominum videamus, qui baptismo non indiget, ut baptismi nobis gratiam condonet. Venite conspiciamus nostrae regenerationis imaginem depictam in illis laticibus. *Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo* *. O quanta Domini humilitas! o * Matth. III. 13.
quanta condescensio! Rex caelorum ad Iohannem suum praecursorem currebat. Non commovens angelorum exercitum, nec praecursores praemittens incorporeas virtutes, sed simplex sic militari habitu ad suum militem advenit. Et sicut unus ex multis, cum multis eum adiit: connumerat se iudex cum reis: aggregat se perditis ovibus pastor bonus, qui propter errantem ovem e cae-

lis descendens, caelos non dereliquit. Conmiscuit se zizaniis caeleste triticum.

2. Videns igitur eum Iohannes baptista, et agnoscens eum quem ex utero suae matris agnoverat, adoravit. Et diligenter*, intelligens eum illum esse, pro quo in utero superveniente tripudiabat, cognoscens ordinem naturae, contraxit intus diploidis* dexteram, et suum caput inclinans, sicut servus dilectus domini sui, his autem utebatur vocibus: *ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me?* Quid facis, o Domine? Quid servi immutas ordines? Quid cum servis a servis ea quae servi sunt expetis? Quid vis, quod non indiges accipere? Quid per multam condescensionem gravas me tuum proprium*? Ego opus habeo [a] te baptizari, tu autem non indiges a me baptizari. Inferior a meliore aedificatur, non melior ab inferiore sanctificatur: lucerna a sole obumbratur, non sol ab stuppis radiatur: lutum a figulo perficitur, non figulus a luto confingitur: aedificium ab opifice renovatur, non opifex ab aedificio emendatur: aegrotus a medico sanatur, non medicus ab aegroto medetur: egenus a divite feneratur, non dives ab inope mutuatur. *Ego opus habeo a te baptizari.* Numquid ignoro quis es, et ex qua re fulsisti, vel unde advenisti? Numquid quoniam propter me factus es quod ego sum, magnalia abnego tuae deitatis? Numquid quia tantum mihi condescendisti, ut etiam propinquares corpori, ut totum me ferres in te, ut salvares totum hominem, despicio quod est in te invisibile? Numquid quoniam propter meam salutem induisti meam cutem, ignoro te qui amictus es luce sicut vestimento? Numquid quoniam mea cognita carne indutus es, ut appareres hominibus, quantum ipsi conspicere praevalent, latet me radius tuae coruscationis? Numquid quoniam meam in te cerno formam, despicio tuam substantiam divinam, quae est invisibilis atque inconpraehensibilis? Scio Domine, et scis quoniam scio te: scio te diligenter: scio te Domine a te edoctus; nullus enim te intellegere poterat, nisi perfruatur amore tuae splendidissimae caritatis. Scio te, Domine, bene; vidi enim te spiritaliter prius quam vidissem hoc lumen. Tu quidem existens in incorporeis sinibus patris, in illius tuae ancillae et matris utero includi voluisti. Ego autem in utero Helisabeth sicut in carcere naturali coartatus et conpeditus existens insolubilibus vinculis coeni, exultabam et laetabar tuam praecedens praelibans nativitatem. Qui ergo ante partum, tuum adventum praedicavi, post partum tuae praesentiae desistam? Qui ab infantia tuae potestatis magister extiti, adolescens inveniar ad tuam perfectam intellegentiam? Non possum te non colere, qui adoraris ab omni creatura: non possum [non] praedicare eum, quem caelum per stellam monstravit, et terra per magos nuntiavit, et angelorum chori laetantes caelitus laudaverunt, et pastores vigilantes sicut ducem pastorum et rationabilium ovium glorificaverunt. Non possum te praesentem silere: vox enim sum, vox clamantis in deserto, parate viam Domino. *Ego opus habeo a te baptizari.* Ego natus parentis sterilitatem solvi, et infans existens adhuc, patri meo sine voce cum esset, medicus effectus sum, a te accipiens gratiam huius miraculi. Tu autem de virgine matre natus es, ut voluisti; et tu solus scis qualiter natus sis: non solvisti virginitatem eius, sed et hanc conservasti, et matris ei vocabulum condonasti: et nec virginitas tuum partum vetavit, nec partus [virginitatem.] Contrariae res, id est partus et virginitas, ad unam concordiam, eo quod tibi visum est fictori naturae. Ego enim homo sum, tantum divinae gloriae particeps, tu autem Deus et homo idem ipse, quia misericors ipse existis. Tu paternae gloriae claritas: tu perfecta imago perfecti patris: tu verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Tu qui in mundo existens, ve-

* puto ex gr. ἀκριβῶς

* pro intra diploidem.

* puto ex gr. οἰκεῖον.

nisti ubi eras: tu Verbum qui factus es caro, sed non in carnem mutatus: tu qui inhabitasti in nobis, et apparuisti tuis servis in servi forma: tu qui caeli terraeque aequum fecisti meatum per sanctum tuum nomen: tu venisti ad me tantus ad talem, rex ad praecursorem, dominus ad servum. Sed licet tu in humilibus mensuris humanis effici non erubuisti, ego tamen mensuram naturae meae transgredi nequeo. Scio quanta sit differentia pulveris et factoris: scio quanta melioratio sit solis et iustitiae. Licet mundani nube corporis amictus sis, intellego tuum dominium, confiteor meam servitutem, praedico meam exiguitatem. Non sum dignus solvere corrigiam calciamenti tui, et quomodo contingam sanctum tuum caput? quomodo extendam dexteram super te, qui extendis caelum sicut pellem? quomodo expandam serviles meos digitos divino tuo vertici? quomodo lavem immaculatum et sine peccato dominum? quomodo illuminem lumen? qualem faciam orationem super te, qui suscipis et ignorantium obsecrationes? Alios baptizo in nomine tuo, ut credant in te, qui post me venis; te baptizans, cuius memor ero, in cuius nomine te baptizem? In patris? sed totum patrem in te habes, et totus existis in patre. In filii? sed non est alius praeter te naturalis filius Dei. In Spiritus sancti? sed tecum est semper sicut consubstantialis seu omnipotens, simul et tecum suscipit omnium orationes. Baptiza iam me, si tu vis Domine, baptiza baptistam, regenera quem nasci fecisti, exime terribilem tuam dexteram, quam tu tibimet perfecisti, et corona palmis meum caput, ut ante tuum currens regnum, sicut praecursor solis te evangelizem peccatoribus, clamans eis et dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iordanis fluvius comitare mecum, et simul exulta et commove vigilanter vertigines quemadmodum exultationes: tuus enim opifex assistet tibi cum corpore. Vidisti Israhel per te transeuntem et [di]videntem tuas aquas, et stetisti populi expectans transitum: nunc autem effundere validius et fluere et circumsepere immaculatis membris eius. Et tunc Hebraeus transfretavit. Montes et colles, vallesque et torrentes, mare et flumina benedicite Dominum, qui ascendit fluvium: ipse enim herus laticis supermittit sanctitatem his aquis.

3. *Respondens Iesus dixit ad eum: sine modo, sic enim oportet nos implere omnem iustitiam.* Sine modo; concede, baptista, temporis meae dispensationis silentium. Disce id quod ego volo, disce obtemperare ad ea quae cogor, et non inquirere quae ego cogito. Sine modo, nondum meam praedices deitatem, nondum decantes labiis meum regnum, ut non sentiens tyrannus effugiat; sed mecum cupit committere bellum. Dimitte diabolum ad praesens mihi adire et bellare et accipere lenissimam plagam. Dimitte implere intentum, pro quo adveni super terram. Mysterium hoc quod hodie in Iordane finitur *, secretum mihi et meis mysterium est: non meum opus adimplens, sed sanationem vulneratis adhibens. Mysterium magni mysterii mei lavacri praecursor et auspicium est mysterium. In his aquis perscribens hominum regenerationes caelestis laticis. Sine modo. Quando me videris Deo decibiliter * in meis facturis quod mihi placet operantem, tunc in facturis hymnos compagina: quando me videris leprosos mundantem, tunc me creatorem naturae commemora: quando me videris claudos cursores perficientem, tunc commoventium pedum *, et tu ad me, claude lingua, articulose commoveto *: quando me videris mortuos a sepulchris resuscitare, tunc me cum surgentibus glorifica sicut vitae tributorem. Quando me videris sedentem a dextris patris, tunc me Deum voca, sicut synthronum et coaeternum patri. *Sine modo, sic enim oportet nos adimplere om-*

* puto ex gr. τελειοῦται.

* puto ex gr. θεοπρεπῶς.

* Ita cod. mendose.

* cod. *commovi tu.*

*nem iustitiam.* Legislator sum, et legislatoris filius, et oportet me primum omnium per constitutionem venire, et tunc praeponere eis onus praecepti. Oportet me adimplere legem, et tunc donare gratiam. Oportet me umbrae imaginem repellere, et tunc offerre veritatem. Oportet me facere requiescere vetus testamentum, et tunc novum dictare, et in hominum cordibus scribere etiam meo sanguine, et signare Spiritu. Oportet me in crucem ascendere, et clavis configi, et pati, et vulnera sanare, et per lignum emere eam, quae per ligni transgressionem hominibus facta est, plagam. Oportet me descendere in ipsum profundum inferni, ubi tu debes me annuntiare propter eos qui ibidem tenentur mortui. Oportet me tertia die defunctione carnis meae destruere longaevae mortis potentiam. Oportet me corporis mei lucernam accendere his qui in tenebris et umbra mortis sedent. Oportet me ascendere carne ubi sum deitate. Oportet me offerre patri * [* cod. *patris.*] Adam in me regnantem. Oportet me haec omnia perficere, pro hoc enim meis astiti facturis. Oportet me baptizari nunc hoc baptismo, et postmodum cum consubstantiale Trinitate baptismum omnibus donare hominibus. Fenera ad praesentem tuam dexteram dispensationem, sicut mihi mutuavit ad nativitatem vulvam mater. Demerge me iordanicis fluentis his, quemadmodum quae me genuit infantilibus involvit pannis. Da mihi baptismum, sicut virgo lac. Tene meum caput, quem colunt Seraphim: tene digito (a) dexterae tuae: tene eum qui retinere permisit: tene eum qui pro huiusmodi * [* ita cod.] factus est, et habet Spiritum: tene meum caput, quem si quis pie tenuerit, numquam patitur naufragium. Baptiza me, qui futurus sum * [* puto ex gr. μέλλοντα.] baptizare credentes in aqua et Spiritu et igni; aqua valente purgare peccatorum sordes, Spiritu valente terrenos efficere * [* cod. *effici*] spiritales, igni incendere iniquitatis rhamnos *. [* cod. *ramos.*]

4. Hunc audiens Baptista sermonem, praebens mentem et cavens * [* cod. *cabens.*] mysterium quod accepit, ministravit divino praecepto. Erat enim religiosus simul et clemens; et suam dexteram extendens simul contrementem, Deum baptizavit. Praesentium vero Iudaeorum procul positis cogitantium in se ipsis et ad invicem dicentium: numquid vane opinati sumus Iohannem maiorem esse Iesu? numquid vane putabamus illum meliorem hoc esse? nonne ipse baptismus meliorationem baptistae significat? nonne iste quidem baptizat sicut superemінens, ille vero baptizatur sicut deterior? Talia susurrantium qui ignorabant dispensationis mysterium, solus dominus et natura pater unigeniti *, [* cod. *unigenitus.*] quem solus scit diligenter, qui solus genuit impassive *, [* cod. *in passione.*] emendans errantium Iudaeorum opinationes, patefecit portas caeli, et misit Spiritum sanctum in specie columbae, digito ostendens novum Noë et Noë creatorem. Et ipse caelitus clamabat nimis *: [* puto ex gr. σφοδρῶς.] *hic est filius meus dilectus, in quo complacui.* Iste non ille; Iesus, non Iohannes; qui baptizatus est, non qui baptizavit; qui de me natus est ante omne temporis spatium, non qui de Zacharia primum effloruit; qui de Maria natus est secundum carnem, non qui de Helisabeth apparuit sine spe; qui de insolubile virginitate absque labore fructus, non solutae sterilitatis ramus; qui nobiscum nutritus est, non qui in deserto est enutritus; qui simul mecum superne et ipsum misit Spiritum sanctum: iterum quem misit, in se (b) suscepit Spiritum. Cui honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

(a) Cod. mendose *cogata*. Scripsi dubitanter *digito*. Recole p. 555. col. 1. — (b) Cod. mendose *hoc misit re suscepit*, quae corriguntur infra in graeco sermone, unde etiam cognoscimus hoc loco fuisse graece πάλιν, ubi interpres habet *iterum*, quod melius heic expressisset dicendo *item* aut *vicissim*.

# ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ (1)

## ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΟ, ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΥΙΟΣ ΜΟΥ Ο ΑΓΑΠΗΤΟΣ ΕΝ Ω ΕΥΔΟΚΗΣΑ.

# GREGORII

## PRESBYTERI ANTIOCHENI

IN ILLA VEBBA: UIC EST FILIUS MEUS DILECTUS, IN QUO MIHI BENE COMPLACUI.

1. Hic amans filiorum pater, propter eam quam habet erga nos caritatem, suum mihi ut verba faciam nutum significavit, et plausum quem vos ei ore meo fecistis, praeseoti concione remuneratur, proprium lucrum existimans filiorum suorum utilitatem. Ego vero laetus hortameotum eius excepi, lubensque denuo inter vos vocem extollo, et anteriorum sermonum seriem, prout vultis, alacriter persequar. Nam superiore die dominico ostendi vobis Christum in servorum suorum globo ad baptismum accedentem. Deinde Baptistam, agnito Domioo, recusantem baptismi auctori baptismum impertiri, ad extremum tameo oeconomiae ministerio prout Servator voluit defunctum. Postea subieci, patrem domioi nostri Iesu Christi de caelo clamantem: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Cumque ad hoc usque testimonium pervenissem, de ambone descendi, hora scilicet sermonis cursum abrumpente. Hodie itaque resumere volo, quod temporis angustiis tunc fui coactus omittere, atque orationis meae catenam connectere decrevi, ut vos hanc arripientes, ad illum per eam ascendatis qui faber eiusdem fuit.

α'. Ὁ μὲν φιλόστοργος οὗτος πατὴρ (2), διὰ τὴν περὶ ἡμᾶς στοργὴν, ἐπεμψέν μοι τὸ λόγου τὸ σύνθημα, καὶ τὴν γεγενημένην δι' ἐμὲ παρ' ὑμῶν εἰς αὐτὸν εὐφημίαν ἠμείψατο τῇ παρούσῃ δημηγορίᾳ, κέρδος οἰκεῖον ἡγούμενος τὸ αὐτοῦ τέκνων τὸ ὄφελος· ἐγὼ δὲ χαίρων ἐδεξάμην τὴν πρόσκλησιν, καὶ θαῤῥῶν πάλιν ἐν ὑμῖν ἀφίημι τὴν φωνὴν, καὶ πρόθυμος εἰμὶ τὴν προτέρων λόγων ἀποδοῦναι τὴν συντάξιν ἣν βούλεσθε· ὑπέδειξα γὰρ ὑμῖν τῇ προτέρᾳ κυριακῇ τὸν Χριστὸν μετὰ τῶν δούλων αὐτοῦ προσερχόμενον τῷ βαπτίσματι· εἶτα τὸν βαπτιστὴν ἐπιγνόντα τὸν προσελθόντα δεσπότην, καὶ παραιτούμενον δοῦναι τὸ βάπτισμα τῷ δεδωκότι τὸ βάπτισμα· ὕστερον δὲ τὴν διακονίαν τῆς οἰκονομίας πληρώσαντα διὰ τὸ τοῦ σωτῆρος ἐπίταγμα· ὑπέγραψα τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐρανόθεν ἐπιβοῶντα, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· καὶ μέχρι ταύτης τῆς μαρτυρίας παραγενόμενος, κατέβην ἀπὸ τοῦ βήματος, τῆς ὥρας ἐκκοψάσης τὸν λόγου τὸν δρόμον. Βούλομαι οὖν σήμερον ἀναλαβεῖν ὅπερ τότε διὰ τὴν στενοχωρίαν ἠναγκάσθην καταλιπεῖν, καὶ θέλω συνάψαι τῷ λόγῳ τὴν ἅλυσιν, ἵνα ταύτην κρατήσαντες, ἀνέλθητε δι' αὐτῆς πρὸς τὸν ταύτην χαλκεύσαντα.

(1) In latino codice titulus *sancti* datur Gregorio; in graeco, quantum memini, non item; deque hoc titulo agunt Combefisius in adn. ad illius sermonem in mul. unguent., et Boschius in patr. antioch. p. 99. col. 1.

(2) Dicit Anastasium patriarcham, cui deinde expulso successit ipse Gregorius, qui nunc adhuc presbyter, iubente episcopo suo, concionatur.

β΄. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πέμψας τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐφ᾽ ἑαυτὸν, καὶ πάλιν ὅπερ ἔπεμψεν, ὑποδεξάμενος πνεῦμα· οὗτός ἐστιν ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐξ ἐμοῦ γεννηθείς· γεννηθεὶς, οὐ κτισθείς· γεννηθεὶς, οὐ χειροτονηθεὶς, υἱὸς γεννηθεὶς ἐξ ἐμοῦ μόνου· μονογενὴς, μονογενῶς· ὡς οἶδα μόνος ἐγὼ, καὶ ὡς αὐτὸς μόνος ἐπίσταται· οὗτός ἐστιν ὁ τῆς ἐμῆς τελειότητος τέλειος χαρακτήρ· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν θεότητα χαρακτηρίζων ἐν ἑαυτῷ· οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν ὑπόστασιν ἐξεικονίζων σαφῶς· υἱὸς ἐστὶν ἐμὸς, οὐκ ἀλλότριος· υἱὸς ἐστὶν ἐμὸς γνήσιος, οὐκ ἐπείσακτος· υἱός ἐστιν ἐμὸς, ἐκ τῆς ἐμῆς οὐσίας ἀσωμάτως, ἀρεύστως, ἀχρόνως ἐκλάμψας, οὐκ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἀνακύψας· υἱὸς ἐστὶν ἐμὸς φύσει, οὐ χάριτι· υἱός ἐστιν ἐμὸς, συναΐδιός μοι, οὐ νεώτερος, οὐ δεύτερος, οὐχ ὕστερον προσγινόμενος· υἱὸς ἐστὶν ἐμὸς, ὁμοούσιός μοι, οὐκ ἀλλοούσιος· ὁμοούσιός μοι ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ὡς ζωὴ ἐκ ζωῆς, ὡς πηγὴ ἐκ πηγῆς, ὡς ἀλήθεια ἐξ ἀληθείας, ὡς δύναμις ἐκ δυνάμεως, ὡς θεὸς ἐκ θεοῦ· ἐγὼ ἐγέννησα, οὗτος γεγέννηται· ἐμοῦ ἢ καὶ τούτου, μέσον οὐδέν· ἐγὼ ἐγέννησα ὡς ἔπρεπέν μοι γεννῆσαι πεφυκότι θεῷ· οὗτος γεγέννηται ὡς ἔπρεπεν αὐτῷ γεννηθῆναι θεῷ λόγῳ τυγχάνοντι· ἀνθρώπινον τὸ τῆς γεννήσεως ὄνομα, ἀλλὰ μυστικὸν τὸ ὑπερχρόνιον γέννημα· χρόνος οὐκ οἶδεν τῆς ἐμῆς γεννήσεως τὸ μυστήριον· οὔπω γὰρ ἦν· ἄγγελοι ταύτην οὐκ ἴσασιν, ὕστερον γὰρ αὐτῆς γεγόνασιν.

γ΄. Τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ σεραφὶμ τὰ πολυόμματα καὶ πολυπρόσωπα ταῖς πτέρυξιν ὡς χερσὶν τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα καλύπτοντα, ἀπαύστως βοᾷ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος σαβαώθ· οὐ λέγουσιν ἅγιος, ἁγιώτερος, ἁγιώτατος, οὐ κατασκευάζουσιν ὑποβεβηκυῖαν, καὶ μικρὸν ἀναβεβηκυῖαν, καὶ πάλιν ὑπερτέραν βαθμίδα θεότητος (1)· οὐ τέμνουσιν τὴν μίαν οὐσίαν εἰς ἀνίσους ἀρχάς· οὐ

2. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est qui mecum Spiritum sanctum misit supra se ipsum: vicissimque quem miserat Spiritum in se recepit. Hic ille est ante omnia saecula ex me genitus; genitus inquam non creatus: genitus, non adscitus: filius ex me uno genitus, unigenitus unica genitura, prout ipse solus scio, et prout ipse quoque solus novit. Hic est perfectionis meae perfecta expressio: hic est qui deitatem meam in se exprimit: hic est qui meam substantiam manifeste repraesentat: filius meus est, non alienus: filius meus genuinus, non adoptivus: filius meus est, qui ex substantia mea incorporaliter, absque ullo fluxu, et intemporaliter effulsit, non autem ex aliena substantia prodiit: filius meus naturaliter est, non gratiose: filius meus est, coaeternus mihi, non recentior, non secundus, non qui postea supervenerit: filius meus, mihi consubstantialis, non ex aliena substantia constans, consubstantialis mihi ceu lumen de lumine, vita ex vita, fons ex fonte, veritas ex veritate, vis ex vi, Deus de Deo. Ego genui, hic genitus est: inter me atque hunc, nihil est medium. Ego genui ea ratione qua me decet generare qui Deus sum: hic genitus ea ratione fuit, quae Deum Verbum decet. Humanum est generationis vocabulum, sed arcana est intemporalis generatio. Ignotum tempori est generationis meae mysterium; neque enim adhuc tempus existebat. Angeli quoque hanc ignorant, quia post illam creati fuerunt.

3. Cherubini ac Seraphini multis oculis multisque vultibus praediti, alis suis quasi manibus facies suas velantes, incessanter clamant: sanctus, sanctus, sanctus, Dominus sabaoth. Non dicunt sanctus, sanctior, sanctissimus: non ponunt infimum, et mox paulo elatiorem, postremo superiorem deitatis gradum: non secant unicam substantiam in imparia principia: non

(1) Ita S. Augustinus serm. CCLXIV. 7. *Pater et Filius et Spiritus sanctus, non gradibus sibi adiecti, sed maiestate adunati, et unus Deus.*

dogmatizant, quae non vident: hymnis celebrant, non curiose scrutantur quem colunt: venerantur, non rationem exposcunt, cur eiusdem substantiae Trinitas sit: parem mihi ac filio meo hymnodiam attollunt: omne tempus incuriosis hymnis consumunt; vitae loco illis est quieta melodia. Caeli enarrant gloriam Dei qui ipsos fecit, factoris substantiam non scrutantur: caeli enarrant gloriam eius spectaculo suo, non loquela. Prophetae incomprehensibilem comprehendere non potuerunt; etenim universa hominum natura ei comprehendendo impos est: mens capere immensum nequit: ratio haud potest humanatum Deum imaginari: sola fides eum tenet, qui teneri nequit: sola fides invisibilem videt: sola fides ad inaccessum accedit, quantum quidem ille patitur ac possibile est.

4. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est cooperator filius, non ministrator: hic caelum terramque creavit: hic firmamenti circulum, desursum curvans, supra inferiora nitide explicuit: hic caeli aspectum sideribus ceu totidem oculis variegavit: hic solem fecit diei ducem atque imperatorem: hic nocturnis tenebris inseruit lunae splendorem, qui noctis torvitatem depelleret: hic mollem aëris naturam expandit, facile iis respirandam qui in illo versantur, et ambulantium faciebus nullo labore findendam, moxque a tergo sine ulla molestia rursus in se redeuntem: hic terrae visceribus fructuum germina inseruit, mandatum suum loco seminis iniiciens, atque innumeris plantis ac floribus telluris faciem coronavit: hic terrae ac mari subtilis harenae terminum interposuit; quem mare videns, intra fines suos manet, progredi non audens, neque conterminam terram invadere: hic horarum conversiones, temporum mutationes, et annorum incessabiles successiones constituit: hic visibilem invisibilemque creaturam fecit existere, neque temporis auxilio indigens, neque la-

δογματίζουσιν ἃ μὴ βλέπουσιν· ὑμνοῦσιν, οὐ πολυπραγμονοῦσιν, ὃν σέβουσιν· προσκυνοῦσιν, οὐ λογοθετοῦσιν τὴν τῆς τριάδος ταυτότητα· ἴσην ἐμοὶ καὶ τῷ υἱῷ μου τὴν ὑμνῳδίαν προσφέρουσιν, καὶ βίον ἔχουσι τὸν ἀπερίεργον ὕμνον· καὶ ζωὴν κέκτηνται τὴν ἀπράγμονα μελῳδίαν· οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ τοῦ πεποιηκότος αὐτοὺς, οὐκ ἐρευνῶσιν τὴν οὐσίαν τοῦ ποιητοῦ· οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται τὴν δόξαν αὐτοῦ, φαινόμενοι, οὐ φθεγγόμενοι· οἱ προφῆται τὸν ἀκατάληπτον καταλαβεῖν οὐ δεδύνηνται· καὶ γὰρ πᾶσα τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀτονεῖ πρὸς τὴν τούτου κατάληψιν· νοῦς οὐκ ἰσχύει χωρῆσαι τὸν ἀχώρητον· λόγος οὐ δύναται τὸν ἐνανθρωπήσαντα θεὸν περιλαβεῖν· πίστις μόνη κρατεῖ τὸν ἀκράτητον· πίστις μόνη κατανοεῖ τὸν ἀθέατον· πίστις μόνη πλησιάζει τῷ ἀπροσπελάστῳ, ὅσον ἐγχωρεῖ, καὶ ὅσον ἐνδέχεται.

δ'. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· οὗτός ἐστιν συνεργὸς ἐμὸς, ἀλλ' οὐχ ὑπουργός· οὗτος ἐδημιούργησεν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· οὗτος τοῦ στερεώματος τὸν κύκλον ἐπὶ τὰ ἄνω κυρτώσας, ἐπὶ τὰ κάτω λεάνας ἐξήπλωσεν· οὗτος τὴν ὁρωμένην ὄψιν τοῖς ἄστροις ὡς ὀφθαλμοῖς κατεποίκιλεν· οὗτος ἐποίησεν τὸν ἥλιον τῆς ἡμέρας ἡγεμόνα καὶ στρατηγόν· οὗτος παρέζευξεν τῷ νυκτερινῷ ζόφῳ τῆς σελήνης τὴν αἴγλην ἀποδιώκουσαν τῆς νυκτὸς τὴν κατήφειαν· οὗτος ἐξέχεεν τοῦ ἀέρος τὴν ἁπαλὴν φύσιν εὐαπνεομένην εὐκόλως παρὰ τῶν ἐμπολιτευομένων αὐτῷ, καὶ περισχιζομένην εὐμαρῶς τοῖς προσώποις τῶν βαδιζόντων, καὶ πάλιν κατὰ νῶτον συναπτομένην ἀλύπως· οὗτος ἐνέθηκεν τοῖς λαγόσιν τῆς γῆς τῶν καρπῶν τὰς γονὰς, πρόσταγμα καθάπερ σπέρμα καταβαλὼν, καὶ τοῖς μυρίοις φυτοῖς καὶ τοῖς ἄνθεσιν ἐστεφάνωσεν ταύτης τὸ πρόσωπον· οὗτος μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὴν λεπτὴν ψάμμον μεθόριον ἔπηξεν, ἥνπερ ἡ θάλασσα βλέπουσα, μένει τῶν ἑαυτῆς ὅρων ἐντὸς, οὐ τολμῶσα παρελθεῖν, οὔτε πλεονεκτῆσαι τὴν ὅμορον γῆν· οὗτος ἐτεκτήνατο τῶν ὡρῶν τὰς τροπὰς, καὶ τῶν καιρῶν τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τῶν χρόνων τὰς ἀλείπους διαδοχάς· οὗτος συνεστήσατο τὴν ὁρωμένην καὶ τὴν ἀόρα-

τὸν κτίσιν, οὐ χρόνου συνεργοῦ δεηθεὶς, οὐ πόνῳ καὶ καμάτῳ δουλωθεὶς, ἀλλὰ θελήσας μόνον, καὶ πάντα ῥᾳδίως παραγαγών· ἐνένευσε γὰρ, καὶ τὸ νεῦμα τοῖς οὖσιν οὐσία γεγένηται· ἐνεθυμήθη μόνον, καὶ τὸ ἐνθύμημα πρᾶγμα γενόμενον ἵστατο· ἐκάλεσε τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, καὶ πάντα καθάπερ προϋφεστῶτα καὶ δοῦλα πρὸς τὴν δεσποτικὴν κλῆσιν μετὰ τρόμου συνέδραμεν· οὗτός ἐστιν πρὸς ὃν κοινολογούμενος εἶπον· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· οὗτός ἐστιν ὁ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ διὰ τὸν ἄνθρωπον γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ τραπεὶς εἰς ἄνθρωπον· γενόμενος ἄνθρωπος, οὐ μεταβληθεὶς εἰς ὃ γέγονεν· γενόμενος ἄνθρωπος, τῷ λαβεῖν τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἀπαρχὴν, οὐ τῷ ἀποβαλεῖν τὴν τῆς θεότητος ἀστραπήν· γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ μείνας Θεός.

ε'. Οὗτός ἐστιν ὁ τῶν ἐμῶν κόλπων μὴ χωρισθεὶς, καὶ τῆς Μαρίας τοὺς κόλπους καταλαβών· ὁ καὶ ἐν ἐμοὶ μένων ἀχωρίστως, καὶ ἐν ἐκείνῃ γενόμενος ἀπεριγράπτως· ὁ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὑπάρχων ἀδιαιρέτως, καὶ ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ διαιτώμενος ἀμολύντως· ἣν γὰρ κτίσας οὐκ ἐμολύνθη, ταύτην οὐδὲ κατοικήσας ἐχράνθη· οὗτός ἐστιν ὁ προελθὼν ἐκ τῆς μακαρίας γαστρὸς, ὡς ἐκ παστάδος ἀνυμφεύτου νυμφίος φαιδρός· ὁ τιμήσας τῇ γεννήσει τὴν γέννησιν τῶν γηγενῶν, καὶ σφραγίσας τῷ τόκῳ τὴν παρθενίαν τῆς τεκούσης αὐτόν· ὁ διὰ τῶν τῆς παρθενίας πυλῶν εἰσελθὼν εἰς τὸν κόσμον, ὅθεν οὐκ ἀπέστη ποτὲ, καὶ τὰ τῆς ἁγνείας πυλῶν οὐ συντρίψας τὰ κλεῖθρα· ὁ παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ βασταχθεὶς, καὶ φέρων τὰ σύμπαντα· ὁ δεηθεὶς γάλακτος ὡς βρέφος, καὶ τρέφων πᾶσαν τὴν κτίσιν, ὥστε αὐτῆς τροφεύς· ὁ σπαργάνοις παιδικοῖς περιβληθεὶς ὡς παιδίον, καὶ λύων ὡς θεὸς τῶν ἁμαρτημάτων τὰ σπάργανα· ὁ ἐπὶ φάτνης ἀναπεσὼν, καὶ παρὰ τοῦ ἀστέρος ὑποδειχθεὶς ὡς τῶν ἀστέρων δημιουργός· ὁ παρὰ τοῦ Ἡρώδου πολεμηθεὶς, καὶ παρὰ Συμεῶνος τοῦ προφήτου καὶ ἱερέως κύριος προσαγορευθείς· ὁ κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον καὶ σείσας τὰ χειροποίητα τῆς Αἰγύπτου, καὶ πληρώσας τὴν ἐμὴν προφητείαν
* Os. XI. 1. τὴν λέγουσαν *, ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν

bori aut conatui ulli obnoxius, sed sola sua voluntate cuncta facile produxit: innuit enim, eiusque nutus substantiae instar rebus fuit: cogitavit tantummodo, eaque cogitatio in rem collata fuit: vocavit quae non erant, tamquam si essent, statimque omnia ceu praeexistentia ac serva ad dominicam vocationem trepide concurrerunt. Hic est, quicum ego communi consilio dixi: faciamus hominem ad imaginem nostram ac similitudinem. Hic est qui mecum hominem formavit, et qui propter hominem factus est homo, non tamen in hominem immutatus: factus homo, non conversus in illud quod ipse factus est: factus homo sumendo videlicet humanitatis primitias, non divinitatis splendorem abiiciendo: factus homo, Deusque permanens.

5. Hic est qui a meo sinu non separatus, Mariae sinum occupavit: qui et in me mansit inseparabiliter, et in illa extitit incircumscriptus: qui et in caelis est indivisibiliter, et in virginis utero habitavit intemerate: quam enim creando non fuerat ipse pullutus, eandem incolendo non est contaminatus. Hic est qui de beato ventre processit, tamquam ex thalamo virginali sponsus hilaris: qui generatione sua generationem terrigenarum honoravit, partuque virginitatem parentis suae obsignavit: qui per virginitatis ianuam in mundum ingressus, a quo numquam abfuerat, integritatis claustra non fregit: qui a matre sua gestatus, omnia simul portabat: qui lacte ceu puer indigebat, et universam creaturam ceu nutritor alebat: qui infantilibus fasciis ceu puerulus involutus, peccatorum vincula tamquam Deus resolvebat: qui in praesepi iacens, a stella ceu stellarum conditor demonstrabatur: ab Herode quaesitus ad necem, a Simeone propheta ac sacerdote dominus appellatus: qui in Aegyptum descendit, sed manufacta Aegypti idola proterruit, meamque prophetiam implevit, qua dixeram: ex Aegypto vocavi filium meum. Qui crevit cor-

poris statura, non tamen divina substantia: quomodo enim cresceret, qui ubique est? Qui a Baptista baptizatus, creaturam illuminavit.

6. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Non alius filius meus, et alius Mariae filius: non est alius qui in spelunca iacuit, et alius a magis adoratus: non est alius baptizatus, et alius baptismi expers: sed hic est filius meus: hic unus qui et mente cogitatur, et visu cernitur: unus idemque invisibilis, et a vobis visus: sempiternus, et temporalis: idem consubstantialis mihi divinitate, et consubstantialis vobis humanitate per omnia absque peccato. Ne quaeratis patrem eius in terra; est enim deorsum patris expers. Ne quaeratis divinitatis eius matrem in caelis; est enim desuper absque matre. Ne separetis ipsius divinitatem ab eiusdem humanitate: ne indivisibilium mali divisores fiatis. Ne abstrahatis humanitatem eius ab eiusdem divinitate; est enim haec inseparabilis simulque inconfusa post unionem. Ne duas ex una Christi personas faciatis. Ne duos unigenitos constituatis, quum sit unus unigenitus. Ne seorsum ponatis filium meum, itemque seorsum hominem ab eo assumptum. Ne inconfusam unionem velitis secernere, quam seiungere impossibile est. Neque nudum Deum, neque simplicem hominem esse suspicemini humanatum Dominum; sed eundem Deum simul et hominem creditote: semper quidem existentem et praeexistentem Deum, haud tamen semper hominem; sed ex eo tempore factum hominem atque ita existentem, ex quo Abrahami semen apprehendere voluit.

7. Etiamsi vero videritis filium meum esurientem, aut sitientem, aut dormientem, aut ambulantem, aut fatigatum, aut flagellis caesum, aut sponte crucifixum, vel clavis haud citra consensum retentum, aut non sine propria voluntate mortuum, aut tamquam mortuum in sepulcro custo-

μου· ὁ προκόψας τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ, ἀλλ' οὐ τῇ θείᾳ οὐσίᾳ· ποῦ γὰρ εἶχεν προκόψαι ὁ πανταχοῦ παρών; ὁ παρὰ τοῦ βαπτιστοῦ βαπτισθεὶς, καὶ φωτίσας τὴν κτίσιν.

ϛ'. Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ ἐμὸς υἱὸς, καὶ ἄλλος ὁ τῆς Μαρίας υἱός· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ ἐν τῷ σπηλαίῳ καταβληθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ παρὰ τῶν μάγων προσκυνηθείς· οὐκ ἔστιν ἄλλος ὁ βαπτισθεὶς, καὶ ἄλλος ὁ μὴ βαπτισθείς· ἀλλ' οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, οὗτος ὁ εἷς ὁ νοούμενος καὶ βλεπόμενος· εἷς ὁ ἀόρατος καὶ ὁρώμενος παρ' ὑμῶν· ὁ ἀΐδιος καὶ πρόσκαιρος· ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος ἐμοὶ τῇ θεότητι, καὶ ὁμοούσιος ὑμῖν τῇ ἀνθρωπότητι κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας· μὴ ζητήσητε τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πατέρα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀπάτωρ γὰρ κάτω· μὴ ζητήσητε τῆς θεότητος αὐτοῦ μητέρα ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀμήτωρ γὰρ ἄνω· μὴ μερίσητε τὴν θεότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ· μὴ γένησθε τῶν ἀμερίστων κακοὶ μερισταί· μὴ διέλητε τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ, ἀδιαίρετος γὰρ αὕτη καὶ ἀσύγχυτος μετὰ τὴν ἕνωσιν· μὴ χωρίσητε τὰ ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ γνωρίσατε τὰ ἐν αὐτῷ· μὴ ποιήσητε δύο πρόσωπα τὸ ἓν πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ· μὴ χειροτονήσητε δύο μονογενεῖς τὸν ἕνα μονογενῆ· μὴ στήσητε ἀνὰ μέρος τὸν ἐμὸν υἱὸν, καὶ ἀνὰ μέρος τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ· μὴ τολμήσητε διελεῖν τὴν ἀσύγχυτον ἕνωσιν, ἣν διαιρεθῆναι ἀδύνατον· μήτε θεὸν γυμνὸν, οὔτε ἄνθρωπον ψιλὸν ὑποπτεύσητε τὸν ἐνανθρωπήσαντα κύριον· ἀλλὰ θεὸν ἅμα καὶ ἄνθρωπον πιστεύσατε τὸν αὐτόν· ἀεὶ μὲν ὄντα καὶ προόντα θεὸν, οὐκ ἀεὶ ἢ καὶ ἄνθρωπον· ἐξ ἐκείνου γενόμενον καὶ ἄνθρωπον καὶ ὄντα, ἐξ οὗπερ θελήσας ἐπελάβετο τοῦ σπέρματος Ἀβραάμ.

ζ'. Κἂν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν υἱὸν πεινῶντα, ἢ διψῶντα, ἢ καθεύδοντα, ἢ βαδίζοντα, ἢ κοπιῶντα, ἢ μαστιζόμενον, ἢ σταυρούμενον ἑκουσίως, ἢ τοῖς ἥλοις κατεχόμενον ἀπὸ γνώμης, ἢ νεκρούμενον ἰδίῳ θελήματι, ἢ φρουρούμενον ὡς νεκρὸν ἐν μνήματι, τῇ σαρκὶ αὐτοῦ ταῦτα προσνείματε·

καὶ πάλιν, ἐὰν ἴδητε τοῦτον τὸν ἐμὸν υἱὸν, λέπραν ἀποξέοντα ῥήματι, πήρωσιν ὀμμάτων πηλῷ θεραπεύοντα, τὴν φύσιν ἀναπλάττοντα νεύματι, ἐκ πέντε ἄρτων πεντακισχιλίους κορεννύντα, καὶ ταῖς παλάμαις τῶν μαθητῶν ὡς ἀρούραις ἐγγεωργοῦντα κόρον αὐτοσχέδιον ἀγεώργητον, τὴν θάλασσαν μαινομένην καὶ μιμουμένην τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἐξομαλίζοντα τῇ φωνῇ, τὸ πέλαγος ὡς ἔδαφος πεζεύοντα, τοῖς δαίμοσιν ὡς ἀνδραπόδοις δεσποτικῶς ἐπιτάττοντα, τῇ θεότητι αὐτοῦ ταῦτα προσάψατε· μὴ ἄλλου τινὸς τὰ ὑψηλὰ τῶν πραγμάτων, ἄλλου δέ τινος τὰ ταπεινὰ τῶν γινομένων νομίσητε, ἀλλὰ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ, κἀκεῖνα καὶ ταῦτα λογίσασθαι· αὐτοῦ γὰρ τὰ θεῖα πάντα, αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα πάντα, αὐτοῦ τὰ δημιουργήματα, αὐτοῦ τὰ παθήματα· εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἐστὶν υἱὸς ἐμὸς, τὰ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἐργαζόμενος ἔργα, καὶ τὰ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς οἰκειούμενος ἅπαντα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· οὗτός ἐστιν ἄμπελος, καὶ θύρα τῶν τέως πλανωμένων προβάτων· ἄμπελος ἡ ἐν οὐρανοῖς ἔχουσα τὴν ῥίζαν, ἐπὶ γῆς δὲ τὰ κλήματα· ἄμπελος κλαδευομένη τὸ σῶμα, ἀλλ' οὐ ξηραινομένη τὴν ῥίζαν· ἄμπελος μετὰ τρίτην ἡμέραν τοῦ κλαδευθῆναι, βλαστάνουσα τὸν βότρυν τῆς ἀναστάσεως· οὗτός ἐστιν ἡ θύρα, δι' αὐτοῦ γὰρ ὁ πιστεύων εἰσέρχεται πρός με· οὗτός ἐστιν μεσίτης ἐμὸς καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ, συνάπτει γάρ μοι δι' ἑαυτοῦ τοὺς προσκεκρουκότας ἐν αὐτῷ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου καὶ ἀμνὸς, ὁ αὐτὸς ἱερεὺς καὶ ἱερεῖον, ὁ αὐτὸς προσφέρων καὶ προσφερόμενος, ὁ αὐτὸς θυσία γενόμενος, καὶ αὐτὸς τὴν θυσίαν δεχόμενος (1).

η'. Ταῦτα μὲν οὖν μετὰ τὸ βάπτισμα παρὰ τὸν Ἰορδάνην περὶ τοῦ μονογενοῦς ἐμαρτύρησεν ὁ πατήρ· ὅτε δὲ βλεπόντων τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς ἐν τῷ ὄρει μετεμορφώθη, καὶ τὸ πρόσωπον μαρμαρυγὰς ἀφῆκεν ἀποκρυπτούσας τὰς τοῦ ἡλίου μαρμαρυγὰς, καὶ τότε πάλιν τὴν αὐτὴν ἀφῆκε φωνὴν, οὗτός

dium; haec omnia in carnem eius conferte. Praeterea si hunc filium meum videritis lepram verbo purgantem, oculorum caecitati luto medentem, naturam nutu reformantem, quinque panibus quiuque hominum milia saturantem, manibusque discipulorum tamquam arvis colentem extemporale triticum illaboratum; mare saevum et montium vertices fluctibus imitans, voce tranquillantem, pelagus ceu pavimentum quoddam pedibus calcantem; daemonibus ceu mancipiis heriliter imperantem; haec inquam omnia divinitati eius adtribuite. Cavete quominus alterius cuiusdam sublimia opera, et item alterius cuiusdam humilia esse existimetis; sed uni eidemque et haec et illa imputate. Eius enim sunt divina omnia, eiusque item suut humana omnia: eius suut creationes, eius item passioues. Unus quippe idemque est filius meus, qui et suae divinitatis opera facit, et omnia quae carnis suae sunt, sibi propria facit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Hic est vitis, hic ianua errantium antea ovium: vitis habens in caelis radices, iu terra autem palmites: vitis corporis ramis amputatis, sed haud arescente radice: vitis quae post tertium a putatione diem, resurrectionis racemum germinavit. Hic est ianua; per ipsum enim qui credit ad me iugreditur. Hic est mediator meus famulorumque suorum; etenim per semet ipsum mihi copulat eos qui offenderant. Hic est filius meus et agnus: hic sacerdos et victima: idem offerens et oblatus; idem sacrificium effectus, et simul sacrificium excipiens.

8. Haec quidem de unigenito post baptismum apud Iordanem pater testatus est. Quando autem coram discipulis Christus in monte transfiguratus est, eiusque facies splendores emisit qui solis radios iufuscabant, tunc quoque rursus vocem illam emisit: *hic est filius meus dilectus, in quo*

(1) De hoc dogmate legesis graecam synodum a nobis editam Script. vet. T. IV.

*mihi bene complacui.* Non semel pater filium suum filii nomine appellat, et voce tamquam manu tenet unigenitum, propter eos qui dicunt natum in tempore illum qui est intemporalis: propter eos qui cum creatura connumerant creaturae factorem: propter eos qui servum faciunt liberatorem: propter eos qui alium et alium filium confingunt. Propterea constanter testatur: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Si dixerit, ego in patre et pater in me est, ipsum audite. Si dixerit, qui vidit me vidit et patrem, ipsum audite ceu rem veram narrantem. Si dixerit: qui misit me pater, maior me est, condescensionis eius oeconomiae hanc locutionem adscribite. Si dixerit: hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum, spectate corpus ab ipso vobis ostensum, spectate quod ex vobis sumptum factum est eius proprium, et pro vobis contritum. Si dixerit: hic est sanguis meus, de eius qui vobiscum loquitur sanguine cogitate, non de alio praeter ipsum. Si dixerit: tristis est anima mea usque ad mortem, animae eius passionem maeroris adtribuite.

9. Haec a Deo patre edocti fuimus; haec unigenitus Dei filius nobis tradidit: hanc a sancto Spiritu eruditionem accepimus: haec a divinis scripturis praedicantur. Quae igitur accepimus, haec custodiamus: quae didicimus, haec retineamus. Cur invicem frustra oppugnamus? Cur intestinum bellum gerimus, qui etiam inimicos diligere iubemur? Cur credulitate omissa, artificiosam fidem elaboramus? Natus est, non natus est; passus, non passus; resurrexit, non resurrexit. Cur iudicio quasi contendimus cum liberatore? Cur rationes ponimus cum benefactore? Semel, ut voluit, venit, passus est, resurrexit, aderitque iudex vivorum ac mortuorum;

ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα·* πολλάκις ὁ πατὴρ υἱὸν ἀποκαλεῖ τὸν υἱὸν, καὶ τῇ φωνῇ καθάπερ χειρὶ κρατεῖ τὸν μονογενῆ, διὰ τοὺς λέγοντας ἐν χρόνῳ γεγενῆσθαι τὸν ἄχρονον, διὰ τοὺς συναριθμοῦντας τῇ κτίσει τὸν ἐργάτην τῆς κτίσεως, διὰ τοὺς δουλαγωγοῦντας τὸν ἐλευθερωτὴν, διὰ τοὺς ἀναπλάττοντας ἄλλον καὶ ἄλλον υἱόν· διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπιμαρτύρεται, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε· ἐὰν εἴπῃ, ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, αὐτοῦ ἀκούετε· ἐὰν εἴπῃ, ὁ ἑωρακὸς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, αὐτοῦ ἀκούετε ὡς ἐπαληθεύοντος τοῖς πράγμασιν· ἐὰν εἴπῃ, ὁ πέμψας με πατὴρ, μείζων μου ἐστὶν, τῇ οἰκονομίᾳ τῆς συγκαταβάσεως αὐτοῦ τὴν φωνὴν προσαρμόσατε· ἐὰν εἴπῃ, τοῦτο ἐστιν τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν (1), βλέπετε τὸ σῶμα τὸ δεικνύμενον παρ' αὐτοῦ· βλέπετε τὸ ληφθὲν ἐξ ὑμῶν, καὶ γενόμενον αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ ὑμῶν συντριβόμενον· ἐὰν εἴπῃ, τοῦτό ἐστιν τὸ αἷμά μου, τοῦ λαλοῦντος ὑμῖν αἷμα νομίσητε, μὴ ἄλλου τινὸς παρ' αὐτόν· ἐὰν εἴπῃ περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, τῇ ψυχῇ αὐτοῦ τῆς λύπης τὸ πάθος προσάψατε (2).

θ'. Ταῦτα παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς δεδιδάγμεθα· ταῦτα παρὰ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ πεπαιδεύμεθα· ταῦτα παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος κατηχήμεθα· ταῦτα παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν διηγόρευται· ταῦτα παρὰ τῶν ὁσίων πατέρων κεκήρυκται· ἃ τοίνυν παρειλήφαμεν, ταῦτα φυλάξωμεν· ἃ μεμαθήκαμεν, ταῦτα κρατήσωμεν· τί μαχόμεθα πρὸς ἀλλήλους εἰκῇ; τί πολεμοῦμεν ἀλλήλους οἱ προστεταγμένοι καὶ τοὺς μισοῦντας φιλεῖν; τί τὸ πιστεύειν ἀφέντες, τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; ἐγεννήθη, οὐκ ἐγεννήθη· ἔπαθεν, οὐκ ἔπαθεν· ἀνέστη, οὐκ ἀνέστη· τί δικαζόμεθα τῷ λυτρωτῇ; τί λογοθετοῦμεν τὸν εὐεργέτην; ἅπαξ ὡς ἠθέλησεν παρεγένετο, καὶ πέπονθεν, καὶ ἀνέστη, καὶ σφραγί-

* Matth. XVII. 5.

(1) Vides testimonium de vero corpore et sanguine Domini in eucharistia. Item p. 565. fin.

(2) Legendus Augustini de quaest. 83. T. VI. col. 53. locus egregius, quo ex adfectionibus demonstrat in Christo fuisse animam.

νεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, καὶ παραγίνεται καθὰ καὶ ἤδη παρεγένετο μετὰ τῆς ἡμετέρας μορφῆς· οὐ γὰρ ἀπεδύσατο ταύτην ἣν τοσοῦτον ἠγάπησεν, οὐκ ἀπέῤῥιψεν ταύτην ἣν τοσοῦτον ἐφίλησεν, οὐ κατέλειπεν ἐν τῷ μνήματι τὴν σάρκα αὐτοῦ ἣν διὰ φιλανθρωπίαν ἥνωσεν ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν· ἀλλ' οὕτως παραγίνεται πάλιν κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἴδῃ Ἰούδας τίνα πέπρακεν τοῖς κυριοκτόνοις, ἵνα θεάσωνται Ἰουδαῖοι ποίαν κεφαλὴν τὴν ἀκάνθαις ἐστεφάνωσαν, ἵνα ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δικαστικοῦ θρόνου καθήμενον, καὶ τὰ χερουβὶμ μετὰ φόβου καὶ τρόμου παριστάμενα, καὶ εἴπωσιν, ἡμεῖς τοῦτον οὐκ ἐσταυρώσαμεν, ἀλλά τινα Ἰησοῦν ναζωρηνὸν βηθλεεμίτην κατεκρίναμεν, ὑποδείξῃ αὐτοῖς τὴν πλευρὰν, καὶ ἴδωσιν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, καὶ προσκυνήσωσιν καὶ μὴ θέλοντες.

ι'. (1) Τί τοίνυν τὸ πιστεύειν ἀφέντες τεχνολογοῦμεν τὴν πίστιν; τί πληροῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ κοινοῦ δυσμενοῦς; λογισάμενος γὰρ ὁ διάβολος ὁ κοινὸς τῆς ἀνθρωπότητος λυμεὼν, ὅτι γαλήνης ἐν ἡμῖν πολιτευομένης, τὰ τῆς εὐσεβείας ἀνθεῖ, τῆς δὲ πίστεως λαμπούσης [a] εὐζωΐα κρατεῖ· πολιτείας δὲ θεοφιλοῦς κατορθουμένης, μακαριότητος δὲ μεσαζούσης [b], φίλοι τοῦ δημιουργοῦ καθιστάμενοι πρὸς τὸ ποθούμενον ἀνατρέχομεν [c], ἵνα μὴ ἀνέλθωμεν [d] ὅθεν ἐκεῖνος κατέπεσεν, ὁρᾶτε τί πεποίηκεν, καὶ πῶς πανούργως καὶ δολερῶς καθ' ἡμῶν ἐρραψῴδησε πόλεμον, ὁ μηχανορράφος τῶν κακῶν, καὶ σοφὸς ἐν ἀπάταις, καὶ ποικίλος ἐν ἐπιβουλαῖς, καὶ πλούσιος ἐν τοῖς κακοῖς μηχανήμασι· παρεσκεύασέν [f] τινας ἐν προσχήματι τῆς εὐσεβείας στρατεύεσθαι, καὶ τῆς πίστεως τὴν ζήτησιν κατὰ τῆς πίστεως ὥπλισεν [g], καὶ πᾶσι

aderit inquam prout iam antea advenit, cum nostra forma. Non enim hanc exuit, quam tantopere adamavit: non hanc abiecit, quam plurimum dilexit: non dereliquit in sepulcro carnem propriam, quam ob suum erga homines amorem hypostatice sibi adunavit. Sed ita rediturus est ad iudicandum vivos ac mortuos, ut Iudas aspiciat quem vendiderit Domini homicidis; ut Iudaei videant quodnam caput spinis coronaverint. Denique ut cum videbunt in tribunali sedentem, et Cherubinos ac Seraphinos cum metu atque terrore adstantes, dicentque: nos hunc non crucifiximus, sed Iesum quemdam nazarenum de Bethleem condemnavimus; ipse latus eis ostendat, videantque in quem transfixerint, et vel nolentes adorent.

10. Cur itaque credulitate abiecta, quoddam fidei artificium excogitamus? Cur inimici communis voto favemus? Considerans enim communis hominum pestis diabolus, nobis cum pace viventibus, fore ut religio floreret; ut fulgente fide, rectum vitae genus convalesceret; gratisque Deo moribus institutis, beatitatem quamdam adepti, et creatori iam cari, ad optatum finem decurreremus; ne nos illuc ascendamus, unde ipse excidit, videte quid egerit, et quam malitiose doloseque adversus nos bellum conflaverit hic artificiosus malorum opifex, ad fraudem callidus, in insidiis versatus, improbisque molitionibus dives. Operam dedit, ut nonnulli sub pietatis obtentu militiam susciperent, et fidei quaestiones adversus fidem armavit, cunctisque orthodoxis per hos importunum

a) Ed. Lequinii κρατούσης. — b) Desunt quinque superiora verba in ed. — c) Adhuc tria verba desunt in ed. — d) Ed. deterius ἐπέλθωμεν — e) Deest in ed. δολερῶς. — f) Ed. παρασκευάζει. — g) Desunt in ed. verba sex.

(1) Sequentem, usque ad verba *καὶ ἔξω φιλονεικοι*, tractum versiculorum 47, laudat Iohannes monachus (qui Heraclii imp. aevo vixit) in parallelis rupefucaldinis a Lequinio post illa Damasceni editis T. II. p. 773, non sine tamen variis mendis atque omissionibus. Sed tamen notabilis ibi est Lequinii error, qui Gregorio antiocheno substituit Gregorii nysseni nomen; cuius errorem secutus est in bibliotheca graeca Fabricius, qui inter deperdita Nysseni scripta recenset hunc sermonem de illis verbis: *hic est filius meus dilectus* etc. Monitionem hanc etsi ego alibi oblata occasione iam feceram, eandem tamen hoc magis proprio loco omittere non debui.

animabusque exitiosum discordiae bellum iniecit, et in ecclesiae membris intestinam pugnam commovit. Quo facto, altum attollit cachinnum, videns qui suis consiliis paruerant subversos, atque ex eorum mutuis damnis fructum capiens, qui ne post ipsam quidem malorum experientiam cessant. Torqueamus igitur in caput eius hanc ipsius astutiam, gaudiumque eiusdem in dolorem luctumque perpetuum convertamus. Pacem, quam ipse odit, optemus: desinamus ponderare et ad lancem exigere dogmatis vocabula. Nolimus esse magistrorum magistri: pugnas verborum vitemus, quibus auditores pervertuntur: fidem a patribus nostris traditam teneamus. Patribus quippe nostris sapientiores non sumus, nec doctoribus nostris ingeniosiores: pastorum non sumus pastores, sed oves: porro ab ovibus non reguntur pastores, sed a pastoribus oves. Ad pacem nos Deus, non ad pugnam, vocavit. Maneamus in vocatione nostra. Mysticam mensam cum tremore revereamur, apud quam caelestia mysteria participamus. Ne simus eodem tempore convivae, et invicem insidiatores: ne heic communionis socii, extra autem discordia flagrantes: ne heic in fide concordes, extra vero alterius factionis adseclae; ne forte de nobis quoque dicat Dominus: filios genui et exaltavi meaque carne nutrivi, ipsi vero me abnegarunt. Ipse utinam omnium Servator, pacis auctor, tumultuum bellorumque cupidum diabolum a vobis repellat! ipse ecclesiis suis tranquillitatem conciliet: ipse sacrum hunc gregem conservet: ipse gregis pastorem protegat: ipse pium Christique amantem imperatorem nostrum custodiat: ipse in ovile suum errantes oves congreget, ut fiat unus grex, unum ovile. Ipsi gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen.

τοῖς εὐσεβέσιν δι' αὐτῶν ἄκαιρον φιλονεικίας καὶ ψυχοφθόρον ἐνέβαλε πόλεμον, καὶ τῆς ἐκκλησίας τὰ μέλη κατ' ἀλλήλων ἐστράτευσεν· εἶτα γελᾷ πλατὺν γέλωτα, βλέπων τοὺς πειθομένους αὐτοῦ ταῖς βουλαῖς τρεπομένους παρ' αὐτοῦ, καὶ τέρποντας αὐτὸν οἷς κατ' ἀλλήλων ἐργάζονται, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν πεῖραν τῶν κακῶν· [a] στρέψωμεν τοίνυν κατὰ τῆς πονηροῦ κεφαλῆς τοῦτο δὴ τὸ σοφὸν, καὶ τὴν εὐφροσύνην αὐτοῦ μεταβάλωμεν εἰς ὀδύνην καὶ πένθος ἀπαρηγόρητον· καὶ ποθήσωμεν τὴν εἰρήνην, ἣν ἐκεῖνος μισεῖ· καταλείπωμεν τὸ ζυγοστατεῖν [b] καὶ σταθμίζειν τὰς λέξεις τοῦ δόγματος· παυσώμεθα τοῦ θέλειν εἶναι τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι· μισήσωμεν τὸ λογομαχεῖν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων· πιστεύσωμεν ὡς οἱ πατέρες ἡμῶν παρέδωκαν· οὐκ ἐσμὲν τῶν πατέρων σοφώτεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν διδασκάλων ἡμῶν ἀκριβέστεροι· οὐκ ἐσμὲν τῶν ποιμένων ποιμένες, ἀλλὰ πρόβατα· οὐ ποιμαίνει τὰ πρόβατα τοὺς ποιμένας, ἀλλ' οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα· [c] ἐν εἰρήνῃ κέκληκεν [d] ἡμᾶς ὁ θεὸς, οὐκ ἐν μάχῃ· ὡς ἐκλήθημεν, οὕτως ἐμμείνωμεν· [e] φρίξωμεν τὴν μυστικὴν τράπεζαν ἐν ᾗ τῶν οὐρανίων μυστηρίων [f] μεταλαμβάνομεν· μὴ γινώμεθα κατὰ ταὐτὸν [g] ὁμοτράπεζοι, καὶ ἀλλήλων ἐπίβουλοι· μὴ ἐνταῦθα κοινωνικοὶ, καὶ ἔξω φιλόνεικοι· [h] ,, μὴ ἐνταῦθα ὁμόπιστοι, καὶ ἔξω ἑτερόφιλοι, ἵνα μὴ εἴπῃ καὶ περὶ ἡμῶν ὁ κύριος· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα καὶ ἔθρεψα ἐκ τῆς ἐμῆς σαρκὸς, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν· αὐτὸς γὰρ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ, ὁ τῆς εἰρήνης δημιουργὸς, τὸν φιλοτάραχον καὶ φιλοπόλεμον διάβολον ἐξ ὑμῶν ἀπελάσειεν· αὐτὸς ταῖς ἐκκλησίαις ἑαυτοῦ τὴν γαλήνην βραβεύσειεν· αὐτὸς τὴν ἱερὰν ταύτην ἀγέλην τηρήσειεν· αὐτὸς τὸν ἀγελάρχην φυλάξειεν· αὐτὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόχριστον ἡμῶν βασιλέα φρουρήσειεν· αὐτὸς συναθροίσειεν εἰς τὰς ἑαυτοῦ μάνδρας τὰ πλανώμενα πρόβατα, ἵνα γένηται μία ποίμνη, ἓν ποιμνίον· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

a) Desunt in ed. verba 22. — b) Ed. ζυγομαχεῖν. — c) Desunt in ed. verba 13. — d) Ed. ἐκάλεσεν. — e) Ed. προσμείνωμεν. — f) Desunt in ed. verba duo. — g) Cod. καθ' ἑαυτῶν. — h) Ed. rursus ἐπίβουλοι.

# MONITUM.

*Avebat animus novum aliquod magni etiam Athanasii scriptum in hac nostra patrum collectione recitare. In primis itaque ad grandem illam ms. Nicetae in Lucam catenam me contuli, cuius etsi magnam partem in nono Scriptorum vet. volumine edidi, Athanasii tamen quae inerant partes tunc praetermisi, diligentiori eas reservans examini; quod quum postea fecerim, permultas sane partes ex editis Athanasii scriptis decerptas esse, non sine multa meo labore temporisque dispendio, cognovi, nonnullas etiam a Montfauconio in priare multoque magis in posteriore fragmentorum Athanasii ad Lucam editione praeoccupatas vidi. Nihilominus mediocris adhuc mihi in manibus erat fragmentarum numerus, quae pertinere ad deperditum Athanasii in Lucam commentarium nemo credo dubitabit. Namque Athanasium revera super hoc etiam evangelio scripsisse constat* 1. *ex editis a Montfauconio partibus, quas e catenis aeque decerpsit, quarum* γνησιότης *nullatenus editori doctissimo suspecta fuit, propter seriem evangelii quam tenent continuam, et verborum accuratam ac propriis in locis explanationem, et propter stili similitudinem, et quia denique in Arianos more solito auctor invehitur. Atqui omnia haec athanasianii ingenii scriptique indicia in nostris quoque fragmentis aeque conspiciuntur, ut cuique legenti facila innotescet.* 2. *Balth. Corderius' in sua ad Lucam latina graecorum patrum catena complura habet Athanasii fragmenta, quae in editis eius operibus a se frustra quaesita fatetur; ita ut pars commentarii sine dubio credenda sint, quandoquidem haec haud alibi quam in catena ad Lucam scribuntur. Porro nonnulla apud nos graece occurrunt, quae Corderius iam latine protulerat.* 3. *Divus item Thomas aquinas in aurea ad Lucam latina catena complures Athanasii locos profert, quos partim diligentissimus Thomae editor Rubeus in libris Athanasii editis comperit, partim tamen nonnisi ex graecis catenis sumptos fatetur. Reapse horum quoqua locorum nonnulli, qui apud Thomam latini sunt, nunc graece apud nos apparent, ut propriis in locis dicimus. Ergo divi item Thomae catena athanasiano in Lucam commentario testimonium dat.* 4. *Quartus deniqua scripti huius athanasiani testis est codex Nicetae vaticanus* 1611, *sive magna ut iam dixi ad Lucam catena, nec non partim etiam codex ottob. vat.* 100, *qui ambo codices nostra haec fragmenta continent, et illa etiam plerumque quae Montfauconius ex gallicanis catenis excerpsit, quae nos tamen, utpote iam edita, cum his nostris permiscenda non iudicavimus. Utiqua et in nostris loci quidam adhuc supersunt, qui in aliis Athanasii scriptis mixti interdum aut interpolati cernuntur. Mos enim et Athanasii fuit, ut tamdiu a Montfauconio atque a me ipso est observatum, nec non Cyrilli ut alibi docui, itemque Augustini, et aliorum, ut quum de iisdem saepe vel similibus argumentis agerent, suis interdum abuterentur locutionibus, quas alibi iam perscripserant: quam rem multis exemplis, si vacaret, facile ostenderem. Exempli nunc gratia sufficiat letargici hominis descriptio apud Augustinum repetita serm. XL. et LXXXVII. Item intemperantiae in ieiunio serm. CCVII. et CCX. Sed haec ideo tantum dixi, nequis me editoris officium adeo neglexisse putet, ut in auctore meo peregrinus esse voluerim. De athanasiani commentarii ad Lucam fragmentis hactenus. Age vero quum in septima Scriptorum veterum volumine particulas aliquot Athanasii apud Anastasium presbyterum, aliosque a ma impressos auctores, conservatas, graece tantum ante hos annos ediderim; nunc libuit eas hoc loco adunare non sine interpretatione latina; addito etiam fragmento eiusdem Athanasii de ss. eucharistia, quod apud editum item a me Eutychium nactus sum. Sic itaque beatissimi patris scripta, quorum magnus numerus periit, paulatim ex ruinis ac tenebris in incolumitatem lúcemque redeunt. Et quidem ex Anglia epistolas eius festales, in syriaco codice inventas, cupidissime expectamus.*

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

## ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΕΚΛΟΓΑΙ.

# SANCTI PATRIS NOSTRI ATHANASII MAGNI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

## IN LUCAE EVANGELIUM

COMMENTARIORUM EXCERPTA.

Ecce concipies in utero.

1. Initium quippe tunc habuit generationis (humanae) Verbum, dum angelus virginem alloquebatur.

Ideo et quod nascetur sanctum.

2. Sanctissimum revera Domini corpus ab archangelo evangelizatum, a Spiritu sancto autem formatum, factum adorabile Verbi indumentum. Extra enim naturae ordinem Verbum homo factum est; nam nisi ita esset, frustra Mariae mentio fieret; etenim virginem sine viri opera parere, natura non patitur. Quamobrem patris beneplacito, quum verus naturalisque Deus Verbum esset, factum est corporaliter homo propter nostram salutem. Et ab initio quidem Verbum extitit; virgo autem in fine saeculorum uterum gessit, et Dominus factus est homo: unusque est ex ambobus demonstratus. Nam Verbum caro factum est.

Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret.

3. Hac in urbe ille, qui ante saecula natus fuerat de patre, in postremis de virgine nascitur: et qui antea sanctis quoque caelorum virtutibus invisibilis erat, fit visibilis propter suam cum visibili homine

Ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρί. CAP. I. 8.

α'. Ἀρχὴν γὰρ γεννήσεως εἴληφεν ὁ λόγος, ὅτε ὁ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον ἐλάλησεν. Cod. vat. 1611. f. 8.

Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον. v. 35.

β'. Πανάγιον ἀληθῶς τὸ τοῦ κυρίου τὸ σῶμα, ὑπὸ μὲν τοῦ ἀρχαγγέλου εὐαγγελισθὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου πλασθέν. καὶ τοῦ λόγου γεγονὸς ἔνδυμα προσκυνητόν· οὐ γὰρ φύσεως ἀκολουθίᾳ γεγένηται ἄνθρωπος ὁ κύριος· ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἦν, περιττὴ τῆς Μαρίας ἡ μνήμη· οὐδὲ γὰρ οἶδεν ἡ φύσις παρθένον χωρὶς ἀνδρὸς τίκτουσαν· ὅθεν εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς, θεὸς ὢν ἀληθινὸς καὶ φύσει λόγος, γέγονε σωματικῶς ἄνθρωπος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν· καὶ ἐν ἀρχῇ μὲν ἦν ὁ λόγος, ἡ παρθένος δὲ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐν γαστρὶ ἔσχε, καὶ γέγονεν ὁ κύριος ἄνθρωπος, καὶ εἷς ἐστιν ὁ ἐξ ἀμφοτέρων σημαινόμενος· ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο. cod. f. 20.

Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. CAP. II. 6.

γ'. Ἐν ᾗ ὁ πρὸ αἰώνων ἐκ πατρὸς, ἐπ' ἐσχάτων ἐκ τῆς παρθένου γεννᾶται, καὶ ὁ ἀόρατος τὸ πρὶν καὶ ταῖς ἐν οὐρανῷ ἁγίαις δυνάμεσιν, ὁρατὸς γίνεται, διὰ τὴν πρὸς τὸν ὁρώμενον ἄνθρωπον ἕνωσιν· ὁρώ- cod. f. 15. b.

μένον δέ φημι οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, ἀλλὰ τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ, διὰ τοῦ ἀνθρωπείου σώματος καὶ ὅλου ἀνθρώπου, ὃν ἀνεκαίνισε τῇ οἰκειώσει τῇ πρὸς ἑαυτόν· κτίστης γὰρ ὢν ὁ λόγος, αὐτὸς ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων τὸ κτιστὸν ἐνεδύσατο, ἵνα πάλιν τοῦτο ἀνακαινίσῃ· χρεία γὰρ ἦν πρὸς τὴν ἀνάκλησιν τοῦ καὶ κατ' ἀρχὰς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποιηκότος θεοῦ λόγου· τούτου δὴ ἕνεκεν ὁ ἀσώματος εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν παραγίνεται, καὶ λαμβάνει ἑαυτῷ σῶμα οὐκ ἀλλότριον τοῦ ἡμετέρου, ἐξ ἀχράντου παρθένου, ὑπὸ τοῦ ἁγίου πλασθὲν πνεύματος, ἵν' αὐτῷ λυθῇ ὁ κατὰ τῆς φθορᾶς τῶν ἀνθρώπων νόμος· καὶ ὁ λόγος πρὸς ὁμοιότητα τὴν ἑαυτοῦ κτίσας τὸν ἄνθρωπον ἐξ ἀρχῆς, πάλιν εἰς ὁμοίωσιν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπανάγει, ὁμοιωθεὶς τῷ ἰδίῳ ποιήματι. – Καὶ ὁ λόγος, υἱὸς ἀνθρώπου γέγονεν, ἵνα μεσίτης γενόμενος θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὰ μὲν θεοῦ, ἡμῖν· τὰ δὲ ἡμῶν, τῷ θεῷ διακοινῇ· ὅταν μὲν γὰρ λέγηται πεινᾷν καὶ δακρύειν καὶ κοπιᾷν, ταῦτα ἀνθρώπινα ὄντα καὶ ἡμέτερα πάθη, δέχεται παρ' ἡμῶν, καὶ τῷ πατρὶ ἀναφέρει, πρεσβεύων ὑπὲρ ἡμῶν, ἵν' ἐν αὐτῷ ἐξαφανισθῇ· ὅταν δὲ, ὅτι ἐδόθη μοι ἐξουσία *, καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε *, τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ εἰς ἡμᾶς ἐστι χαρίσματα δι' αὐτοῦ διδόμενα· ἐν ἀνθρώπῳ γὰρ ὢν ὁ λόγος, ὑπερύψωσε τὸν ἄνθρωπον· καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸν λόγον ἀναφέρεται ταῦτα, ἐπειδὴ δι' αὐτὸν ἐδόθη· αὐτὸς γὰρ μόνος οὐκ ἂν ἐδεήθη τούτων· ἄνθρωπος δὲ ψιλὸς, οὐκ ἂν ἠξιώθη τούτων· συνήφθη οὖν ἡμῖν ὁ λόγος, καὶ δι' αὐτοῦ ἡμῖν ταῦτα μεταδίδοται· οὐκ ἐτράπη δὲ ὁ θεὸς λόγος, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ὢν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἀνείληφε σῶμα ἀνθρώπινον, ἵνα τῇ ἀνθρωπίνῃ γεννήσει κοινωνήσας, ποιήσῃ τοὺς ἀνθρώπους κοινωνῆσαι θείας καὶ νοερᾶς φύσεως.

* Matth. XXVIII. 18.
* Philip. II. 9.

v. 10. Εὐαγγελίζομαι ὑμῖν χαρὰν μεγάλην.

cod. f. 31. δ'. Καὶ πάντες ἔχαιρον ἐπὶ τῇ Χριστοῦ γεννήσει· κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων χαρὰν, οὐκ ἀνθρωπίνην οἵαν ἐπὶ γεννωμένῳ παιδίῳ

coniunctionem. Visibilem antem dico haud divinitate invisibili, sed divinitatis operatione, quam per humanum corpus totumque hominem efficit; quem quidem innovavit, propter suam cum illo unionem. Nam quod erat creatoris potestate praeditum Verbum, idem in saeculorum fine creatam naturam sibi induit, ut eam scilicet renovaret. Ob hanc enim instaurationem, necessarium erat illud quod ab initio res ex nihilo creaverat Dei Verbum. Propterea incorporeum in regionem nostram descendit, sumitque sibi corpus haud a nostro alienum ex immaculata virgine a Spiritu sancto formatum, ut per ipsum corruptionis lex hominibus decreta abrogaretur. Atque ita Verbum quod ad imaginem suam hominem initio creaverat, rursus ad propriam similitudinem hunc adducit, dum fit suae creaturae simile. – Et Verbum fit filius hominis, ut ceu mediator inter Deum et homines, res Dei nobiscum, nostras autem Deo communicet. Etenim cum esurire dicitur, flere, defatigari, humanas has nostrasque passiones a nobis suscipit, patrique offert, pro nobis orans ut in se ipso destruantur. Cum vero ait: data est mihi potestas; et, Deus exaltavit illum; tunc dona Dei nobis per ipsum collata significantur. Namque in homine existens Verbum, hominem exaltavit; ideoque ad Verbum referuntur haec, quia per ipsum data fuere. Quippe Verbum solum his non indiguisset; vicissimque simplex homo, his dignus non extitisset. Copulatum est itaque nobis Verbum, perque ipsum haec nobis collata fuerunt. Neque tamen immutatum est Verbum Deus, sed idem pro salute et utilitate hominum, corpus humanum adscivit, ut humanam nativitatem participans, homines faceret divinae et intellectualis naturae participes.

Evangelizo vobis gaudium magnum.

4. Cuncti in Christi nativitate gavisi sunt. Angelorum inquam gaudio, non humano quolibet, ob natum aliquem puerum

Digitized by Google

laetantur homines, et natalem celebrant sollemnitatem, sed propter Christi adventum, et ob divini luminis ortum iubar.

Et puer proficiebat sapientia et aetate

5. Ne ergo in his errorem patiamur, sciendum est, verba quae de Christi divinitate eiusdemque humanitate dicuntur, propriam et relativam habere in singulis locutionibus interpretationem. Et qui Verbi humana scribit, idem scit etiam quae sunt eius deitatis propria. Et qui de deitate loquitur, idem quae sunt incarnatae eius praesentiae propria non ignorat. Sed singula, tamquam sapiens prudensque trapezita discernens, per recti dogmatis semitam incedet.

Tu es filius meus dilectus.

6. Idem est dicere unigenitum et dilectum. Haud sane, suum erga illum amorem significare volens pater dixit « dilectum » quasi ceteros odisse videretur: sed unigenitum denotavit, ut hunc videlicet solum de se ortum demonstraret. Namque et Abrahamo sacra scriptura filium unigenitum significare volens, dixit « filium tuum dilectum. » Porro constat unicum ex Sarra extitisse filium Isaacum. – Quum antiquitus propheta manifeste, patris de illo promissionem proclamasset, dicens: mittam filium meum Christum; nunc in Iordane inquit pater: hic est filius meus dilectus. Etenim promissa faciens, recte ostendit hunc esse quem se missurum receperat. Videamus autem quid omnino sit filius, et cuiusnam rei sit hoc nomen significativum.

Qui fuit Adam, qui fuit Dei.

7. Cur vero, si nobis similis est, non homo tantum dicitur Christus ceu novus aliquis de caelo advenisse, sed filius hominis factus? Si ergo in terra factus est filius hominis, quamquam non ex semine viri genitus, sed de Spiritu sancto, solius reapse protoplasti Adami filius reputabi-

χαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ γενεσίων ἐπιτελοῦσιν ἑορτὴν, ἀλλ' ἐπιφανείᾳ Χριστοῦ, καὶ φωτὸς ἐπιλάμψει θεϊκοῦ (1).

Καὶ παιδίον προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ. v. 52.

ε'. Ἵνα τοίνυν ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ σφαλώμεθα, χρὴ εἰδέναι ὅτι περὶ τῆς θεότητος Χριστοῦ καὶ ἐνανθρωπήσεως εἰρημένα ῥήματα, ἰδίαν καὶ κατάλληλον ἔχει πρὸς ἕκαστον τῶν λεγομένων τὴν ἑρμηνείαν· καὶ ὁ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ λόγου γράφων, οἶδε καὶ τὰ περὶ θεότητος αὐτοῦ· καὶ ὁ περὶ τῆς θεότητος ἐξηγούμενος, οὐκ ἀγνοεῖ τὰ ἴδια τῆς ἐνσάρκου παρουσίας αὐτοῦ· ἀλλ' ἕκαστον ὡς ἐπιστήμων καὶ δόκιμος τραπεζίτης διακρίνων, κατ' ὀρθὸν τῆς εὐσεβείας βαδιεῖται (2). cod. f. 42. b.

Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Cap. III. 22.

ϛ'. Ταὐτόν ἐστι τό τε μονογενὲς καὶ τὸ ἀγαπητόν· οὐ γὰρ δὴ τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην σημᾶναι θέλων ὁ πατὴρ εἶπε τὸ ἀγαπητὸς, ἵνα μὴ τοὺς ἄλλους μισεῖν δόξῃ, ἀλλὰ τὸ μονογενὲς ἐδήλου, ἵνα τὸ μόνον ἐξ αὐτοῦ εἶναι αὐτὸν δείξῃ· καὶ τῷ Ἀβραὰμ γοῦν σημᾶναι θέλων ὁ λόγος τὸ μονογενὲς, φησὶ *, προσένεγκε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητόν· παντὶ δὲ δῆλον ἐκ τῆς Σάῤῥας μόνον εἶναι τὸν Ἰσαάκ. – Ἄνωθεν δὲ προφήτου σαφῶς ἐκβοήσαντος τὴν πατρικὴν ὑπόσχεσιν περὶ αὐτοῦ, καὶ εἰπόντος· * ἀποστελῶ τὸν υἱόν μου τὸν Χριστὸν, νῦν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ φησὶν ὁ πατὴρ, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός (3)· ἐκπληρώσας γὰρ τὴν ὑπόσχεσιν, εἰκότως ὑπέδειξεν, ὡς οὗτός ἐστιν ὃν εἶπον ἀποστεῖλαι· ἴδωμεν δὲ τί ὅλως ἐστὶν ὁ υἱὸς, καὶ τίνος τὸ ὄνομα τοῦτο σημαντικόν. cod. f. 59. * Gen. XXII. 2. * Is. XLV. 1.

Τοῦ Ἀδάμ, τοῦ Θεοῦ. v. 38.

ζ'. Διὰ τί δὲ, εἰ καθ' ἡμᾶς ἐστιν, οὐχὶ ἄνθρωπος μόνον λέγεται ὁ Χριστὸς ὡς καινός τις ἐπιδημήσας ἐξ οὐρανῶν, ἀλλ' υἱὸς ἀνθρώπου γέγονεν; εἰ μὲν οὖν ἐπὶ γῆς γέγονεν υἱὸς ἀνθρώπου, καί τοι οὐκ ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς γεννηθείς, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου, ἑνὸς ὄντος τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ cod. f. 60.

(1) Legitur latine hoc fragmentum in catena aurea divi Thomae aquinatis opp. edente Rubeo T. V. p. 38.
(2) Habet haec latine tantum Corderius in catena p. 66.
(3) Confer D. Thomam p. 65.

υἱὸς νοηθήσεται· οὐ γὰρ ἕτερός τις ἐπιγέγραπται ἄνθρωπος ἐν οὐρανῷ ὑπάρξας, παρὰ τὸν ἐκ γῆς Ἀδάμ, ἵνα καὶ ἐξ οὐρανῶν ἔχῃ τὸ σῶμα, καὶ υἱὸς ἀνθρώπου ᾖ παρὰ τὸν Ἀδάμ· διό, ὁ μὲν Ματθαῖος υἱὸν αὐτὸν Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα ἐπιγράφει (1)· ὁ δὲ Λουκᾶς υἱὸν αὐτὸν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ γενεαλογεῖ· οἱ τοίνυν μαθηταὶ ἐστὲ τῶν εὐαγγελίων, μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίας, ἀλλὰ στοιχεῖτε τοῖς γεγραμμένοις· εἰ δὲ ἕτερα παρὰ τὰ γεγραμμένα λαλεῖν βούλεσθε, πῶς ἔτι χριστιανοὶ ὀνομασθείητε;

Cap. IV. 2. Καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.

col. f. 73. η'. Καὶ ἀνθρώπου μέν τοι γενομένου τοῦ λόγου, θεωροῦμεν τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· ἃ γὰρ διὰ τοῦ σώματος ὑπέμεινε, ταῦτα ὡς θεὸν ἐμεγάλυνε· κἂν σκανδαλίζηταί τις ἐπὶ τοῖς σωματικοῖς, πιστευέτω ἐφ' οἷς ὡς Θεὸς ἐργάζεται· ἐπείνα μὲν γὰρ σαρκί, θεϊκῶς δὲ τοὺς πεινῶντας ἐχόρταζεν· ὅθεν μηδὲ γελάτω τίς, λέγων παιδίον, καὶ ἡλικίαν ὀνομάζων καὶ αὔξησιν, καὶ φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ τὸ παθεῖν, ἵνα μὴ τὰ ἴδια τοῦ σώματος ἀρνούμενος, ἀρνήσηται τέλεον καὶ τὴν δι' ἡμᾶς ἐπιδημίαν αὐτοῦ· ἀκόλουθον γὰρ ἦν σῶμα λαβόντα αὐτόν, δεικνύναι τὰ ἴδια τούτου, ἵνα μὴ ἡ φαντασία τοῦ ἀθέου Μανιχαίου κρατήσῃ· ἀκόλουθον δὲ πάλιν ἦν σωματικῶς αὐτὸν χρηματίζοντα, μὴ κρύψαι τὰ τῆς θεότητος, ἵνα μὴ ὁ Σαμοσατεὺς πρόφασιν εὕρῃ ἄνθρωπον αὐτὸν ψιλὸν λέγων, ὡς ἄλλον ὄντα παρὰ τὸν Θεὸν λόγον· ταῦτα τοίνυν κατανοῶν ὁ ἄπιστος, ὅτι βρέφος μὲν ἦν ἐπὶ φάτνης, τοὺς δὲ μάγους ὑπέταξε προσκυνούμενος παρ' αὐτῶν· καὶ παιδίον μὲν εἰς Αἴγυπτον κατῆλθε, τὰ δὲ χειροποίητα τῆς εἰδωλολατρείας κατήργει· καὶ ἐσταυρωμένος σαρκί, νεκροὺς ἐκ πολλοῦ χρόνου σαπέντας ἤγειρε· καὶ δέδεικται πᾶσιν ὅτι οὐ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ δι' ἡμᾶς ὑπέμεινε πάντα, ἵνα ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου παθήμασιν ἀφθαρσίαν καὶ ἀπάθειαν ἐνδυσάμενοι, διαμείνωμεν εἰς ζωὴν αἰώνιον.

tur. Neque enim praeter Adamum qui de terra est, alius aliquis denominatur homo in caelo existens, quique de caelo corpus habuerit, et filius hominis sit, Adamo seposito. Ideo Matthaeus filium Abrahami ac Davidis secundum carnem nuncupat Christum; Lucas autem usque ad Adamum ac Deum genealogiam eius extendit. Si ergo evangeliorum discipuli estis, ne loquamini adversus Deum iniquitates, sed scripturae credite. Quod si contraria scripturae loqui vultis, cur iam Christiani appellamini?

Et nihil manducavit in diebus illis.

8. Verbo homine facto, cernimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae ac veritatis. Nam quae in corpore pertulit, ea tamquam Deum exaltaverunt. Et si quis forte ob corporalia scandalizatur, is credat ob illa quae tamquam Deus operatur. Esuriebat carne, sed divinitus esurientes saturabat. Quare nemo rideat dicens puerum, et aetatem memorans et incrementum, et esum ac potum atque passionem; ne si forte quae sunt corporis propria neget, postremo ipsius quoque propter nos adventum neget. Quippe fuit consentaneum, ut postquam corpus assumpserat, corporis quoque proprietates ostenderet, ne athei Manetis phantasia praevaleret. Vicissim consentaneum fuit ut in corpore existens, deitatis praerogativas haud celaret, ne Samosatensis ansam arriperet simplicem hominem Christum dicendi, tamquam alium a Deo Verbo. Haec itaque incredulus animadvertat; nempe quod infans in praesepi iacebat, sed magos sibi subiiciebat a quibus est adoratus: puer in Aegyptum migravit, sed idolorum statuas ibi destruxit: carne crucifixus, mortuos tamen multo ante putrefactos resuscitavit: cunctisque palam factum est, Christum haud sui causa sed nostra passum ea quae passus est, ut nos meritis eius passionis incorruptela et impassibilitate induti in aeterna vita permaneamus.

(1) Confer, si vacat, Augustinum serm. LI. 31. de concord. Matth. et Luc.

Scriptum est, quod angelis suis mandavit de te, ut conservent te

9. Verumtamen hinc discamus, non esse tolerandos eos qui adversus rectam fidem res novas moliuntur: et quamquam sacrarum scripturarum dictiones proferant, quamquam verba orthodoxa eloquantur, ne sic quidem illorum sermonibus esse adtendendum. Non enim recta mente loquuntur, sed ovini velleris instar verba sibi circumponentes, interius tamen haeresim fovent, haud secus quam haereseon antesignanus diabolus. Namque et hic scripturae auctoritates recitabat, nihilo tamen minus silere a Servatore iussus fuit. Etenim si prout loquebatur, ita et sensisset, numquam caelo decidisset. Nunc ille qui ob suam superbiam cecidit, verborum hypocrisi malitiose utitur. Igitur qui olim primum hominem deceperat, putabatque se per illum subditos cunctos habere, exultabat audacter dicens: mundum universum capiam, tamquam nidum atque ova derelicta sumam: nemo me effugiet, nemo mihi contradicet. Sed postquam Dominus advenit, et humanam eius oeconomiam inimicus tentavit, cum gestatam ab illo carnem fallere non potuisset, tunc qui orbem universum se capturum spoponderat, deinceps a Christo et per Christum, instar passerculi, ab ipsis pueris superbus illuditur. Nam puer infans in aspidum caveam manum immittens, eum qui Evam fefellit irridet. Pari modo omnes qui recte Domino credunt, conculcant eum qui dixit: statuam thronum meum, supra nubes ascendam, similis ero Altissimo. Quod si omnino ausit impudentissimus hic fraudem suam tegere, attamen dignoscitur, eoque vehementius reprimitur humiliatus et pudefactus. Et si hic anguis reptilis in angelum se lucis transformet, nihil tamen ei proderit sua hypocrisis. Etenim nos docti fuimus, ut etiamsi de caelo angelus nunciet nobis praeter id quod traditum accepimus, anathema illi dicamus. Quamvis denique

Γέγραπται, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται v. 10.
περὶ σοῦ, τοῦ διαφυλάξαι σε.

θʹ. Πλὴν ἐντεῦθεν μανθάνομεν, ὡς cod. f. 78.
οὐ χρὴ ἀνέχεσθαι τῶν κατὰ τῆς ὀρθῆς και-
νοτομούντων πίστεως· κἂν τὰς ἀπὸ τῶν
γραφῶν λέξεις λέγωσι, κἂν τὰ ῥήματα τῆς
ὀρθοδοξίας φθέγγωνται, μὴ δ' οὕτω τοῖς
λαλοῦσι προσέχειν· οὐ γὰρ ὀρθῇ διανοίᾳ
λαλοῦσιν, ἀλλ' ὡς ἔνδυμα προβάτου τὰ
ῥήματα περιβαλόμενοι, ἔνδοθεν τὰ τῆς
αἱρέσεως φρονοῦσιν, ὡς ὁ τῶν αἱρέσεων καθ-
ηγεμὼν διάβολος· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐλά-
λει μὲν τὰ ἐκ τῶν γραφῶν, ἐφιμώθη δὲ
παρὰ τοῦ σωτῆρος· εἰ γὰρ ἃ ἔλεγε, καὶ
ἐφρόνει, οὐκ ἂν ἐξέπεσεν ἐκ τῶν οὐρανῶν·
νῦν δὲ τῷ φρονήματι πεσών, ὑποκρίνεται
τοῖς ῥήμασιν ὁ κακοῦργος· πάλαι μὲν οὖν
ἀπατήσας τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ νο-
μίσας δι' ἐκείνου πάντας ὑποχειρίους ἐσχη-
κέναι, ἐνήλλετο θρασυνόμενος καὶ λέγων· * • Is. X. 14.
τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι, ὡς νοσ-
σιὰν καὶ ὡς καταλελειμμένα ᾠὰ ἀρῶ· καὶ
οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεται ἢ ἀντείπῃ μοι·
ὅτε δὲ κύριος ἐπεδήμησεν, καὶ πεῖραν
ἔσχεν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀνθρωπίνης οἰκονο-
μίας αὐτοῦ, μὴ δυνηθεὶς ἀπατῆσαι τὴν
ὑπ' αὐτοῦ φορουμένην σάρκα, τότε δὲ ὁ
τὴν οἰκουμένην ὅλην ἐπαγγελλόμενος κατα-
λαμβάνειν, λοιπὸν ἐξ ἐκείνου καὶ δι' ἐκεῖ-
νον παίζεται ὡς στρουθίον, καὶ ὑπὸ παι-
δίων ὁ ὑπερήφανος· παιδίον γὰρ νήπιον
εἰς τρώγλην ἀσπίδων βάλλον τὴν χεῖρα,
γελᾷ τὸν ἀπατήσαντα τὴν Εὔαν· καὶ πάν-
τες οἱ πιστεύοντες ὀρθῶς εἰς τὸν κύριον,
πατοῦσι τὸν εἰπόντα· * θήσω τὸν θρόνον • Is. XIV. 13.
μου, ἐπάνω τῶν νεφελῶν ἀναβήσομαι, καὶ
ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ· εἰ δὲ καὶ τολ-
μᾷ πάντως ὁ ἀναίσχυντος σχηματίζε-
σθαι, ἀλλὰ γινώσκεται καὶ δεινότερον ἀπο-
στρέφεται τεταπεινωμένος καὶ κατῃσχυμ-
μένος· κἄν τε γὰρ ὡς ὄφις ἕρπων μετα-
σχηματίσηται εἰς ἄγγελον φωτὸς *, ἀλλ' • II. Cor. XI. 14.
οὐκ εἰς ὄνησιν ἕξει τὴν ὑποκρίσιν· πεπαι-
δεύμεθα γὰρ ὅτι κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρα-
νοῦ εὐαγγελίσηται ἡμᾶς παρ' ὃ παρελά-
βομεν, ἀνάθεμα τοῦτον εἶναι· ἐὰν γὰρ πάν-

τως τὸ ἴδιον κρύψῃ ψεῦδος, καὶ ὑποκρίνηται λαλεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐκ ἀγνοοῦντες αὐτοῦ τὰ νοήματα, δυνάμεθα λέγειν τὰ ὑπὸ τοῦ πνεύματος εἰς αὐτὸν εἰρημένα· οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι
* Eccli. XV. 9. ἁμαρτωλοῦ· * οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν λέγων, ἀξιόπιστός ἐστιν ὁ πανοῦργος· καὶ τοῦτο ἔδειξε μὲν ἡ γραφὴ διηγουμένη τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ πρὸς τὴν Εὔαν αὐτοῦ κακοτεχνίαν· ἤλεγξε δὲ καὶ ὁ κύριος αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει, διαιρῶν τὴν πτύξιν τοῦ θώρακος αὐτοῦ, καὶ δεικνὺς αὐτὸν ὅστις ἐστὶν ὁ δόλιος, καὶ ἐλέγχων ὅτι μὴ τῶν ἁγίων τίς ἐστιν, ἀλλὰ σατανᾶς ἐστιν ὁ πειράζων, ἐν τῷ λέγειν· ὕπαγε ὀπίσω σατανᾶ· ὁπηνίκα τὰς φαντασίας ποιοῦντι ἐπετίμησεν· ὃ δὲ εἴρηκεν, ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν, ἵνα καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούοντες οἱ δαίμονες, ὕπαγε ὀπίσω μου, ἀνατρέπωνται διὰ τὸν κύριον τὸν ἐν ταύτῃ τῇ φωνῇ αὐτοῖς ἐπιτιμήσαντα.

v. 12. ι'. Τό γε μὴν οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου, περὶ ἑαυτοῦ τῷ σατανᾷ λέγει
Cord. f. 76. ὁ κύριος (1). — Προσῄει μὲν γὰρ αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ, μὴ εὑρίσκων δὲ ἐν αὐτῷ τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἐπισπορᾶς γνωρίσματα (2), μήτε τῆς πρὸς τὸ παρὸν ἐπιχειρήσεως προχώρησιν, ἡττᾶτο· καὶ ἀτονῶν ἔλεγε· τίς οὗτος
* Is. LXIII. 1. ὁ παραγινόμενος ἐξ Ἐδὼμ *, τουτέστι τῶν ἐκ γῆς ἀνθρώπων, διαβαίνων βίᾳ μετ' ἰσχύος; διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, ὅτι ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων, καὶ ἐν ἐμοὶ
* Ioh. XIV. 30. εὑρίσκει οὐδέν· * καίτοι καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ ὅλον τὸν πρῶτον μεμαθήκαμεν ἔχειν τὸν δεύτερον Ἀδάμ· εἰ γὰρ περὶ ὑπάρξεως ἀνθρώπου ἦν τὸ οὐδέν, πῶς τὸ σῶμα εὗρε τὸ ὁρώμενον εἰρηκότος οὐδέν; ἀλλ' οὐχ εὗρεν ἐν αὐτῷ, ὧν αὐτὸς εἰργάσατο ἐν τῷ πρώτῳ Ἀδάμ· καὶ οὕτως κατελύθη ἡ ἁμαρτία ἐν Χριστῷ· τὴν γὰρ μορφὴν τοῦ δούλου κατὰ τοῦ ἐχθροῦ προβαλόμενος ὁ λόγος, τὴν νίκην πεποίηται διὰ τοῦ ποτὲ ἡττηθέντος· διὰ τοῦτο καὶ πάντα τὸν πειρασμὸν συνετέλεσεν ὁ

suum prorsus mendacium celet, et veritatem eloqui simulet, nihilominus cogitationum eius haud ignari, verba illa huic occinere possumus quae sanctus Spiritus de eodem dixit: non est pulcra laus in ore peccatoris. Nam ne tum quidem cum veritatem dicit, dignus est hic improbus fidem impetrare. Idque iamdiu docuit scriptura, dum illius in paradiso malam adversus Evam fraudem narravit. Ergo Dominus pariter coarguit illum in monte, squamas eius thoracis dilacerans, fraudulentumque qualis erat demonstrans, convincensque haud ipsum de numero esse sanctorum, sed Satanam tentatorem, dum ait: vade retro Satana; nempe illum vana phantasmata obiicientem obiurgans. Iam quod Christus dixit, id nostri causa egit; ut a nobis quoque daemones audientes, vade retro post me, in fugam vertantur propter Dominum, qui eadem hac dictione illos increpuit.

10. Verba non tentabis dominum Deum de se ipso dicit Satanae Dominus. – Accessit quidem ad eum ut hominem; sed priscae ipsius sationis nulla indicia reperiens, nullumque praesentis tentaminis successum, manus victas dedit; consternatusque aiebat: quis est hic de Edom veniens, id est de terra hominum, violenter pertransiens cum fortitudine? Propterea et Christus aiebat: venit princeps huius mundi, et in me nihil invenit. Atqui animam et corpus et quicquid in primo fuit, habuisse scimus secundum Adamum. Etenim si de hominis substantia dictum fuisset illud « nihil, » quomodo corpus visibile repperisset eius qui dixit « nihil? » Verumtamen non invenit in illo quae in primo Adamo patraverat. Atque ita destructum fuit in Christo peccatum. Nam servi formam hosti opponens Verbum, victoriam per illud retulit, quod olim fuerat devictum. Ideo quoque omnem tentationem consummavit Iesus, quia omnia adsumpsit quae tentatio-

(1) Breve hoc fragmentum habet latine Corderius in catena p. 112.
(2) Hactenus fragmentum erat lat. apud D. Thomam p. 76.

Digitized by Google

nis experimentum ceperant; quibus victoriam pro nobis patravit dicens: confidite, ego vici mundum. Certe haud adversus divinitatem bellum suscepit diabolus, quam nesciebat; neque id ausus foret. Propterea dixit: si tu es filius Dei: sed contra hominem, quem decipere olim potuerat; ex eoque in omnes homines malitiae suae vim propagaverat. Recessit itaque ad tempus, nempe usque ad crucis tempus. Tunc autem videns eius cum fiducia ad certamen comparationem, totus tentando incumbebat; volens cognoscere, quod in priore tentationis parte non potuerat, immo et discere utrum is esset filius Dei. Ergo deinceps expectabat mortis tempus, posse se sperans tentare illum etiam in morte, cui diabolus cunctos homines mancipaverat. Atque hic est sensus verborum: toto tempore consumpto, recessit ab eo ad tempus. Erat hoc autem tempus illud, quo ipse quoque hostis sciebat, Christum ab omnibus conculcatum iri, etiamsi praesenti tempore victus discedebat. Solum, inquam, reliquum ei erat certamen illud, alia qualibet spe sublata. Ideo nunc dat sedulam operam explorando num hic sit Servator: ut si forte certi aliquid cognoscat, ne tentare quidem adgrediatur, divinam illius invictam vim esse sciens.

11. Sane in hunc mundum apparitionis suae causam exponens, et incarnationis scopum evidenter edicens, Isaiae voce ait Christus: Spiritus Domini super me, cuius causa unxit me; et reliqua. – Sicuti qui Spiritùs dator filius erat (dixit enim, ego mitto) non tamen recusabat dicere se in Spiritu daemonia eiicere, tamquam hominem; pari modo idem quum sit Spiritùs dator, nunc dicere non rennit: Spiritus Domini super me, cuius causa unxit me: nempe quia ipse caro factus erat, ut ait Iohannes; ut demonstret nos utraque conditione laborare: id est, et sanctifica-

Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἔλαβε τὰ πειρασμοῦ πεῖραν εἰληφότα· δι' ὧν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν νίκην πεποίηται, λέγων θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· * [Ioh. XVI. 33.] οὐ γὰρ πρὸς θεότητα ἤρατο τὸν πόλεμον ὁ διάβολος, ἣν ἠγνόησεν· οὐδὲ γὰρ ἐτόλμα· διὰ τοῦτο ἔλεγεν· εἰ σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ πρὸς ἄνθρωπον, ὃν πάλαι πλανῆσαι ἴσχυσε (1)· καὶ ἐξ ἐκείνου εἰς πάντας ἀνθρώπους ἐξέτεινε τῆς κακίας αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν· ἀπέστη οὖν ἕως καιροῦ, τοῦ σταυροῦ δηλαδή· καὶ τότε δὲ ὁρῶν αὐτοῦ τὴν μετὰ πεποιθήσεως ἀπόδυσιν, πάντα πειράζειν ἐσπούδαζε· βουλόμενος γνῶναι, ὃ πρότερον οὐκ ἠδυνήθη πειράζων αὐτὸν, μαθεῖν εἰ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· ἐτήρει τοίνυν τὸν τοῦ θανάτου καιρὸν, νομίζων δύνασθαι καὶ ἐν τῷ θανάτῳ τοῦτον πειράσαι, ἐν ᾧ πάντας καταδεδούλωκε· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, συντελέσας πάντα καιρὸν, ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ, ἄχρι καιροῦ· οὗτος δέ ἐστιν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ πολέμιος ἐγίνωσκεν, ὅτι ὑπὸ πάντων καταπατηθήσεται, εἰ καὶ τούτου διαπέσοι· μόνον γὰρ τοῦτο αὐτῷ ὑπελείπετο λοιπὸν τὸ ἆθλον, πάντων γυμνωθέντι· διὸ καὶ πάντα ποιεῖ τοῦ μαθεῖν ἕνεκεν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ σωτήρ· ἵνα ἐὰν ὄντως περὶ αὐτοῦ μάθῃ, μηδὲ τολμήσῃ προσελθεῖν, εἰδὼς τὴν ἀπρόσιτον καὶ θείαν αὐτοῦ δύναμιν.

ια'. Τῆς ἀναδείξεως γὰρ τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ [col. I. 77.] τὴν αἰτίαν ἡμῖν ἐξηγούμενος, καὶ ἐναργῆ καθιστὰς τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸν σκοπὸν, διὰ φωνῆς Ἡσαΐου φησὶν ὁ Χριστός· πνεῦμα [v. 18.] κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, καὶ τὰ ἑξῆς. — Ὥσπερ δὲ τοῦ πνεύματος δοτὴρ (2) ὢν ὁ υἱός· φησὶ γάρ· ἐγὼ ἀποστέλλω· * [Luc. XXIV 49.] οὐ παραιτεῖται εἰπεῖν ἐν πνεύματι ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια ὡς ἄνθρωπος· τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ αὐτὸς ὢν τοῦ πνεύματος δοτὴρ, οὐ παρῃτήσατο εἰπεῖν πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· διὰ τὸ γεγενῆσθαι αὐτὸν σάρκα, ὡς εἶπεν Ἰωάννης, ἵνα δείξῃ ὅτι κατ' ἀμφότερα ἡμεῖς ἐσμέν· οἱ καὶ ἐν τῷ

(1) Ab οὐ γὰρ ad ἴσχυσε extabat latine fragmentum apud D. Thomam p. 75.
(2) Confer D. Thomam p. 78.

ἁγιάζεσθαι δεόμενοι τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, καὶ μὴ δυνάμενοι δαίμονας ἐκβάλλειν ἄνευ τῆς τοῦ πνεύματος δυνάμεως.

v. 34. Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ.

cod. I. 81. ιβ΄. Ὅ γε μὴν δαίμων, ὁ εἰπὼν οἴδαμέν σε, οὐκ ᾔδει αὐτὸν ἀληθῶς, ἀλλὰ τοῖς ῥήμασιν ὑπεκρίνετο· καί τοι δὲ τἀληθῆ λέγοντα· ἀληθῆ γὰρ ἔλεγε· σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ· ὅμως ἐφίμου, καὶ λαλεῖν ἐκώλυε· μή ποτε μετὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν ἰδίαν κακίαν ἐπισπείρῃ, καὶ ἵνα καὶ ἡμᾶς συνεθίσῃ μηδέποτε τοῖς τοιούτοις προσέχειν, κἂν δοκῶσι τἀληθῆ λέγειν· καὶ γὰρ ἀπρεπὲς, ἔχοντας ἡμᾶς τὰς θείας γραφὰς, καὶ τὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐλευθερίαν, διδάσκεσθαι παρὰ τοῦ διαβόλου τοῦ μὴ τηρήσαντος τὴν ἰδίαν τάξιν, ἀλλ᾽ ἕτερα ἀνθ᾽ ἑτέρων φρονήσαντος· διὰ τοῦτο καὶ λαλοῦντα αὐτὸν τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν λέξεις, κωλύει λέγων· τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ
* Ps. XLIX. 16. ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου *; οἱ μὲν οὖν πιστοὶ δύνανται παρ᾽ αὐτῆς τε τῆς πατρικῆς φωνῆς λεγούσης· οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητός· καὶ παρὰ τῶν προσκυνούντων αὐτὸν ἀγγέλων, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ γραψάντων ἁγίων μαθεῖν, ὅτι αὐτὸς μόνος ἐστὶν ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ· ἀρειανοὶ δὲ ἐπεὶ τὴν διάνοιαν οὐκ ἔχουσι καθαρὰν, οὐδὲ δύνανται θείων ἐπακούειν καὶ θεολόγων ἀνδρῶν, παρὰ γοῦν τῶν ὁμοίων αὐτοῖς δαιμόνων μαθέτωσαν, ὅτι μὴ ὡς πολλῶν ὄντων ἀνεφώνουν, ἀλλὰ τοῦτον μόνον εἰδότες ἔλεγον· σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ· καὶ γὰρ ὁ τὴν αἵρεσιν αὐτοῖς ὑποβαλὼν, οὐκ ἔλεγε σὺ εἶ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὡς ὄντων καὶ ἄλλων, ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὡς μόνου ὄντος αὐτοῦ· καλὴ οὖν ἡ τοῦ ἄρθρου πρόσθεσις· εἷς γάρ ἐστιν ὁ φύσει ἅγιος· οὗ κατὰ μέθεξιν καὶ οἱ ἄλλοι ἅγιοι (1).

Cap. V. 31. Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός;

cod. I. 88. ιγ΄. Τὰ ἔργα μαρτυρεῖ τῇ θεότητι, μετ᾽ ἐξουσίας οὐρανίου πραττόμενα· κελεύει μὲν γὰρ στοιχείοις, ἐπιτιμᾷ δὲ πνεύμασι, δυνάμει

ri a Spiritus gratia nos indigere; neque daemones posse expellere absque Spiritus virtute.

Scio te quis sis, sanctus Dei.

12. Daemon ille quidem qui dixit: novimus te; reapse haud illum noverat; sed simulanter loquebatur, quamquam vera dicebat. Etenim a veritate non aberrabat inquiens: tu es sanctus Dei. Christus tamen eum reprimebat, neque loqui sinebat, ne simul cum veritate, propriam quoque malitiam sereret: nos quoque docens, ne talibus umquam mentem intendamus, etiamsi vera loqui videantur. Nam turpe sit, si qui divinas scripturas habemus, et a Servatore datam libertatem, a diabolo doceamur qui ordinem suum non conservavit, sed aliud pro alio voluit. Quamobrem illum, etsi scripturarum dictiones loquentem, prohibet dicens: peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustificationes meas? Ergo possunt fideles, propter vocem patris dicentem: hic est filius meus dilectus: item ex angelorum adoratione, nec non a sanctis scriptoribus, discere Christum solum esse filium ac Verbum Dei. At vero Ariani, quia puram mentem non habent, neque sanctos theologosque viros audire queunt, a suis similibus discant daemonibus; qui, non quasi plures alii existerent, clamabant; sed hunc solum agnoscentes dicebant: tu es ille sanctus Dei, tu es ille filius Dei. En qui Arianis haeresim inspiravit, non tamen dixit: tu es sanctus Dei, quasi et alii existerent; sed tu es ille sanctus Dei; tamquam si solus ipse esset. Praeclara itaque est pronominis adiectio. Unus est enim suapte natura sanctus, ex cuius participatione ceteri quoque sancti sunt.

Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

13. Divinitatem testantur opera, quae caelesti potestate fiunt. Imperat enim elementis, increpat ventos, virtute sua mem-

(1) Legatur lat. apud Corderium p. 153; nec non apud D. Thomam pp. 82. 83. Item videsis Athanasium de vita S. Ant. n. 26. Item epist. ad episcopos Aegypti et Libyae n. 3.

bris laesos instaurat, voluntate morbis medetur. Potestatem propriam praedicat, non celat.

*Cur facitis quod non licet facere in sabbatis?*

14. At scaevo more Iudaei, qui lectis Davidis actibus, iisdem contradicebant; insontesque discipulos qui spicas vellebant et confricabant die sabbati accusabant: revera tamen legum nullam curam gerebant, neque sabbati; namque eo die gravius peccabant. Sed quum improba mente essent, saluti discipulorum invidebant, suamque tantum sententiam praevalere volebant.

*Et nemo scit quis sit filius, nisi pater etc.*

15. Solus novit filius quisnam sit pater, quoniam in patre est, habetque in se patrem. Imago quippe est, consequenterque tamquam in imagine omnia quae patris sunt, in illo sunt. Est enim sigillum parem figuram pariens, atque in se patrem ostendens; Verbum vivens verumque. Et nemo novit quisnam sit pater, nisi filius. Quomodo igitur hi irreligiosi illicita audent, quum ipsi sint homines, et terrena haec, enarrare nequeant? Quid dico terrena? Sua propria nobis dicant, si forte suam scrutari naturam valebunt. Temerarii quum sint et audaces, gloriam non verentur, in quam desiderant angeli prospicere, qui tamen natura et ordine tantopere superiores sunt. Quid enim (Deo) propinquius quam Cherubini ac Seraphini? Et tamen hi neque speculantur, neque pedibus insistunt, sed velatis aeque pedibus atque facie, laudes incessabilibus labiis exhibent, nihil aliud quam divinam ineffabilemque naturam trisagio glorificantes. Nemo autem divorum prophetarum nos docuit, ut primum quidem « sanctus » elata voce dicamus: secundum, pressiore: tertium denique adhuc submissiore: ita ut prior acclamatio, sit principalis; altera minor; tertia denique perminor. Apage, inquam, Deo odibilium hominum insaniam? Nam laudatissima trias, una est, indivisibilis, et absque figura; unitur autem in-

ἢ πηρώσεις ἀποκαθίστησι, καὶ θελήμασι νόσους ἰᾶται· καὶ λέγει τὴν ἐξουσίαν, καὶ οὐκ ἀποκρύπτεται.

*Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι;* Cap. VI. 3.

ιδ'. Πλὴν κακοήθεις οἱ Ἰουδαῖοι· ἀναγινώσκοντες γὰρ τὰς τοῦ Δαβὶδ πράξεις, ἀντεμέλετων αὐταῖς· καὶ ᾐτιῶντο τοὺς ἀναιτίους, τίλλοντας στάχυας καὶ ψώχοντας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου· ἔμελε δὲ αὐτοῖς οὔτε τῶν νόμων, οὔτε διὰ τὸ σάββατον, ἐν αὐτῷ γὰρ μᾶλλον παρηνόμουν· ἀλλ' ὅτι τὸν τρόπον ὄντες πονηροὶ, τοῖς τε μαθηταῖς ἐφθόνουν σωζομένοις, καὶ μόνον ἐβούλοντο τῆς ἰδίας γνώμης κρατεῖν. cod. f. 92.

*Οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ κ. τ. λ.* Cap. X. 22.

ιε'. Μόνος οἶδεν ὁ υἱὸς τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, ἐν τῷ πατρὶ ὢν καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα· εἰκὼν γάρ ἐστι, καὶ ἀκολούθως ὡς ἐν εἰκόνι πάντα τὰ τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ ἐστι· σφραγὶς γάρ ἐστιν ἰσότυπος, ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν πατέρα· λόγος ζῶν, ἀληθινός· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱός· πῶς οὖν τολμῶσιν οἱ δυσσεβεῖς φλυαρεῖν ἃ μὴ θέμις, ἄνθρωποι ὄντες, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς οὐχ εὑρίσκοντες διηγήσασθαι; τί δὲ λέγω τὰ ἐπὶ γῆς; τὰ ἑαυτῶν ἡμῖν εἰπάτωσαν, εἰ ἄρα εὑρεῖν δυνήσονται τὴν ἑαυτῶν ἐξιχνιάσαι φύσιν· τολμηροὶ ὄντες καὶ αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμοντες, ἔνθα ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι, οἱ τοσούτῳ καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν τάξιν ἀνώτεροι· τί γὰρ ἐγγύτερον τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφίμ; καὶ ὅμως οὐδὲ ὁρῶντα ἢ ποσὶν ἑστῶτα, ἀλλ' οὐδὲ γυμνοῖς, κεκαλυμμένοις δὲ ὥσπερ καὶ τοῖς προσώποις τὴν δοξολογίαν προσφέρουσιν ἀπαύστοις τοῖς χείλεσιν· οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν θείαν καὶ ἄφραστον φύσιν τῇ τρισαγιότητι δοξάζοντα· καὶ οὐδαμοῦ τίς τῶν θεσπεσίων προφητῶν ἀπήγγειλεν ἡμῖν, ὅτι ἐν μὲν τῷ ἅπαξ εἰπεῖν τὸ ἅγιος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἐν δὲ τῷ δευτερῶσαι, ἧσσον· ἐν δὲ τῷ τρισσεῦσαι, ὑποβεβηκότως· καὶ μετὰ τοῦτο τὸν πρῶτον ἁγιασμὸν, κυριολογοῦντα· τὸν δὲ δεύτερον, ὑποτάσσοντα· καὶ τὸν τρίτον, κατώτερον τιθέντα· ἀλλ' ἄπαγε τῆς ἀνοίας τῶν θεοστυγῶν· ἡ γὰρ πανύμνητος τριὰς, μία καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἀσχημάτιστος· συνάπτεται cod. f. 130. b.

δὲ ἀσυγχύτως· ὥσπερ καὶ ἀτμήτως ἡ μονὰς χωρίζεται· τῷ γὰρ τρίτον τὰ τίμια ζῶα τὸ ἅγιος λέγειν, τὰς ὑποστάσεις τελείας δεικνύουσι· ὡς καὶ ἐν τῷ λέγειν τὸ κύριος, τὴν οὐσίαν δηλοῦσιν· οἱ τοίνυν ἐλαττοῦντες τὸν μονογενῆ, εἰς Θεὸν βλασφημοῦσι, τὴν τελειότητα κακοδοξοῦντες, καὶ ἀτελῆ διαβάλλοντες, καὶ κολάσεως ἑαυτοὺς ὑπευθύνους καθιστῶσιν· ὁ γὰρ εἰς ὁποτέραν τῶν ὑποστάσεων βλασφημῶν, οὐκ ἕξει ἄφεσιν οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι (1).

Cap. XIII. 14. Ὁ ἀρχισυνάγωγος ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν.

cod. f. 191. ιϛʹ. Διὰ τί φησιν ἐν σαββάτῳ θεραπεύεις; τοῦτο δὲ πρόφασις ἦν μόνον καὶ γογγυσμός· καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις θεραπεύοντος τοῦ κυρίου πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, Ἰουδαῖοι συνήθως ἐμέμφοντο· καὶ μᾶλλον ἤθελον ἀθεότητος ἔχειν ὑπόνοιαν, τὸν Βεελζεβοὺλ ὀνομάζοντες, ἢ ἀρνήσασθαι τὴν ἰδίαν πονηρίαν· ἀλλὰ καὶ οὕτως πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τοῦ σωτῆρος δεικνύοντος ἑαυτοῦ τὴν θεότητα, οὐδὲν ἧττον ὥσπερ εἰς κέντρα λακτίζοντες ἀντέλεγον· ἵνα μόνην κατὰ τὴν θείαν παροιμίαν * προφάσεις ἐφευρίσκοντες, χωρίσωσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς ἀληθείας. * Ps. XCI. 4.

Cap. XIX. 17. Ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων.

cod. f. 257. ιζʹ. Ἑκάστῳ γε μὴν τῆς ἀρετῆς ἡ πρᾶξις τὸ πλέον ἢ ἔλαττον προσίθησι· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ δέκα πόλεων, ὁ δὲ ἐπὶ πέντε καθίσταται· καὶ οἱ μὲν καθέζονται ἐπὶ δώδεκα θρόνους κρίνοντες τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ· οἱ δὲ ἀκούουσι, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός· καὶ εὖ δοῦλε καὶ ἀγαθὲ καὶ πιστέ.

Cap. XX. 3. Ἐρωτήσω ὑμᾶς κἀγὼ ἕνα λόγον.

cod. f. 262. ιηʹ. Οὕτω κακοήθως τοὺς φαρισαίους ἐρωτήσαντας, ἀντηρώτησεν ὁ σωτήρ, ἵνα αἴσθωνται τῆς ἰδίας κακονοίας· μὴ ἀποκρίνου γάρ φησιν ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην ἐκείνου· ἀλλ᾽ ἀποκρίνου ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ, ἵνα μὴ φαίνηται σοφὸς παρ᾽ ἑαυτῷ· * ἀπόκρισις δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα ἁρμόζουσα, * Prov. XXVI. 4. 5.

confuse; sicut etiam absque divisione unitas separatur. Nam dum veneranda animalia « sanctus » dicunt, personas perfectas demonstrant; sicut etiam dum dicunt « dominus » substantiam denotant. Qui ergo Unigenitum minuunt, in Deum fiunt blasphemi, quia perfectionem male laudant, et imperfectam traducunt, seque poenae obnoxios efficiunt. Nam qui in quamlibet ex his personis blasphemat, veniam non impetrabit neque in praesenti saeculo neque in futuro.

Archisynagogus indignans quia sabbato curasset Iesus.

16. Cur, inquit, in sabbato sanas? Atqui hic putus praetextus erat et obtrectatio: namque et aliis diebus curante Domino omnem morbum omnemque languorem, Iudaei more suo maledicebant: malebantque irreligionis suspicionem contrahere, Beelzebul eum nominantes, quam propriam malitiam abiicere. Sed sic etiam multifariam multisque modis divinitatem suam Servatore ostendente, nihilominus ceu contra stimulum calcitrantes contradicebant; ut, divina veluti scriptura ait, meros praetextus adinvenientes, a veritate semet seiungerent.

Esto potestatem habens super decem civitates.

17. Unicuique virtutis exercitium plus vel minus praemii comparat. Namque alius decem civitatibus, alius quinque praeficitur. Alii supra duodecim thronos sedent iudicantes duodecim tribus Israhelis. Alii audiunt; venite benedicti a patre. Item: euge serve bone et fidelis.

Interrogabo vos et ego unum verbum.

18. Ita malitiose interrogantes Pharisaeos, vicissim Servator interrogavit, ut ii propriarum cogitationum improbitatem persentirent. Dictum est enim: ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Itemque dictum: responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Verumta-

(1) Legebantur haec latine tantummodo apud Corderium p. 308.

men congrua his responsio, silentium est; ut inscitiam suam, qui interrogant, sentiant.

Accedentes autem quidam Sadducaeorum etc.

19. Palam omnibus factum est, quod etiamsi legem in ore haberent, et de legis argumento viderentur loqui, nihilominus convicti sunt mente haeretici et Dei hostes. Pudore denique suffusi fuerunt, Servatorem audientes dicentem: erratis nescientes scripturas. Et alios quidem fefellerant ita loquentes, Dominum tamen hominem factum fallere non potuerunt. Verbum quippe caro factum erat, illud scilicet quod cogitationes sapientium stultas esse novit. Pari modo haeretici sententiam suam occultant. Mutuantur autem ex scripturis dictiones, ut harum ope fucum facientes, ad suam improbitatem pertrahant ignaros. Verumtamen etiamsi Pharisaeorum fimbrias sibi circumligent, etiamsi magnificent semet verbis, et vocis tonum intendant, credendum eis non est. Non enim verba, sed mens et religiosa vita, fidelem hominem constituunt.

Et facti sunt amici Pilatus et Herodes.

20. Qui prius mutua simultate dissidebant Herodes atque Pontius, tunc adversus Dominum conspirarunt. Quamobrem merito detestabiles sunt, quia quum privatae rei causa hostili inter se animo essent, in veritatis odio, et contra Dominum furore, amici facti sunt mutuasque dextras dederunt.

Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariae, ibi crucifixerunt eum.

20. Haud alibi autem crucifigitur, quam in Calvariae loco, ubi Hebraeorum magistri sepulcrum aiunt esse Adami: illic enim sepultum post maledictionem adfirmant. Propterea ubi hominis corpus corruptum fuit, ibi proprium deposuit corpus Iesus: et ubi anima humana mortis potestati tradita fuerat, ibi Christus animam propriam

ἡ σιωπὴ, ἵνα τὴν ἑαυτῶν ἄγνοιαν ἐπιγινώσκωσιν οἱ ἐρωτῶντες (1).

Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων κ. τ. λ. v. 27.

ιθ'. Καὶ δέδεικται πᾶσιν, ὅτι καίπερ cod. f. 205.
τὸν νόμον διὰ χειλέων ἔχοντες, καὶ δοκοῦντες τὰ τοῦ νόμου λαλεῖν, ἠλέγχθησαν τὴν διάνοιαν ὄντες αἱρετικοὶ καὶ θεομάχοι· καὶ ἐνεζάπησαν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἀκούσαντες· πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφάς· ἄλλους μὲν οὖν ἐπλάνησαν τοιαῦτα λέγοντες· τὸν δὲ κύριον γενόμενον ἄνθρωπον οὐκ ἠδυνήθησαν ἀπατῆσαι· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ὁ γινώσκων τοὺς διαλογισμοὺς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι· τοιοῦτοι καὶ οἱ αἱρετικοὶ κρύπτουσιν ἃ φρονοῦσι· κιχρῶνται δὲ παρὰ τῶν γραφῶν τὰς λέξεις, ἵνα ἐν αὐταῖς δελεάσαντες ὑποσύρωσιν εἰς τὴν ἰδίαν κακίαν τοὺς ἀγνοοῦντας· πλὴν, κἂν μείζονα κράσπεδον τῶν φαρισαίων περιθήσωσιν ἑαυτοῖς, κἂν πλατύνωσιν ἑαυτοὺς τοῖς φθέγμασι, καὶ τὸν τόνον ἀσκήσωσι τῆς φωνῆς, οὐκ ὀφείλουσι πιστεύεσθαι· οὐ γὰρ ἡ λέξις ἀλλ' ἡ διάνοια, καὶ ἡ μετ' εὐσεβείας ἀγωγὴ συνίστησι τὸν πιστόν.

Ἐγένοντο δὲ φίλοι ὅ τε Πιλάτος καὶ ὁ Ἡρώδης. CAP. XXII. 12.

κ'. Τὸ πρότερον μαχόμενοι πρὸς ἑαυ- cod. f. 207.
τοὺς Ἡρώδης καὶ Πόντιος, τότε συνεφώνησαν κατὰ τὸν κύριον· ἐφ' ᾧ καὶ μισήσειεν ἄν τις αὐτοὺς δικαίως, ὅτι τῶν μὲν ἰδίων χάριν ἀπεχθάνονται πρὸς ἀλλήλους, εἰς δὲ τὴν κατὰ τῆς ἀληθείας ἔχθραν, καὶ τὴν εἰς τὸν κύριον παροινίαν φίλοι γεγόνασι, καὶ ἀλλήλους δεξιοῦνται.

Καὶ ὅτε ἀπῆλθον ἐπὶ τὸν τόπον τὸν καλούμενον Κρανίον, ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτόν. v. 33.

κα'. Οὐκ εἰς ἄλλον δὲ τόπον σταυροῦ- cod. f. 208. b.
ται, ἢ εἰς τὸν τοῦ Κρανίου τόπον, ὃν Ἑβραίων οἱ διδάσκαλοί φασι τοῦ Ἀδὰμ εἶναι τάφον· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν τεθάφθαι μετὰ τὴν κατάραν, διαβεβαιοῦνται (2)· διὰ τοῦτο ὅπου διεφθάρη τὸ τοῦ ἀνθρώπου, ἐκεῖ προΐεται ὁ Ἰησοῦς τὸ ἴδιον σῶμα· καὶ ὅπου ἐκρατεῖτο ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἐν θανάτῳ, ἐκεῖ ἐπιδείκνυται ὁ Χριστὸς τὴν

(1) Habet latine Corderius p. 503.

(2) Hactenus fragmentum in Athanasii de passione sermone edito n. 12, de quo mox dicemus. Reliqua ibi non leguntur; sed habentur latine apud Corderium p. 602, et partim etiam apud D. Thomam p. 363.

ἀνθρωπίνην ψυχὴν ἰδίαν οὖσαν· ἵνα καὶ παρῇ ὡς ἄνθρωπος ὁ ἀκράτητος ἐν θανάτῳ, καὶ λύσῃ τὴν κατάκρισιν τοῦ θανάτου ὡς θεός· ἵνα ὅπου ἐσπάρη ἡ φθορὰ, ἐκεῖ ἀνατείλῃ ἡ ἀφθαρσία· καὶ ὅπου ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, ἐν μορφῇ ψυχῆς ἀνθρωπίνης παρὼν ἀθάνατος ἐπιδείξηται τὴν ἀθανασίαν· καὶ οὕτως ἡμᾶς μετόχους καταστήσῃ τῆς ἑαυτοῦ ἀφθαρσίας καὶ ἀθανασίας, ἐν ἐλπίδι ἀναστάσεως τῆς ἐκ νεκρῶν· ὅπως ἂν καὶ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν ἀθανασίαν· καὶ ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία, καὶ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, οὕτως καὶ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ χάρις βασιλεύσῃ· ὥσπερ γὰρ ἀποθνήσκοντος τοῦ Ἀδὰμ, ἐγενόμεθα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτὸν νεκροὶ, οὕτως ἐγειρομένου τοῦ κυριακοῦ σώματος, ἀνάγκη λοιπὸν πάντας συνεγείρεσθαι αὐτῷ· αὕτη τοῦ Παύλου ἡ διάνοια· * ὥσπερ γάρ, φησιν, ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται.

* 1. Cor. XV. 22.

cod. f. 307.

κβ'. Ἀθανασίου εἰς τὸ πάθος (1). Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως. Ἄρτι δὲ τολμήσας κατὰ τοῦ κυρίου, θεωρεῖ ἑαυτὸν ἐκβληθέντα τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὸ πάντων καταπατούμενον (2), καὶ συντριβόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν· τό γε μὴν μέγα καὶ παράδοξον, ὅτι καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ σταυροῦ κρεμαμένου τοῦ κυρίου, αὐτοῦ γὰρ ἦν τὸ σῶμα, καὶ ἐν αὐτῷ ἦν ὁ λόγος, ὁ μὲν ἥλιος ἐσκοτίσθη, ἡ δὲ γῆ ἐβρόμαξεν, αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη, καὶ πολλὰ σώματα τῶν προκεκοιμωμένων ἀνέστη· καὶ οὐδεὶς, ὥσπερ νῦν ἀρειανοὶ τολμῶσι, διελογίσατο εἰ δεῖ σαρκωθέντι τῷ λόγῳ πείθεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπον βλέποντες, ἐπεγίνωσκον αὐτὸν ὄντα δημιουργὸν αὐτῶν· καὶ ἀνθρωπίνης φωνῆς ἀκούοντες, οὐ διὰ τὸ ἀνθρώπινον ἔλεγον

se habere demonstravit: ut et invictus mortem ceu homo exquireretur, et mortis condemnationem ceu Deus auferret: ut ubi sata fuerat corruptela, illinc exoriretur incorruptio: ubi denique mors regnaverat, in animae humanae forma Verbum immortale interveniens, ostenderet immortalitatem: atque ita nos participes incorruptelae immortalitatisque suae, spe resurrectionis a mortuis, efficeret: cum corruptibile hoc induet incorruptionem, et mortale immortalitatem. Et sicut per unum hominem peccatum, et per hominem mors, ita et per unum hominem gratia regnaret. Nam sicut moriente Adamo, nos quoque ob ipsum mortui evasimus; ita dominico resuscitato corpore, necesse est cunctos postea aeque resurgere. Haec est Pauli mens: sicut enim, inquit, in Adamo omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur.

22. Athanasii de passione Domini. Regnavit mors ab Adamo usque ad Moysem. Nunc vero facinus ausa adversus Dominum, videt se omni ope deiectam, conculcatam ab omnibus, pedibusque nostris protritam. Sed quod magnum est et inexpectatum, ipso in cruce pendente Domino (huius enim corpus erat, in eoque Verbum existebat) sole obtenebrato, terra tremente, petris scissis, velo templi diviso, multisque praemortuorum corporibus ad vitam revocatis, nemo tamen ambigebat, ut nunc audacter faciunt Ariani, an incarnato Verbo esset credendum: sed hominem cernentes, agnoverunt eum creatorem suum: et humanam vocem audientes, non tamen ob humanitatem aiebant Verbum esse creaturam: sed vehementius im-

(1) Ita diserte in codice inscribitur. Iam vero in veneta S. Athanasii editione T. II. p. 61. seq. sermo habetur de passione Domini, quem cum ego cum hac et aliis de passione partibus in codice nostro a Niceta eclogario positis conferrem, deprehendi sermonem illum mutilum esse, partesque aliquot codicis cum editione congruere, partes tamen alias modo novas esse, modo satis diversas. Omissis itaque partibus omnino editis, haec tamen praeclara additamenta in lucem proferenda putavi. Nihil moror alterum de die parasceves sermonem, qui in eodem Athanasii tomo p. 385. legitur, qui neque Athanasii nomine dignus est, neque ad excerpta nostra pertinet.

(2) Hactenus ed. cit. p. 78. C. Sequitur deinde nova haec pars.

Digitized by Google

mo metuebant: neque eum secius agnoscebant, quam si de templo sancto oracula emitteret. Non enim rem creatam creatura adorat; neque item carnis causa renuebat Dominum suum venerari, sed creatorem suum in corpore spectabat: atque in nomine Iesu Christi omne genu tum flectebatur, ac porro flectetur, et omnis lingua confitebitur, quod dominus est Iesus Christus. Etenim caro inglorium Verbum non effecit; absit; sed ipsa magis a Verbo glorificata fuit. Nec quia servi formam accepit, qui in forma Dei erat filius, ideo divinitate deminutus fuit; immo vero ipse liberator universae carnis omnisque creaturae evasit: quem etiam crucifixum testabantur dominum esse creatarum rerum, sol radios suos contrahens, terra concussa, petrae scissae, carnifices agnoscentes vere Dei filium esse quem crucifixerant. Quippe haud alicuius hominis corpus erat quod spectabatur, sed Dei; in quo deitas existens, tum etiam cum crucifigebatur, mortuos suscitabat. Quo tempore sol indignatus faciem avertit, minime videre sustinens illatas communi omnium Domino corporales iniurias, quas hic sponte pro nobis toleravit. Itaque radiis contractis, diem illum sine sole praestitit.

ὅτι ὁ λόγος κτίσμα ἐστίν· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἔτρεμον, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐγίνωσκον, ὅτι ἐκ ναοῦ ἁγίου ἐφθέγγετο· οὐ γὰρ κτίσμα ἡ κτίσις προσκυνεῖ· οὐδὲ πάλιν διὰ τὴν σάρκα, παρῃτεῖτο τὸν κύριον ἑαυτῆς προσκυνεῖν, ἀλλὰ τὸν ἑαυτῆς δημιουργὸν ἔβλεπεν ἐν τῷ σώματι· καὶ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ ἔκαμπτε καὶ κάμψει, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστός· οὐ γὰρ ἀδοξίαν ἤνεγκεν ἡ σὰρξ τῷ λόγῳ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ μᾶλλον αὕτη δεδόξασται παρ' αὐτοῦ· οὐδὲ ἐπειδὴ δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν ὁ ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων υἱός, ἠλαττώθη τῆς θεότητος· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ αὐτὸς ἐλευθερωτὴς πάσης σαρκὸς καὶ πάσης κτίσεως γέγονεν· ὃς καὶ σταυρούμενος, ἐμαρτυρεῖτο δεσπότης τῆς κτίσεως· συστείλαντος μὲν ἡλίου τὰς ἀκτῖνας, καὶ τῆς γῆς τρεμούσης, τῶν δὲ πετρῶν σχιζομένων, καὶ τῶν δημίων ἐπιγνόντων, ὅτι ἀληθῶς θεοῦ υἱός ἐστιν ὁ σταυρωθείς· οὐ γὰρ ἀνθρώπου τινὸς ἦν τὸ βλεπόμενον σῶμα, ἀλλὰ θεοῦ· ἐν ᾧ τυγχάνων καὶ ὅτε ἐσταυροῦτο, ἤγειρε νεκρούς· ὅτε καὶ ὁ ἥλιος ἀγανακτῶν, καὶ μὴ φέρων τὰς κατὰ τοῦ κοινοῦ πάντων δεσπότου γινομένας σωματικὰς ὕβρεις, ἃς ἑκὼν αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινεν, ἀπεστράφη· καὶ τὰς ἀκτῖνας συστείλας, τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀνήλιον ἔδειξεν.

Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum.

Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι (1) τὸ πνεῦμά μου. v. 46

23. Cunctos homines Deo commendat in propria persona, qui per ipsum vitam recuperabant: membra enim eius sumus, et plura membra unum corpus efficiunt, quod est ecclesia, prout Paulus ad Galatas scribit: cuncti enim vos unus estis in Christo Iesu. Omnes itaque in se commendat. Sic etiam cum ait Paulus patrem resuscitasse filium suum; patet, corpore resuscitato, filium dici resuscitatum. Nam corporis eius proprietates, de persona eiusdem pronunciantur. Et cum dicit: vitam dedit filio pater, data carni vita intelligenda est. Nam si ipse vita nostra est, quomodo vita

κγ'. Πάντας δὲ ἀνθρώπους παρατίθεται τῷ πατρὶ δι' αὐτοῦ, τοὺς ἐν αὐτῷ ζωοποιουμένους· μέλη γὰρ αὐτοῦ ἐσμέν, καὶ τὰ πολλὰ μέλη ἕν ἐστι σῶμα, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐκκλησία, καθὼς Παῦλος γράφει Γαλάταις· * πάντες γὰρ ὑμεῖς εἷς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τοὺς πάντας οὖν παρατίθεται ἐν ἑαυτῷ· οὕτω καὶ ὅταν λέγῃ Παῦλος, ὅτι ὁ πατὴρ ἤγειρε τὸν υἱὸν αὐτοῦ *, δῆλόν ἐστιν ὅτι τοῦ σώματος ἐγειρομένου ὁ υἱὸς λέγεται ἐγηγέρθαι· τὰ γὰρ τοῦ σώματος αὐτοῦ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λέγεται· καὶ ὅτε λέγει, ζωὴν ἔδωκε τῷ υἱῷ ὁ πατήρ, τῇ σαρκὶ διδομένην τὴν ζωὴν νοητέον· εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ ἡμῶν, πῶς ἡ ζωὴ ζωὴν λαμ-

cod. f. 307. · * Gal. III. 28. · cod. f. 307. b. · * Rom. IV. 24.

(1) Sic tempore futuro legebat etiam S. Cyrillus Comm. in psalm. XLVIII. 16. ed. nostr. gr. p. 344, lat. 215. adnot.

βάνει; καὶ εἰ αὐτός ἐστιν ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰ αὐτὸς ἐποίησε πᾶσαν ἡλικίαν, πῶς λέγει προέκοπτε δὲ Ἰησοῦς σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ; καὶ εἰ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ ἰδίου λόγου καὶ υἱοῦ πάντα ἐποίησε, δηλονότι καὶ τὴν ἔγερσιν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ ἐποιήσατο (1)· δι' αὐτοῦ οὖν αὐτὸν ἐγείρει, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτῷ τὴν ζωὴν δίδωσιν· ἐγείρεται μὲν κατὰ σάρκα ὡς ἄνθρωπος, καὶ λαμβάνει ζωὴν ὡς ἄνθρωπος, αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ ἐγείρων τὸν ἴδιον ναὸν ὡς Θεὸς, καὶ διδοὺς ζωὴν τῇ ἰδίᾳ σαρκί· καὶ ὅταν δὲ λέγῃ Θεέ μου ἵνα τί με ἐγκατέλιπες, ἐκ προσώπου ἡμετέρου λέγει· διότι μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος ἄχρι θανάτου σταυροῦ· καὶ καθὼς λέγει
* Is. LIII. 4. Ἡσαΐας *, αὐτὸς τὰς μαλακίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ οὐκ αὐτὸς ἐγκατελείφθη ὑπὸ θεοῦ, ἀλλ' ἡμεῖς· καὶ δι' ἡμᾶς τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας· οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἦλθε σῶσαι ὁ ἀθάνατος θεὸς, ἀλλ' ἡμᾶς τοὺς θανατωθέντας· καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπέθανεν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν· ὥστε διὰ τοῦτο τὴν εὐτέλειαν καὶ τὴν πτωχείαν ἡμῶν ἀνεδέξατο, ἵνα ἡμῖν τὸν πλοῦτον αὐτοῦ χαρίσηται· τὸ γὰρ πάθος αὐτοῦ, ἡμῖν ἀπάθεια ἐστί· καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ, ἡμῶν ἀθανασία· καὶ τὸ δάκρυον αὐτοῦ, χαρὰ ἡμετέρα· καὶ ἡ ταφὴ αὐτοῦ, ἡμῶν ἀνάστασις· καὶ τὸ πταῖσμα αὐτοῦ, ἡμῶν ἁγιασμός· καὶ ὁ μώλωψ αὐτοῦ, ἡμῶν ἴασις· τῷ γὰρ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· καὶ ἡ παιδεία αὐτοῦ, ἡμῶν εἰρήνη· παιδεία γὰρ εἰρήνης ἡμῶν, ἐπ' αὐτόν· τουτέστιν ἕνεκεν τῆς ἡμῶν εἰρήνης, αὐτὸς παιδεύεται· καὶ ἡ ἀδοξία αὐτοῦ, ἡμῶν δόξα· καὶ ἡ κάθοδος αὐτοῦ, ἡμῶν ἄνοδος,
* Ephes. II. 6. κατὰ τὸ λεγόμενον· * συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

v. 46. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐξέπνευσεν.

cod. f. 309. b. κδ'. Οἶδα Χριστὸν Θεὸν, ἀληθῶς ἐξ οὐρανοῦ ἀπαθῆ· οἶδα αὐτὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα ἄνθρωπον, ἀπὸ γῆς παθητόν· οὐ ζητῶ πῶς παθητὸς καὶ

vitam accipit? Et si ipse sapientia Dei est, idemque aetates creavit, quomodo dicitur: proficiebat autem Iesus sapientia et aetate? Et si pater per suum Verbum ac filium omnia fecit, sine dubio carnis quoque eius resurrectionem per eundem effecit. Per ipsum igitur eundem resuscitat, et per ipsum vitam ei tribuit. Suscitatur quidem secundum carnem ut homo, vitam accipit ut homo, ipse tamen suummet templum suscitat utpote Deus, qui propriae carni vitam impertitur. Et cum dicit: Deus mi, cur me dereliquisti, ex nostra persona loquitur: qui formam servi accipiens, semet humiliavit, factus obediens usque ad mortem crucis. Atque ut ait Isaias: ipse languores nostros perfert, et propter nos, immo pro nobis, dolet. Neque ipse a Deo derelictus fuit, sed nos: et propter nos derelictos venit in mundum, seque tradidit pro ecclesia. Non enim ad se ipsum salvandum venit immortalis Deus, sed nos interemptos: neque pro se ipso, sed pro nobis mortem oppetiit: ac propterea vilitatem paupertatemque excepit, ut suas nobis divitias largiretur. Nam passio eius, impassibilitas nobis fit: mors eius, nostra immortalitas: lacrymae eius, nostrum gaudium: sepultura eius, nostra resurrectio: lapsus eius, nostra sanctificatio: livor eius, nostra sanatio; etenim livore eius sanati sumus: et disciplina (castigatio) eius, pax nostra est; nam disciplina pacis nostrae super illum; id est pacis nostrae gratia ipse castigatur: ignominia eius, gloria nostra: et descensus eius, ascensio nostra, prout dictum est: conresuscitavit et consedere fecit in caelestibus, in Christo Iesu.

Et haec dicens expiravit.

24. Scio Christum Deum, vere de caelo impassibilem. Scio ipsum ex semine Davidis in carne hominem, de terra passibilem. Non quaero quomodo idem passibilis

(1) S. Augustinus serm. LII. a: *non resurrexit Pater, sed Filius; resurrectionem tamen Filii et Pater et Filius operatus est.* Et paulo post: *numquid et Filius resuscitavit semet ipsum? Resuscitavit plane.* Ita etiam S. Cyrillus apud nos in comment. epist. ad Rom. VI. 3, et VIII. 11.

fuerit et impassibilis; quomodo Deus, et quomodo homo; ne, dum modum vestigo, et rationem conquiro, a proposita nobis beatitudine excidam. Credere enim primum oportet et ita opinari, deinde harum rerum comprobationem desuper implorare; non autem repetere eam desub, ex carne nimirum ac sanguine, sed ex divina caelestique revelatione, ut Petrus. Idem simul Deus et homo. Nam si Deus tantum, quomodo passus esset? quomodo crucifixus et mortuus? Sunt haec Deo aliena. Item si homo tantum, quomodo patiendo vicisset, crucifixus salvasset, moriens vivificasset? Haec hominis conditionem excedebant. Idem vero et patitur et salvat, et passione vincit: idem Deus, idemque homo: utrumque simul, instar unius: utrumque ceu unicus.

ἀπαθὴς ὁ αὐτός· πῶς Θεὸς, καὶ πῶς ἄνθρωπος· ἵνα μὴ τὸ, πῶς, περιεργαζόμενος, καὶ τὸν τρόπον ἀναζητῶν, ἐκπέσω τοῦ προκειμένου ἡμῖν ἀγαθοῦ· πιστεύειν γὰρ δεῖ πρῶτον καὶ δοξάζειν (1), καὶ δεύτερον τὴν σύστασιν ἄνωθεν τούτων αἰτεῖσθαι· καὶ μὴ κάτωθεν ταύτην πορίζεσθαι ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, ἀλλ᾽ ἐξ ἀποκαλύψεως θείας καὶ οὐρανίου, ὡς ὁ Πέτρος· * ὁ αὐτὸς ἅμα Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· εἰ γὰρ Θεὸς μόνον ἦν, πῶς ἔπασχε; πῶς ἐσταυροῦτο καὶ ἀπέθνησκεν; ἀλλότρια γὰρ ταῦτα Θεοῦ· καὶ εἰ ἄνθρωπος μόνον, πῶς διὰ πάθους ἐνίκα, καὶ σταυρούμενος ἔσωζε, καὶ ἀποθνήσκων ἐζωοποίει; ταῦτα ὑπὲρ ἄνθρωπον ἦν· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ πάσχει καὶ σώζει, καὶ διὰ τοῦ πάθους ἐνίκα· ὁ αὐτὸς, Θεός· ὁ αὐτὸς, ἄνθρωπος· τὸ συναμφότερον, ὡς ἕν· ἑκάτερον, ὡς μόνον.

* Act. X. 10.

Invenerunt lapidem revolutum a monumento.

Εὗρον τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Cap. XXIV. 2.

25. Quod visibili sepulcro accidit, idem antea infernus passus erat. Oportebat enim nudari simul cum inferno sepulcrum; et a visibilibus, ea quae non apparebant, publica fieri.

κε΄. Ἃ μέν τοι ἔπασχεν, ὁ τάφος ὁρώμενος, ὁ ᾅδης πρῶτος ὑπέμενεν· ἔδει γὰρ συναπογυμνοῦσθαι τῷ ᾅδῃ τὸν τάφον, καὶ ὁρωμένοις τὰ μὴ φαινόμενα στηλιτεύεσθαι. cod. f. 310.

Spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.

Πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. v. 39.

26. Mulieres pedes tenuerunt, et Deum adoraverunt; pedes ossium carnisque tactum habentes, sed tamen Dei pedes. Dicebat autem: spiritus ossa non habet, sicut me videtis habere, etsi spiritus ipse erat; nam Deus spiritus est. Dicebatque simul habere, et rei ostensionem faciebat. Cur ergo aiebat: spiritus ossa et carnem non habet, sicut me non esse, sed habere videtis? Vel hoc etiam docere voluit, spiritus naturam esse ineffabilem; ipsam vero

κϛ΄. Καὶ αἱ γυναῖκες δὲ πόδας ἐκράτησαν, Θεὸν προσεκύνησαν· πόδας ὀστέων καὶ σαρκὸς ἔχοντας ψηλάφησιν, ἀλλὰ Θεοῦ ὄντας· ἔλεγε δὲ ὅτι πνεῦμα ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα, καί τοι πνεῦμα ὢν αὐτός· πνεῦμα γὰρ ὁ θεός· καὶ λέγων ἔχειν, καὶ ἐπίδειξιν ποιούμενος· πῶς οὖν ἔλεγε, πνεῦμα ὀστέα καὶ σάρκα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμέ φησιν οὐχὶ ὄντα, ἀλλὰ θεωρεῖτε ἔχοντα· ἢ τοῦτο διδάσκων ὅτι ἡ τοῦ πνεύματος φύσις, ἄῤῥητός ἐστιν· αὕτη δὲ ἡ ψηλάφησις, cod. f. 318.

(1) Animadverte Athanasii testimonium de fidei theologicae indole et necessitate; quod adversus hodiernos illos valet, qui fidem humano ratiocinio subiiciunt. Eandem sententiam alibi apud Cyrillum et Nicephorum haud semel compertam nos adnotavimus. Nunc etiam Augustini locum, de fidei necessitate ac merito, recitare lubet ex sermone XLVIII. 2. *Interrogatus dominus Iesus quod esset opus Dei, respondit: hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit. Quomodo autem erit opus Dei, quod Dominus dixit, ut credatur in eum, nisi ipsa sit iustitia credere in eum? Audi et tu alium scripturae locum: iustus ex fide vivit. Difficile est ut male vivat, qui bene credit. Credite ex toto corde, credite non claudicantes, non haesitantes, non contra ipsam fidem humanis suspicionibus argumentantes.* Conferatur etiam sermo LI. 5. et 6, et LII. 2.

cod. f. 318. b. σώματος τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστιν, ὃ ἑαυτῷ περιεποιήσατο ἐκ παρθένου, οὐκ ἐνεργείας . . . ἀλλὰ [τίς οὕτως] ἠσέβησεν ὡς εἰπεῖν ὅτι τὸ ἐν ξύλῳ καθηλωμένον οὐκ ἦν σῶμα, ἀλλὰ [πνεῦμα;] . . . ἑαυτὸν ἀνέφερεν, ἵνα ἡμεῖς τῆς τοῦ λόγου θεότητος μετασχεῖν δυνηθῶμεν· ὅτι δὲ τὸ ἐγειρόμενον ἐκ νεκρῶν ἄνθρωπος ἦν, οὐ θεὸς, ἑρμηνεύει Πέτρος λέγων· * « καθελόντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου ἔθηκαν αὐτὸν εἰς μνημεῖον· ὁ δὲ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· » τὸ γοῦν ξύλου καθαιρεθὲν σῶμα νεκρὸν τοῦ Ἰησοῦ, τὸ καὶ εἰς μνημεῖον τεθὲν, ἐνταφιασθὲν δὲ ὑπὸ Ἰωσὴφ . . . ὁ λόγος, ὁ καὶ πάντας τοὺς νεκροὺς ζωοποιῶν· ἡ γὰρ ζωὴ οὐκ ἀποθνήσκει, τοὺς δὲ νεκροὺς ζωοποιεῖ· ἐγένετο Λαζάρον ἀσθενήσαντα ἀποθανεῖν· ὁ δὲ κυριακὸς ἄνθρωπος οὐκ ἠσθένησεν, οὐδὲ ἄκων ἀπέθανεν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἦλθεν εἰς τὴν τοῦ θανάτου οἰκονομίαν, στερεούμενος ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ οἰκήσαντος θεοῦ λόγου. τοῦ εἰπόντος· * οὐδεὶς αἴρει τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ· ἀπ' ἐμαυτοῦ αὐτὴν τίθημι· ἡ θεότης οὖν ἐστι τοῦ υἱοῦ ἡ τιθεῖσα καὶ λαμβάνουσα τὴν ψυχὴν οὗ ἐφόρεσεν ἀνθρώπου· πλήρη γὰρ ἀνείληφε τὸν ἄνθρωπον, ἵνα καὶ πλήρη αὐτὸν καὶ σὺν αὐτῷ τοὺς νεκροὺς ζωοποιήσῃ.

* Act. XIII. 29.

* Ioh. X. 18.

cod. f. 319. b. κζ'. Μετὰ τὴν ἀνάστασιν, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσιὼν ὁ σωτὴρ, εἴ τι παρῆν δυσπειθὲς τοῖς ἀποστόλοις, διέλυσε τῷ εἰπεῖν· ψηλαφήσατέ με· καὶ οὐκ εἶπε τὸν ἄνθρωπόν μου ὃν ἀνείληφα, ἀλλ' ἐμέ· ὡς τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν περιθέμενος, καὶ ταύτῃ ἀνακραθείς· πληροφορεῖ δὲ οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ τὴν ψηλάφησιν ἐπιτρέψαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ φαγεῖν· πάντως γὰρ ὁ διδοὺς τὴν τροφὴν, ἢ οἱ διδόντες, ἥψαντο τῶν χειρῶν· ἐπέδωκαν γάρ φησιν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ φαγὼν ἐνώπιον αὐτῶν, λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα, ἀπέδωκεν αὐτοῖς· ἰδοὺ τοίνυν, εἰ καὶ οὐχ ὡς τῷ Θωμᾷ, ἀλλ' ὅμως δι' ἑτέρας μεθόδου τὴν πληροφορίαν αὐτοῖς παρέσχε ψηλαφηθείς· εἰ δὲ καὶ τοὺς μώλωπας ἰδεῖν θέλοις, παρὰ Θωμᾶ μάθε· * πλευρὰν γὰρ ἰδίαν καὶ χεῖρας ὀνομάζει ὁ θεὸς λόγος, καὶ ὅλον αὐτὸν ἄνθρωπόν τε καὶ θεὸν ὁμοῦ.

* Luc XXIV. 36.

* Ioh. XX. 26.

palpationem, corporis nostrorum similis esse propriam, quod sibi de virgine comparaverat . . . Quis ita sit impius ut dicat, quod ligno confixum fuit, non fuisse corpus sed [spiritum?] . . . semet ipsum obtulit, ut nos Verbi divinitatem participare possemus. Iam quod illud a mortuis suscitatum, homo esset, non Deus, explanat Petrus dicens: « tollentes eum de ligno, in monumento deposuerunt. Deus autem suscitavit illum a mortuis. » Ergo sublatum de ligno corpus exanime Iesu, et in monumento depositum, et a Iosepho ritu funebri elatum . . . Verbum quod et omnes mortuos vivificat. Nam vita non moritur, sed mortuos potius vivificat. Lazaro ex infirmitate decedere contigit; at homo dominicus non aegrotavit, neque involuntarius obiit, sed sponte ad mortis oeconomiam venit; ab inhabitante intra eum Deo Verbo confirmatus, dicensque: nemo tollit animam meam a me; per me ipsum illam depono. Filii igitur divinitas sumit deponitque animam hominis, quem gestavit. Totum enim suscepit hominem, ut illum totum, cum eoque mortuos vivificaret.

27. Post resurrectionem, ianuis clausis introiens Servator, si quid in apostolis incredulitatis reliquum erat, abstulit dicens: palpate me. Neque dixit hominem meum quem adsumpsi, sed me; utpote qui primitiis nostris circumdatus erat, eisque concretus. Persuadet autem non concedendo solum ut palpent, verum etiam manducando: qua in re sine dubio qui escam obtulit, sive is unus fuerit sive plures, manus eius adtigerunt. Dederunt ei, inquit scriptura, piscis assi partem, quam coram ipsis comedens, reliquias eisdem distribuit. En itaque, etsi aliter ac Thomae, variata methodo rem illis persuasit palpatus. Iam si cicatrices quoque vis cernere, a Thoma disce: nam proprium latus ac manus nominat Deus Verbum, seque totum hominem Deumque simul.

## SANCTI ATHANASII FRAGMENTA ALIA.

*Ex Anastasii opere dogmatico, apud nos Script. vet. T. VII.*

Sancti Athanasii adversus eos qui dogmata cum temporibus mutant.

28. Quis ergo hos christianos existimabit, apud quos nec sermo neque scriptura stabilis est, sed omnia cum temporibus mutantur?

Athanasii episcopi, ex sermone in illa verba: Verbum caro factum est.

29. Ac veluti cum ipse expuit, et manum extendit, et Lazarum vocavit, haud haec esse facinora hominis dicimus, etiamsi corporis instrumento peracta, sed Dei; ita cum humana dicuntur de Servatore in evangelio, vicissim dictarum rerum naturam spectantes, easque omnes a Deo alienas reputantes, haud Verbi divinitati imputamus, sed eiusdem humanitati. Quamquam enim Verbum caro factum est, carnis tamen propriae passiones sunt.

Sancti Athanasii ex sermone maiore de fide.

30. Sic ergo Arius dum Dei Verbum facit creatum, nescit se patrem absque Verbo facere. Omnis enim cui rationale verbum non inest, irrationali prorsus natura est. Deinde dum Verbo carnem anima rationali carentem adtribuit, facit Verbum naturaliter passibile, mortale, invite passioni obnoxium, quandoquidem nullum motum voluntarium inanimata caro habet. Etenim quae est sine mente anima, ab omni naturali voluntate aliena est; quoniam nihil aliud est voluntas nisi mens erga aliquid commota, vel animae intelligentis spontaneus motus. Igitur qui anima carnem Domini spoliat, facit hanc volucris alicuius aut terrestris aquaticive animalis carnem. Immo ut clarius dicam, ne horum quidem cuiuslibet; siquidem nullius animalis caro anima caret.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου κατὰ τῶν συμμεταβαλλομένων τοῖς καιροῖς ἐν τοῖς δόγμασι. P. 7.

κη'. Τίς οὖν ἔτι τούτους χριστιανοὺς ἡγήσεται, παρ' οἷς οὐ λόγος, οὐ γράμμα βέβαιον, ἀλλὰ πάντα κατὰ καιροὺς ἀλλάσσεται;

Ἀθανασίου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. P. 10.

κθ'. Καὶ ὥσπερ πτύσαντος αὐτοῦ (1), καὶ ἐκτείναντος χεῖρα, καὶ φωνήσαντος Λάζαρον, οὐκ ἐλέγομεν ἀνθρώπινα εἶναι τὰ κατορθώματα, εἰ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἐγίνοντο, ἀλλὰ Θεοῦ· οὕτως ἐὰν τὰ ἀνθρώπινα λέγηται περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πάλιν εἰς τὴν φύσιν τῶν λεγομένων ὁρῶντες, καὶ ὡς ἀλλότρια Θεοῦ πάντα τυγχάνοντα, μὴ τῇ θεότητι τοῦ λόγου ταῦτα λογισώμεθα, ἀλλὰ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἴδια τὰ πάθη.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως μείζονος λόγου (2). P. 67.

λ'. Οὕτω μὲν οὖν Ἄρειος κατασκευάσας τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον κτιστὸν, οὐκ ἔγνω πεποιηκὼς ἄλογον τὸν πατέρα· πᾶν γὰρ ᾧ φυσικῶς μὴ πρόσεστιν λόγος, ἄλογος φύσει πάντως ἐστίν· ἔπειτα ψυχῆς νοερᾶς ἐστερημένην αὐτῷ σάρκα διδοὺς, φύσει παθητὸν αὐτὸν δείκνυσι, καὶ θνητὸν, καὶ τὸ πάθος ἀκούσιον, ὡς τῆς μηδὲν ἐχούσης ἑκούσιον ἀψύχου σαρκὸς κινητικόν· ἡ γὰρ ἀνόητος σὰρξ πάσης ἠλλοτρίωται κατὰ φύσιν θελήσεως, εἴπερ οὐδέν ἐστι θέλησις ἢ νοῦς περί τι κινούμενος, ἢ ψυχῆς νοερᾶς αὐτεξούσιος κίνησις· ἧς γυμνῶν τοῦ κυρίου τὴν σάρκα, πτηνοῦ τινος ἢ χερσαίου ἢ νηκτοῦ ζώου ταύτην πεποίηται· καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, οὐδὲ τούτων τινὸς, εἴπερ οὐδενὸς ζώου ψυχῆς ἐστέρηται σάρξ.

(1) Non comperiebam fragmentum hoc, sive inter tria citata a Theodoreto in dialogo de immutabili, sive in editione maur. Athanasii T. I. part. 2, neque in altera Montfauconii, Bibl. nov. PP. T. II.

(2) Id est quando sputo caecum illuminavit, leprosum manu extenta mundavit etc.

*Ex Leontio adversus Monophysitas, apud nos Script. vet. T. VII.*

P. 127. λα'. Ἀθανασίου. Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, εἷς ὢν καθ' ὕπαρξιν ἀνελλιπῆ τὰ ἑκάτερα.

P. 133. λβ'. Ἀθανασίου ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι. — Ἀναισχυντία σαφῶς τὸ μὴ διχῶς νοεῖν τὸν Χριστὸν θεικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως.

31. Athanasii. Deus et homo idem (Christus) personaliter unus, utraque subsistentia praeditus.

32. Athanasii in explanatione verborum: amen amen dico vobis, ante quam Abraham fieret, ego sum. — Manifesta impudentia est illorum, qui duplici notione Christum considerare nolunt, id est divinitus et humanitus.

*Ex Anastasio contra Monophysitas apud nos Script. vet. T. VII.*

P. 204. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸ κύριος ἔκτισέ με, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν.

λγ'. Καὶ γοῦν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, ἐκτενῶς προσεύχεται, καὶ τὸ γόνυ κλίνει, λέγων· πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν· ἴδιον αὐτοῦ θέλημα λέγων τὸ τῆς σαρκός· ὅτι περ καὶ αὐτὴν τὴν ἡμετέραν σάρκα ἐν ἑαυτῷ οἰκειώσατο.

Sancti Athanasii, ex sermone in illud: Dominus creavit me. Et contra Arianos.

33. Propterea cum ad crucem venturus esset, enixe orabat, flexoque genu dicebat: pater, transeat a me calix iste. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat; propriam scilicet dicens carnis voluntatem; quandoquidem ipsam nostram sibi propriam fecerat carnem.

*Ex Eutychii patriarchae sermone paschali a nobis edito.*

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐν τῷ εἰς τοὺς βαπτιζομένους λόγῳ.

λδ'. Ὄψει τοὺς λευίτας φέροντας ἄρτους, καὶ ποτήριον οἴνου, καὶ τιθέντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν· καὶ ὅσον οὔπω ἱκεσίαι καὶ δεήσεις γίνονται, ψιλός ἐστιν ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον· ἐπ' ἂν δὲ ἐπιτελεσθῶσιν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ εὐχαὶ, τότε γίνεται ὁ ἄρτος, σῶμα· καὶ τὸ ποτήριον, αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν. Ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῶν μυστηρίων· οὗτος ὁ ἄρτος καὶ τοῦτο τὸ ποτήριόν, ὅσον οὔπω εὐχαὶ καὶ ἱκεσίαι γεγόνασι, ψιλά εἰσιν· ἐπ' ἂν δὲ αἱ μεγάλαι εὐχαὶ, καὶ αἱ ἅγιαι ἱκεσίαι ἀναπεμφθῶσι, καταβαίνει ὁ λόγος εἰς τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, καὶ γίνεται αὐτοῦ σῶμα (2).

Athanasii magni, ex sermone ad baptizatos.

34. Videbis levitas panes vinique calicem ferentes, mensaeque imponentes. Et quamdiu quidem preces et invocationes nondum sunt peractae, nihil aliud nisi panis calixque est. Verum enimvero postquam peractae fuerint magnae miraeque preces, tunc panis fit corpus; calix autem, domini nostri Iesu Christi sanguis. Et rursus. Veniamus ad mysteriorum perfectionem. Hic panis et hic calix ante preces et invocationes nihil ultra naturam propriam habent: verumtamen ubi magnae preces sanctaeque invocationes editae fuerint, descendit Verbum in panem et calicem, et corpus eius conficitur.

(1) Non legitur hic locus in Athanasii sermone ad recenter illuminatos seu baptizatos opp. ed. ven. T. II. p. 395. Nec mirum; multi enim alii necessario extiterunt Athanasii sermones de hoc argumento singulis annis recurrente, quo tempore, id est paschali, solebant episcopi erudire catechumenos, et mox baptizatos sublimiorum mysteriorum doctrina imbuere.

(2) S. Augustinus in sexto sermone, ex vindobonensi bibliotheca edito, qui est de sacramento altaris, cum Athanasio adamussim consentit sic. *Hoc quod videtis, carissimi, in mensa Domini, panis est et vinum; sed iste panis et hoc vinum, accedente verbo fit corpus et sanguis Verbi.*

Google

# MONITUM.

Quo ego tempore dogmaticam Photii ad Armeniarum patriarcham epistolam, mihi a doctis PP. Mechitaristis traditam, edidi (Spicil. rom. T. X.) memini me adnotare in praevia monita p. 442, sanctum Germanum I, qui Constantinopoleos patriarcha anno Christi 715. processit, et anno 730. en dignitate se abdicavit, litteras pariter de fide orthodoxa ad Armenias dedisse, quae in libris editis non epparent. Etenim eius rei testimonia, ut cit. loco dixi, Galanus protulerat in suo de conciliatione ecclesiae armenae cum romana opere T. III. p. 77, ex Armeniorum menologio; cuius verba, etsi aliquantum prolixa, nunc recitare necesse est. « Stephanus siuniensis episcopus ad Graecos pro- » fectus, attulit inde secum tres libros, qui fidei veritatem explicabant. Porro sanctus Germanus » Constantinopoleos patriarcha epistolam Armeniis destinavit, per quam ita eos monebat: quare vos » non adseritis duas in Christo naturas, nec chalcedonense concilium recipitis? Haec quidem scri- » psit, et per Stephanum misit ad Armenios. Ut vero pervenit Stephanus ad Papchenem Armenio- » rum patriarcham, ostendit ei Germani litteras; quibus lectis, praecepit ipsi Stephano dominus » Papchen, ut Germani litteris responderet, et scripsit vir eruditissimus Stephanus, compositione ac » ordine quidem peregregio, plurimas sacrarum scripturarum et sanctarum patrum sententias con- » firmandi causa allegans: quae omnia ubi legerunt Graecorum sapientes, hisce scriptis consentien- » tes, veram rectamque Armeniorum fidem haeresique immunem laudaverunt. »

Pergit p. 79. dicere Galanus, teste gravissimo utens Nersete lamproniensi, religiosam eo tempore pacem sub praedictis Graecorum et Armeniorum patriarchis inter duas ecclesias coaluisse. Papchenem tamen patriarcham, pro Iohanne Ozniensi, in menologio temere fuisse scriptum, longe facilius ego crediderim, quam de duplici, qui numquam auditus est, Papchene cum Galano suspicer. Re quidem vera Iohannem ozniensem, non Papchenem, contemporalem cum Germano patriarchatum gessisse, fasti Armeniorum certissimi docent. (Serposius compend. hist. T. II. p. 41.) Sed enim quolibet demum modo hic anachronismus in menologii narrationem irrepserit, culpa quidem urgebit auctorem: verum enimvera Germani epistola, quam prae manibus nunc habemus, revocari in dubium nequit. Ecce enim apud eundem Galanum p. 341. ex Armeniorum concilio tarsensi novum testimonium accedit. Quippe ibi Armenii Graecos sic alloquuntur: « patres vestri ac nostri singulis » temporibus ad pacem conciliandam impenso labore incubuerunt; ut venerabilis, strenuus, ac pro- » bus patriarcha vester Germanus, qui litteras ad Armenios misit, spiritali caritate ac fide ortho- » doxa plenas. » Quod autem in praedicto Armeniorum menologio Stephani quoque responsum laudetur, patriarchae sui iussu exaratum, quod tamen ex relatis a Galana partibus pessima haeresi redundans apparet; id posteriorum interpolatione haereticorum factum esse cl. Sukias Mechitaristarum abbas et archiepiscopus (prospect. litt. armen. p. 48.) cum Iohanne Vanaguno narrat: sive ea fraus menologio obtrusa fuerit, insertis laudibus auctoris haeretici, ut vult Galanus; sive ipsa potius Stephani epistola violata sit, ut Sukias credit. Denique Stephanum hunc siuniensem inter illustres Armenios ponit etiam Samuel aniensis in chronico ad annum 772, paulo tamen ut videtur serius, nisi forte extremum vitae Stephani annum designat chronographus.

Sed ut ad Germanum redeam, equidem dum illud in Spicilegia monitum scriberem, illa tantum quae apud Galanum sunt testimonia noveram de Germani ad Armenios epistola. Postea vera feliciter mihi contigit, ut in adnotationibus, quas edito a se Iohannis ozniensis contra phantasticos sermoni attexuit vir cl. I. B. Aucherus, Mechitaristarum familiae decus, bene inquam mihi evenit, ut breve lemma ex supradicta Germani inedita epistola citatum legerem; ex qua statim specimine indicavi, scriptum hoc Germani apud venetos Mechitaristas, qui pervetustis egregiisque codicibus abundant, armeniace saltem servari; ideoque cupiditate incensus sum, ut vel id plenius cognoscerem, vel etiam largientibus dominis, cum eruditarum coetu in his meis voluminibus communicarem.

*Hoc vero negotium mihi benigne expedivit, pro suo eximio erga omne litterarum genus amore ill. ac rev. archiepiscopus siracensis Odoardus Hurmutius, qui acceptum a sodalibus suis epistolae exemplar fidelissime mihi interpretatus est, atque ut latinis litteris typisque consignarem perlibenter annuit.*

*Tertium hoc itaque venerandi Germani scriptum in lucem effero; videlicet post luculentam eius de vitae termino disputationem, quam ex vetusto codice vaticano sumptom, inter Photii amphilochianas quaestiones edidi (Script. vet. T. I. ed. 2.); postque egregium illud de haeresibus synodisque opusculum, quod item ex vetusto codice columnensi vat. erutum, septimo Spicilegii rom. volumini inserui, diversum plane ab illo paris ferme tituli, quod sub falso Germani nomine Moynius vulgaverat. Atque haec ego memoro, haud aedepol ut meas reculas recinam, sed ut eruditos tempestive admoneam, siquando Germani scripta colligere volent, et cum paucis eiusdem epistolis copulare, quae ante secundam nicaenam synodum ab editoribus conciliorum poni solent. Utinam vero et ille liber Germani emergeret, de futurae vitae retributione, quem a stilo et recto dogmate generatimque ab optimo scribendi genere Photius dilaudat cod.* 233! *Certe haec sunt genuina Germoni I. scripta, ut illa etiam a nobis edita: nam disputationem de vitae termino habebat idem Photius, et cum amphilochianis suis collocabat: opus de haeresibus atque synodis narrat ipse Germanus se sub primordiis Iconoclastarum composuisse: denique epistolam ad Armenios monumenta vetera priori huic Germano dant, non iuniori: etenim tarsense saeculi XII. concilium in quo illa commemoratur, ante iuniorem Germanum fuit, qui saeculo XIII. vixit, id est quinque post priorem saeculis. Nihilominus et Labbeus et Kongius, et alii interdum bibliographi, scripta secundi Germani, quae levioris profecto frugis sunt, priori incaute adscripserunt; quod ne diutius, invita veritate fiat, docti homines postea cavebunt. (Postremo optandum superest, ut alicunde se exserat magni etiam Cyrilli ad Armenios epistola, quam Photius in sua ad eosdem memorat cap.* 13, *Spicil. rom. T. X. p.* 456, *quae in libris editis hoc certo titulo inscripta non occurrit!) Germani hanc epistolam versari totam in refutando eutychiano Armeniorum errore, per se patet: quamobrem nullum eius a nobis fieri summarium oportuit* (*). *Utiliter vero conferetur cum Thomae patriarchae hierosolymitani ad eosdem Armenios dogmatica item epistola, quae extat in Tomo XV. operum Iacobi Gretseri inter Abucarae opuscula n. IV.*

(*) De argumento eodem placet heic epimetron quoddam attexere in vacuo paginae spatio, ne res a me in codicibus observata pereat. In vaticano igitur lat. codice 1267. f. 51. b. et seq. (itemque in codice 1195.) legebam sermonem quendam contra haereses eutychianam ac nestorianam inscriptum S. Cyrillo (at in cod. 1195. inscriptum S. Augustino) cuius sermonis priorem partem reapse comperi sumptam ex epistola Cyrilli tertia ad Nestorium (ed. Aubert. T. V. part. 2. p. 22. et seq.) nempe illud excerptum quod post S. Leonis epistolam 165. (ed. Baller. T. I. col. 1397.) legitur inter dogmatica testimonia. Codex tamen vat. bonas habet varietates v. gr. 1. ed. *lumen de lumine*, at cod. *lumen verum de lumine vero*. 2. ed. *ad unitatem*, cod. *et unitatem*. 3. ed. *Christum unum et dominum confitemur*, at cod. *Christum unum et Deum confitemur*. 4. ed. *necesse est enim discernere, et dicere hominem separatim fuisse*, at cod. *nec enim fas est discernere, et dicere hominem separatim fuisse*. 5. ed. *participationem*, at cod. *participatum*, substantive. Tum fragmentum in codice concluditur his, quae desiderantur in editione Leonis, verbis, neque tamen graece desunt. *Haec igitur pro caritate in Christo scribo, quaerens tamquam fratrem et contestans coram Christo et electis angelis, ut ecclesiarum pax salva servetur, et concordiae caritatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.* Utinam vero Aubertus Cyrilli editor hoc apud Leonem excerptum novisset! ita enim latinam suam interpretationem fecisset meliorem.

Digitized by Google

PRO DECRETIS CONCILII CHALCEDONENSIS

# EPISTOLA GRAECORUM AD ARMENIOS

QUAM CONSTANTINOPOLI DETULIT STEPHANUS SIUNENSIS EPISCOPUS ANTE SUAM AD EPISCOPATUM ADSUMPTIONEM.

1. « Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem maceriae solvens, inimicitias in carne sua *. » Visum nobis est ab hoc apostolico effato nostram hanc epistolam exordiri, quam ad vestram pietatem mittimus: nostra quippe omnis voluntas, et ipsius epistolae argumentum, ad pacis adeptionem tendit; pacis eius videlicet, quae de hoc mundo non est, prout Dominus dixit *, nec visibilibus rebus consentanea; pacis inquam illius, quam ipse de caelo detulit, quamque suis discipulis discedens largitus est; quam denique a nobis erga omnipotentem patrem servari vult, prout ipse in sua ad patrem prece dicebat *: « non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui crediturì sunt per verbum illorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, et ego in te; ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti. » Exemplar se fidelibus suis proposuit, ut eum imitantes, eodem pacis tenore invicem copulemur. Sane illi qui eius documenta pensi habuerunt, nihil pacis bono antetulerunt; nihil vicissim aspernati magis sunt, quam ea quae paci adversantur, et verborum opinionumque dissensum pariunt: pro certo habentes, nihil omnino prodesse vel miracula edere, vel sinceram virtutem cum corporis castigatione coniunctam, vel proprii patrimonii largitionem, vel denique ipsum martyrium, absque caritate (1). Porro caritas, prout eam egregie describit divus apostolus * « non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, non cogitat malum » de proximo, nedum de Deo, quia id adversari virtuti iudicat.

* Ephes. II. 14.
* Ioh. XIV. 27.
* Ioh. XVII. 20.
* I. Cor. XIII. 6.

2. Nos itaque a Domino petimus, ut divinam in nobis germinare caritatem faciat, atque ut pravarum praeiudicia opinionum avertat . . . (2) verba apud vestram pietatem facimus, insinuare conantes post Christi discipulorum exempla piam persuasionem, aequam spem, atque in Christo fidem. Quod si nos propheta monet * ut fratrem appellemus atque reputemus eum qui nos odio prosequitur, quanto magis in fratrum loco habendi sunt illi spiritalique amore diligendi, qui hostili adversus nos animo nequaquam sunt? Deo autem confidimus, cui nostri omnes actus cogitationesque patent, fore ut quandoquidem hunc sermonem, et laudata in eo testimonia nonnisi mutuae monitionis causa scribimus, ea vobis grata accidant: neque enim gloriam nostram sed ipsius Domini quaerimus.

* Ps. XXXIV. 11.

3. Quicumque spiritalis mercedis causa se in ecclesia laboribus occuparunt, rei cuilibet orthodoxam fidem praeferendam putarunt; quam quidem veram sapientiam divina scriptura lignum vitae appellat *. Reapse quaenam maior sapientia est, quam recta circa Deum ac res divinas sententia? ita ut absque errore de creatis rebus opinemur, ex sanctae scripturae regula; namque ea vera scientia est in paradisi medio a Deo plantata; ubi quamquam obrependo

* Prov. III. 18.

(1) Ita etiam S. Ioh. chrysostomus homil. I. in S. Romanum M. edit. Maurin. T. II. p. 612. Item S. Augustinus de bapt. contra Donat. lib. IV. 17.
(2) Heic unus versiculus in codice legi nequit.

Digitized by Google

callidus serpens noxium venenum suum vomere satagat, fraudemque sub pietatis specie inspirare, prout primis parentibus fecit, quos Deo similes fore spondebat; is nihilominus ab eo qui flammeum ibi gladium rotat, depelletur. Quippe hoc a Deo beneficium ministris suis conceditur, cuius ope calliditas serpentis infringitur, atque impedimentum tollitur, si quis eius fructus gustandi cupidus fuerit, qui fidelibus reservatur ut eo copiose fruantur; modo manum ei intendere velint, id est sincere et enixe veram scientiam quaerere, quam quisquis adsequitur, salvus fit.

4. Nos itaque dum Deo preces offerre non desinimus, sub huius mysticae arboris umbra iacere curamus (1), eiusque semper fructus colligere, ut eos non praesentibus tantum, verum etiam absentibus suppeditemus; sicut vestrae quoque pietati non sine iustis causis porrigendos putamus. Etenim religiosus sacerdos Stephanus in hanc regiam a Deo custoditam urbem delatus...(2). Qui non confitetur Dei Verbum passum ac mortuum, factumque primogenitum mortuorum, quamvis idem, quatenus Deus, vita ac vivificans sit, anathema esto (3).

5. Profecto quaelibet clandestina nestorianae malitiae insinuatio hisce anathematismis, ante quam radices agat, evellitur: atque his propositionibus, quas nos illi obiicimus a vera doctrina dictatis, scandalum praecavetur cunctorum fidei orthodoxae amatorum, ne quis temere attemptet inconsutilem Christi vestem discerpere, id est sanam fidei eius doctrinam. Nam contra hanc Nestorius . . . (4) haud potuit heterodoxus fraude sua praevalere, dum omni studio quaereret, quominus veritatem fateri victus cogeretur. Atqui si haec catholicae professionis vocabula usurpare voluisset, nequaquam ex Dei ecclesia pulsus fuisset; sed eum beatus Cyrillus veluti collegam et coëpiscopum excepisset; prout in sacris suis epistolis scriptum reliquit (5).

6. Quamobrem nos horum vim articulorum quasi sacrum fundamentum praeiacientes, et omnia legitimi sensus vocabula producentes, his super aedificare nitimur: « (6) Nam duas confitentes naturas » in unigenito Dei filio, domino ac ser- » vatore nostro Iesu Christo, simili nobis » per omnia facto, excepto peccato, nihil » aliud dicimus aut intelligimus, nisi quod » ipse Deus quum esset, et patri consub- » stantialis, homo factus est, vereque ho- » minibus consubstantialis » mediator inter Deum et homines, naturam sibi humanam una cum deitate copulans, haud sublata ne post unionem quidem distinctione naturarum, sed una conservata semper persona atque hypostasi divinae veritatis incarnatae, quae perfecte homo facta est. Etenim ante unionem, id est ante quam unigenitum Dei Verbum naturae nostrae copularetur, profitemur unam fuisse eius naturam, id est divinam, utpote patri et spiritui sancto consubstantialem: duas autem eius naturas dicimus, postquam nostram adscivit substantiam: ita ut eum perfectum in deitate, itemque perfectum in humanitate et sciamus et proclamemus: velut etiam unum filium agnoscimus Iesum Christum ex duabus iisdem naturis; adeoque unum Verbum divinum incarnatum, iuxta illius (Cyrilli) sensum admittimus ac profitemur. Nec vero cum incarnatum dicimus, substantiam aliam intelligimus, quam

(1) Utuntur hac eadem locutione Graeci in alia epistola ad Armenios, cuius nos excerpta protulimus in Spicil. rom. T. X. p. 446.
(2) Heic deest folium in codice.
(3) Est duodecimus Cyrilli anathematismus in calce epistolae ad Nestorium, Opp. T. V. part. 2. p. 77.
(4) Heic duo versiculi sunt in codice obliterati.
(5) Epist. III. ad Nestorium opp. T. V. part. 2. p. 25.
(6) Quem tractum virgulis distinguimus eum laudavit ex ms. cl. Aucherus in adnot. ad Iohannis Ozniensis sermonem p. 33.

Dei Verbi naturam a Cyrillo adsertam (1): etenim haud duas dicimus incarnatas naturas, sed unam, id est illam divini Verbi incarnatam, corpore adsumpto et anima ac mente. Tum utriusque simul naturae proprietates profitentes, nihil aliud intelligimus, nisi quod adsumptum a divino Verbo corpus, in naturam divinam haud transiit, corporis natura dimissa; neque deitas adsumpto corpore spirituque et anima rationali, hisque ad personam suam adplicitis, in corporis naturam conversa est, nec de sua gloria quicquam amisit aut demutavit. Ita nos opinari ac profiteri sancti patres erudiunt, atque in primis sapiens Cyrillus in suo de ambarum naturarum, divinae nempe et humanae, unione tractatu (2), in quo demonstrat nullam esse factam unionis causa alterationem, quia unaquaeque natura suas incolumes retinuit proprietates. Sic videlicet magister Cyrillus magnusque doctor Athanasius, eadem hac locutione utentes docent, quorum testimonia postea proferemus.

7. Ergo duas intelligimus credimusque in unigenito Dei Verbo, domino nostro Iesu Christo, naturas; eo sensu, quo concilii chalcedonensia patres DCXXXVI. intellexerunt ac professi sunt: sic adamussim, inquam, confitemur eundem nostrum Servatorem, dominum atque Deum, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate; quia unum ex duabus naturis profitemur, ex divina scilicet et humana. Huic nostrae fidei testimonium dat quintum sanctum concilium, quod post supradictum, in hac regia nostra a Deo custodita urbe congregatum fuit: cuius in decretis scriptum comperimus (3), quod « si quis naturas duas » profitendo, haud intelligat unum domi» num Iesum Christum, Deum et homi» nem; neque praedictis verbis denotare » velit naturarum differentiam, quarum in» confusa et ineffabilis unio peracta fuit, » Verbo haud ad carnis naturam translato, » neque carne vicissim ad Verbi naturam » (etenim ambae naturae in substantia sua » permanentes, personaliter tantum coa» luerunt); et quod causa praedictae lo» cutionis usurpandae nulla fuerit alia, » quam mysterii numerique agnoscendi na» turarum, quae in eodem unico Verbo in» carnato domino nostro Iesu Christo sub» sistunt; neque mente (4) tantummodo,

(1) Quomodo intelligenda sit Cyrilli ad Sucensum locutio *una Verbi incarnata natura*, exponit accurate pras ceteris S. Maximus Opp. T. II. pp. 273. 286. 335. Videsis etiam Photium Bibl. p. 801.

(2) Utrum hic sit deperditi operia cyrilliani titulus, an potius notus ille v. gr. *de incarnatione*, haud satis mihi constat..

(3) Est canon septimus concilii II. constantinopolitani, seu quinti oecumenici; qui canon videtur mihi paulo clarior in hoc Germani nostri contextu, quam in graeco proprio apud Concil. Zattae T. IX. p. 382.

(4) Magnopere animadvertenda est haec dogmatici canonia constantinopolitani locutio, quae negat intelligendas Christi naturas post unionem, mentis tantum phantasia seu theoria. Ecce enim apud Theoriani disputationem a nobis Script. vet. T. VI. editam in Armeniorum epistola p. 320. legitur: ἔμεινεν ἀμετάβλητος καὶ ἄτρεπτος τῶν φύσεων ἡ φανέρωσις, πλὴν μόνῳ τῷ θεωρουμένη: *mansit non mutata neque conversa naturarum manifestatio* (vel *apparentia*), *sed tamen mente tantum spectabilis*. Quod Armeniorum dictum refutat Michaël patriarcha constantinopolitanus tom. cit. p. 332, volens omnino dici *manere duas naturas*, non autem *mente spectari*, ut dogma tutius pronuncietur. Videant, oro, lectores totum hunc Michaëlis locum, qui dignus profecto cognitu est. Item syrus patriarcha monophysita tom. cit. p. 392. scribit: τὰς φύσεις τηρεῖσθαι ἐν γνώσει, *naturas* (Christi post unionem) *conservari, mentis nostrae vi spectatas*. Porro his locutionibus ἐν γνώσει vel θεωρίᾳ, vel ἐπινοίᾳ adversatur docte etiam Leontius cum scholio (apud nos Script. vet. T. VII. p. 57.) quia nempe Monophysitae οὐκέτι τὴν διαίρεσιν λέγουσι κατ' ἐπίνοιαν, ἀλλ' αὐτὰς τὰς φύσεις μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ ψιλῇ θεωρεῖσθαι διϊσχυρίζονται: *haud iam distinctionem dicunt fieri cogitatione, sed ipsas naturas cogitatione tantummodo spectari contendunt*. Sic fere etiam Monophysitarum adversarius Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 786. Summa rei est, ut ait praedictus Michaël graecus patriarcha, oportere duas Christi naturas simpliciter dicere, non autem ambigua periphrasi loqui Idem Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 820: οὐ μίαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπὶ Χριστῷ, ἀλλὰ δύο φύσεις ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει κηρύττουσι: *non unam patres nostri in Christo, sed duas naturas in hypostatica unione praedicant*.

» unitarum naturarum distinctionem esse » intelligendam quae nihil ob unionem » amiserunt, quia unus est ex duabus (1), » et duae in uno; si quis, inquam, plu» rali hoc numero abutitur, ut naturas di» visas suadeat, vel singulas in propria per» sona distinctas, hic anathema sit. »

8. Quum nos itaque duas in Christo Iesu naturas iuxta catholicum congregatorum Chalcedone patrum sensum profiteamur, persuadere nobis haud possumus, quin ii a Deo sint condemnandi qui contradicunt, neque admittunt et sine haesitatione profitentur dictam locutionem. Nam sancti patres haud simpliciter dixerunt, se duas agnoscere in Christo Iesu naturas, sed omnem aditum Nestorio obstruxerunt: atque ita nos profiteri docuerunt unigenitum Dei Verbum, ut nemo secundum illius impietatem dicere auderet Iesum Christum dominum per homonymiam tantum ac dignitatem Deo Verbo aequalem, ceteroqui seorsum ab eo qui de Davidis stirpe est. Qua credita ab eo unigeniti Verbi divini in duo divisione, quum illius heterodoxa sententia revelata fuisset, patres ut se contra eundem munirent, diserte in primis professi sunt natum de patre secundum deitatem ante omnia saecula; de virgine autem deipara secundum humanitatem; quod ille deiparae vocabulum, ceu suae opinioni contrarium, ne audire quidem sustinuit, sed aures obturavit magis quam ii qui sanctum Stephanum interimendi causa circumsistebant; immo magis quam serpens aures obstruit ne periti incantatoris vocem auscultet; id est salutarem traditionem, quam vir beatus in prima sua ad Nestorium epistola scripserat, pro Iesu Christi divinitate, deiparam simul appellans sanctam virginem . . . (2).

9. Item in sua ad orientales epistola idem beatus Cyrillus sic ait: haud oportuit eos ignorare decretum, quod nempe omni ad synodum nostram venturo, fatendum foret sanctam virginem esse deiparam (3). Quod si duarum naturarum locutio scandalo multis est, propterea quod ea Nestorius prave usus fuit, hi velim sciant, dictam locutionem a sanctis quoque patribus fuisse usurpatam (4): neque orthodoxa vocabula pie iam adhibita, esse reiicienda, postquam illis alii abusi sunt. Namque et Ariani, male ob suam eredendi rationem, nonnullas sacrae scripturae voces interpretantes, ita conati sunt sanam sanctissimae Trinitatis fidem corrumpere: neque idcirco post eos quisquam iis vocabulis usurpandis abstinuit.

10. Admirabilis praeterea Cyrillus eidem Nestorio in ephesino concilio contradicens, in quo nonnulli locutionem illius tamquam veterem doctrinam defendebant, testimonia magni theologi Gregorii in medium adtulit, quae sunt huiusmodi (5): « qui duos filios introducit, unum de Deo » patre, alterum de Maria, non vero uni» cum solumque, is ab adoptione exclu» detur, quam Deus fidelibus orthodoxis » promisit. Naturae duae sunt, quia Deus » et homo, veluti anima et corpus se ha» bent: non autem filii duo, nec dii duo: » neque pariter duo homines, quamquam » a Paulo interior exteriorque homo ap» pellantur. » Idem denuo Cyrillus in sua priore ad Sucensum epistola duas in Christo Iesu naturas professus est dicendo (6): « quantum cogitatione adsequi possumus,

(1) Ita locutum est ephesinum concilium: *unus ex ambabus naturis Christus*. Leo papa in celebri epistola adhuc evidentius *unus Christus in naturis duabus*, cui dicto chalcedonenses patres adprobantes succlamaverunt.

(2) Tres deinceps versiculi legi nequeunt in codice.

(3) Hoc dicit in primo anathemate opp. T. VI. p. 150.

(4) Idem ait Cyrillus etiam lib. I. adv. Nestorium p. 6.

(5) Concil. ephes. act. I. col. 1192. ed. Zattae T. IV.

(6) Opp. T. V. part. 2. p. 133.

» et intellectuali oculo rationem incarnationis subiicere, duas dicimus unitas naturas, unum nihilominus Christum et filium ac dominum, hominem factum, divinumque Verbum incarnatum. » Neque tamen aliud hac locutione docere volumus, nisi quantum a quinto concilio didicimus, nempe ut duarum unitarum tantummodo naturarum distinctionem profiteamur. Quam rem idem Cyrillus in sua quoque ad Eulogium epistola dicit (1): « Nestorius » dum duas carnis ac deitatis distinctas naturas profitetur, quatenus alia est divini » Verbi, alia carnis natura, haud tamen » nobiscum illarum unionem confitetur. » Tum adhuc enucleatius subdit: « nos vero » eas confitemur unitas, unum filium, unum » dominum, unum Christum, uti patres » nostri dixerunt, unam Verbi incarnatam » naturam (2). » Igitur extra omnem controversiam patet, haud sublatam fuisse ab unione distinctionem: quò fit ut duas naturas dicamus; unam vero Verbi divini, quia eadem Unigeniti natura, secum sub sua persona coniunctam habet naturam humani corporis animati et intellectualis.

11. Multa alia hac super re dici possent ad orthodoxae nostrae et immaculatae fidei confirmationem, eorumque refutationem, qui haud sano sed pessimo consilio conantur invehere schisma in ecclesiam Dei. Verum sufficiant quae hactenus dicta sunt, ut multiloquium vitemus, a Salomone edocti qui ait *: « da sapienti oc- * Prov. IX. 9.
» casionem, et addetur ei sapientia. »

12. Deinceps vero oportet ut de operationibus quoque et voluntatibus (Christi) dicamus (3); spiritale nimirum talentum mensae vestrae argentariae tradentes, ut postea Dominus sortem suam a vobis cum usura possit recipere, neque nos ceu pigrum illum servum condemnet. Duas ergo dicimus in Christo Iesu operationes fuisse; nempe ipsum et qua Deum et qua hominem egisse intelligimus: qua Deum, res divinas; qua hominem, res humanas; sed tamen ambas operationes perfecisse coniunctim, non seorsum separatimque (4): atque ita factis se confirmasse, cuiusmodi reapse erat, Deum verum et hominem verum, non specie tenus. Neque nobis licet cum Hebraeis ei dicere: « quia tu homo » quum sis, facis te ipsum Deum *. » Et- * Ioh. X. 33.
enim ille supernaturalia sua demonstravit divina opera, aitque *: « si non facio ope- * Ioh. X. 38.
» ra patris mei, nolite credere; si autem » facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis » quia pater in me est, et ego in patre. » Adversus autem haereticos illos, qui postea ad contemnendum incarnationis mysterium exorturi erant, veritatem is praemunivit, cum naturae suae, quotiescumque sibi libuit, permisit (velut ait etiam sanctus Nyssae episcopus Gregorius (5)) carnis illas adfectiones experiri, quae reprehensione carebant, nec non cruciatus; ut invicte confirmaret, se esse primogenitum in multis fratribus, nobisque corpore ac sanguine similem. Hinc etiam post re-

(1) Tom. V. part. 2. p. 137.

(2) Recole de hac celebri Cyrilli locutione quae diximus n. 6. adn. 1. Praeterea de concilii chalcedonensis doctrina, et contrario errore multa bona dicit Germanus noster etiam in tractatu, quem videsis, de haeresibus ac synodis a nobis edito Spicil. rom. T. VII.

(3) De duplici quoque operatione et voluntate Germanus op. cit. n. 45.

(4) Ita S. Leo PP. in sermone miscello, cuius partem ego legebam in cod. vat. 1267. f. 51. b. Extat autem sermo in append. n. 1. ed. Baller. T. I. Porro ubi in ed. col. 404. cap. 11. legitur: *quamvis* etc. *Verbi et carnis una persona sit, et utraque essentia communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc. qui Leonis locus ad litteram sumitur ex serm. 13. de pass. cap. 4, et ex ep. 124. cap. 5, et denique ex ep. 165. cap. 6; et tamen in nostro vat. cod. plenior meliorque legitur sic: *licet* etc. *Verbi et carnis una persona sit*, QUAE INSEPARABILITER ATQUE INDIVISE *communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc.

(5) Consonat cum Nysseno Basilius v. gr. epist. 161, aliique passim patres.

surrectionem, ut naturae suae veritatem rursus demonstraret, velnt ait magnus sanctus Basilius (1), cibum quoque gustare dignatus est.

13. Iam vero aeternus Deus, qui universum mundi orbem complectitur, ut ait
* Is. XL. 12. Isaias *, nec famem experiri nec sitim potest: nihilo tamen minus is in corpore suo esurivit atque sitivit: cumque homo esset, tamquam Deus simul operabatur cum naturae divinae viribus. Id nos docet etiam sapiens Cyrillus in suo thesauro dicens: « unum nobis praedicant Christum divi» nae scripturae: namque unus est Deus » pater, unusque et solus dominus Iesus » Christus, qui uti Deus agnoscitur, quia » id egit quod solius Dei proprium est. » Quia vero semet fecerat hominem, se» cundum scripturam, opus fuit ut se ho» minem esse comprobaret; neque talis » videri poterat absque innoxiis corporis » adfectibus, rebusque aliis corpori con» sentaneis. Operabatur scilicet et loqueba» tur quantum homini congruit, ut se ho» minem factum demonstraret (2). » Tum paucis interiectis. « Quia Deus verus erat » cum carne, caroque vera cum deitate, » operabatur ut Deus, quatenus opus erat » ut Deus esse cognosceretur. Vicissimque » agebat et loquebatur, quatenus oporte» bat ut se verum hominem esse ostende» ret; mysterii sic veritatem prudente oe» conomia administrans. »

14. Nemo igitur ausit nos reprehendere, id est Dei ecclesiam, propterea quod his vocabulis utimur in catholicae fidei confessione. Cogitent potius fore se malitiae Arianorum consonos, qui ad suos errores orthodoxam patrum Nicaeae congregatorum dictionem distorquebant; qui, prout magnus ait Athanasius (3) post multam conquisitionem vocabulum ὁμοούσιος stabiliverunt, quod numquam Ariani pervertere potuerunt. Cum autem distorsit Nestorius nostrae fidei tesseram, in ecclesia Dei semper adhibitam, Cyrillus admirabilis personae unitatem illi opposuit.

15. Item cum senex malignus Eutyches semet extulit, dicens Deum quidem corpus nostro simile adsumpsisse, ceteroqui unam esse naturam post unionem delirans (4), patres ii qui Chalcedone convenerunt, Romaeque antistes beatus Leo, coacti sunt, ut illius insaniam refellerent, duas docere esse naturas in unigenito Verbo Dei; quae quum iuxta suas proprietates simul agerent, ambae quod proprium sibi erat tenebant; ut sic ex actuum distinctione, naturarum distinctio agnosceretur unius domini nostri Iesu Christi: etenim ex actibus natura dignoscitur, velut etiam beati Cyrillus et nyssenus Gregorius in scriptis suis tradiderunt.

16. Sed enim ne ad voluntatem quidem quod adtinet, veritas non est declaranda. Haud enim inconsiderate vel absque examine, duarum voluntatum locutionem admisimus (5), quum hac de re temporibus nostris commota quaestio fuisset; neque ecclesiae Dei praesidibus tacere liceret, neque inepte Dei potentis corpus rescindere huius dictionis divulgatione. Revera haud alienum a trita patrum via est, duas voluntates dicere; et deinde adfirmare unum id est primum atque praecipuum humanum actum in intellectu ac voluntate fieri. Iam quum nostram naturam divinum Verbum adsumpserit, ut eam sanitati restitue-

(1) Num intelligit Germanus locum epistolae Basilii ad Urbicium, quam primi nos, ex codice veneto exscriptam edidimus post Cyrilli commentarios in psalmos? Ibi nimirum agitur de Christo post resurrectionem comedente.

(2) Plura his certe similia dicit Cyrillus in thesauro assert. XXIV.

(3) Prolixe de hoc vocabulo Athanasius in libro de synodis.

(4) Concil. chalced. p. 1079. ed. venet. Coleti anni 1728. T. IV.

(5) Hinc rursus vides quam falso accusatus olim fuerit de monothelismo Germanus noster; qua ceteroqui criminatioue satis eum iam purgaverat Henschenius bollandianus ad diem XII. maii.

Digitized by Google

ret atque instauraret, necesse fuit ut prae ceteris illam partem adsumeret, quae prima peccati vitio infecta universum hominem pessum dedit. Etenim Deus quidem initio Adamum naturaliter innocentem creaverat et libera cum voluntate. Quapropter inclytus Athanasius dixit (1), naturas duas ab ipsa voluntate in uno domino nostro Iesu Christo denotari. Etsi enim is voluntatem secundum humanum intellectum adsumpserat, ipsam tamen haud habuit contrariam, sed Deo prorsus conformem, et ad peccatum nullatenus pronam, quia numquam divina voluntas abs naturali aberat; immo haec talis prorsus apparebat, qualem in illo fore dixit propheta *: « ante » quam puer malum bonumve sciat, ma- » lum respuet, bonumque eliget. » Ecce enim salutis nostrae causa sponte ad necem accessit, quamquam ei naturale erat nolle mori, quia vi congenita repugnat morti natura, prout creator initio constituit.

* Is. VII. 16.

17. Dixi, nos hanc locutionem adscivisse a patribus nobis traditam; neque tamen ullam praeterea volo in mysterium invehere contrarietatem; absit. Nam etsi is moestus fuit, ignoravit (2), et passioni repugnantiam prae se tulit, haec tamen omnia cum Verbi consensu ac beneplacito in carne habitantis, et ob illius voluntatem, corpori accidebant: quia Verbum quatenus sibi libitum erat, corpori concedebat ut naturaliter ageret, sicut scriptum invenimus. Quippe natura comparatum est, ut homo mori nolit: et Adamum Deus ab initio naturaliter mortis metuentem fecit: alioquin haud ei profecto mortem esset interminatus dicens: quacumque die de arbore comederitis, cuius gustum vobis interdixi, sine dubio morte moriemini; nisi antea mortis horrorem illi indidisset. Iam vero Domini quoque anima a morte abhorrebat, sed ob oeconomiae rationem, id quoque spontaneum erat ac liberum. Hinc discipulis suis aiebat: desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante quam patiar *. Et alibi *: calicem habeo quem oportet me bibere; quid autem volo praeter quam illum bibere? Et, baptismum habeo, quo me oportet baptizari; et quomodo angor usque dum perficiatur *? Ex his ergo discimus, ut doctus Cyrillus opinatur (3), quod Iesu Christi natura nostrae similis, naturalem repugnantiam sibi spontaneam fecerit, prout Deo conveniebat.

* Luc. XXII. 15.
* Ioh. XVIII. 11
* Luc. XII. 50.

18. Atque ut summam praedictorum faciamus, paucisque rem concludamus, dicimus Deum factum esse hominem, non autem adsumptum ab eo hominem, ut Nestorius credidit (4). Etenim dictum fuit: et Verbum caro factum est (5), et habitavit in nobis; haud sane apparenter, neque tamquam umbram se exhibens, sed vere ac materialiter factus homo, ut hoc fructu universum hominum genus mundaretur. Eaque omnia possedit, quae pro nobis ob-

(1) Idcirco Eutyches in concilio chalcedonensi tomo praedicto p. 1019. citabat pro se non Cyrillum tantummodo sed etiam Athanasium.

(2) De scientia Christi, et de celebri loco quod ne filius quidem diem horamque iudicii futuri sciret, adi egregias explicationes Cyrilli apud nos in excerptis eius ad Matth. p. 482. Rursus eundem Cyrillum in comm. ad Lucam II. 52. Item nostrum Nicephorum antirrh. I. 50, et praesertim in apologetico maiore cap. 76. Denique Eulogium patriarcham alex. apud Photium cod. 230. p. 882.

(3) Hoc cum alibi, tum diserte dicit Cyrillus apud nos in comm. et Luc. p. 427. et in excerptis item apud nos p. 483.

(4) Recte sit, ut Nestorius credidit, qui pravum ei dicto sensum subiiciebat. Ceterum locutionem hanc, quod Verbum sibi adsumpserit hominem, impone dictam reperies in sensu orthodoxo apud veteres, puta apud S. Augustinum de vera relig. cap. XVI. apud S. Leonem PP. serm. 54; et quidem inter graecos etiam apud Athanasium, in fragmentis quae super edidimus p. 582.

(5) Pulcre Proclus constantinopolitanus in epistola dogmatica ad Armenios (Galland. Bib. T. IX. p. 687.) ait locutione *Verbum caro factum est*, nihil aliud significari quam τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως, *summae unionis inseparabilitatem*. Et hoc contra Monophysitas.

* Hebr. VII. 3. tulit, ut magnus inquit apostolus *. Idcirco quum Deus esset impassibilis, non recusavit fieri passibilis, ut idem et passus esset et non passus: passus carne, quam de sanctae virginis deiparae utero sumpsit, simulque expertus quidquid inculpabilium adfectionum habet natura, nec non cruciatus quos passionis tempore a crucifixoribus pertulit. Non passus autem, quatenus nihil divina natura patiebatur, dum eius non sine sponte propria corpus discruciabatur. Sic etiam corporaliter pendebat in cruce, in quam se propria potestate contulerat, ut ipse Dominus dixit *. (* Ioh. X. 17.) Obiit corpore, a neutra tamen humanitatis eius parte discessit deitas, quae tota inerat corpori exanimi in monumento iacenti, totaque simul perseverabat in eius anima ad inferas terrae partes descendente, ubi et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit, ut apostolorum princeps narrat *. (* I. Petr. III. 19.)

19. Nemo igitur scandalum nostri causa patiatur, dum peccatis suis quaerit excusationes: neque is qui in peccato persistit, ecclesiam Dei vituperet, quasi ea divisionem in Christi mysterio doceat. Nemo nonnullas perperam intelligens patrum auctoritates, vel eas distorquens, perverse aliquid adversus veritatem concludat: idque iis praecipue dicitur, qui beatum Leonem romanum antistitem eiusque verba temere et inique scandalo habent (1). Epistolae eius testimonia deinceps recitabimus (2), rectam eorum exponentes sententiam, ut evidenter demonstremus orthodoxam illius fidem, atque ut eos pudore adficiamus, qui Leonem Nestorio favere praesumunt. Quod si forte vos (in Christo Iesu dico) contrarium aliquid intellectui vestro in nostro scripto deprehenderitis, ne quaeso id significare cunctemini, quidquid nempe vobis libuerit, magisque accuratam dubiorum vestrorum solutionem exquirite. Namque et magnus Athanasius aequum esse iudicavit, eos non repellere, qui quod dicunt, recto sensu explicant. Sic enim ipse docet in sua ad Eusebium, Lucinianum, et socios (3) epistola: « vos ergo, qui haec » omnia profitemini, ne quaeso illos qui » eadem profitentur damnetis; sed vocabula ab illis adhibita explicate; neque » his inconsideratis, auctores repellatis; » immo vero eos exorate, iisque suadete, » ut conciliare sententias velint. »

20. Quum ergo exploratum sit, coram tremendo Christi tribunali, ubi actus nostri omnes, verba, et cogitationes iudicabuntur, quidquid hactenus audientibus diximus prolatum iri, date operam, venerabiles Fratres, ut vinculum perfectionis * (* Coloss. III. 14.) pacisque concordiam teneatis, quò unum corpus esse possitis et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae: atque ut in uno Domino, una fide, uno baptismo glorificare Deum possimus patrem domini nostri Iesu Christi, eiusque unigenitum Verbum, et sanctum Spiritum, qui ex illorum substantia est; in eodem inquam ovili, in superna ecclesia primogenitorum in caelis conscriptorum; ubi habitant omnes qui eodem fruuntur domino nostro Iesu Christo, cui honor in aeternum. Amen.

(1) Reapse adhuc Armenii eutychiani, id est monophysismi adseclae, cogunt levitas ordinandos iurare in formulam, qua detestantur concilium chalcedonense et Leonem romanum. Videsis Le-Brunium expl. Miss. T. III. p. 16. Nec immerito. Etenim nemo saepius aut validius Leone Eutychem arguit in sermonibus atque epistolis.

(2) Desunt nunc (omissa ab amanuensibus) in calce praesentis epistolae haec testimonia sive auctoritates, quibus dogmatica scripta communiri solebant. Idem accidit epistolae Leonis PP. ad Flavianum, cui desunt testimonia (in codd. et in edd.) ab eo promissa. Item desunt testimonia in fine actionis IX. Leontii de sectis, quae nos tamen in vat. codice nuper invenimus.

(3) Non videbam huius tituli epistolam inter edita Athanasii scripta.

Digitized by Google

# DE DOGMATICA PANOPLIA

## MONITUM.

*Chalcedonense concilium, definita contra Eutychianos aliosque haereticos duarum unitarum in Christo naturarum dogmate, contumacibus plurimis ansam obtulit discidium ab ecclesiae unitate faciendi; ideoque totus paene oriens cum Aegypto religiosis his turbis convulsus fuit. Rem prae ceteris lucide narrat chaldaeus Ebediesus in suo de veritate christianae religionis opere (quod nos edidimus Script. vet. T. X.) tract. III. cap. 4, ubi agitur de sectarum divisione, qui locus non sine fructu a studiosis legetur. Exinde enim extiterunt 1. Orthodoxi, qui duas unitas Christi naturas, unamque personam; 2. Iocobitae qui naturam unam unamque personam; 3. Nestoriani, qui duas seorsum Christi naturas, duasque personas credunt. Porro ut multi rectam chalcedonensis concilii doctrinam oppugnare tunc coeperunt, ita non segnius orthodoxi scriptores ad illius defensionem certatim incubuerunt. Atque inter primos prodiens in aciem Ephraemius patriarcha antiochenus, pluribus editis scriptis, quorum ampla excerpta dat Photius codd. 228. et 229, chalcedonensem definitionem, atque epistolam Leonis romani fortiter defendit. Deinde Eulogius patriarcha alexandrinus non uno pariter scripto apologiam synodi et Leonis romani plenissimam fecit* (1); *cuius item copiosa excerpta Photius codd. 225. 226. et 230, nobis conservavit. Tertiam saeculo sexto defensionem praedicti concilii scripsit Leontius byzantinus, quae inter edita eius opuscula superest. Quartum pro eadem synodo tractatum saeculo item sexto Iohannis caesariensis habemus in codice vaticano syriaco 140, sumptum videlicet ex graeco auctoris textu qui periit. Ex hoc nos Iohannis caesariensis opere permulta excerpsimus S. Cyrilli ob eo citati fragmenta inedita, quae latine in hoc ipso volumine contexuimus. Quintum video pro concilio chalcedonensi opusculum Nicetae byzantini saeculo nono scriptum, in Allatii Graeciae orthodoxae priore tomo.*

*Ego vero ante hos annos videram in codice vat. latino 7153, qui ex miscellis scriptis conficitur, graecum insertum chartarum octo bombycinarum fragmentum, grandioris moduli, binis digestum laterculis; verumtamen non capite tantum, sed fine quoque truncatum. Etenim tres complectebatur quaestiones a XVI. ad XVIII, quae desinebat in mutilam Gelasii papae epistolam. Iamque ego fragmentum hoc spatiosum, cum interpretatione mea latina scholiisque, prelo supponebam, cum ecce bibliothecae vaticanae graecos aliquos codices nuper lustrans, praedicti tractatus partem ceteram, immo et multa maiorem, eadem plane manu scriptam in codice graeco vat. 1904. mirabundus nactus sum; nec nisi supino bibliopegi errore factum cognovi, ut quaternio ille a reliqua corpore avulsus inter latinos tam longe codices sub numero 7153. transferretur. Ergo rursus compositis huius Absyrti membris, tum operis titulum legi, tum etiam simul comperi quinque adhuc quaestiones in media operis lacuna desiderari, id est XI. XII. XIII. XIV. XV., quae ut aliquando pari casus felicitate emergant, optandum est. Et titulus quidem operis bis circa finem legitur δογματικὴ πανοπλία, ut suis locis adnotabimus: partes autem in media scripto ut dixi adhuc hiant, in postrema tamen volumine coalescunt: namque et Gelasii epistola ab inventis postea foliis completur.*

*Age vero dogmaticas panoplias in impressis libris duas habemus, primam Euthymii Zygabeni; alteram titulo aliquantum variantem, sed re parem, Nicetae nimirum choniatae thesaurum orthodoxae fidei, cuius quinque libros priores latine tantum gallus Morellius edidit, nos vero posteriorum librorum lautas partes in romano Spicilegio T. IV. graece protulimus. Attamen neutrum opus, sive Euthymii sive Nicetae, cum hac de qua loquimur panoplia conspirat. Iam quisnam fuerit huius*

(1) Gravior erat Schottus Photii interpres in cod. 226. Dicit Photius Eulogium posuisse initio sui apologetici (vel sibi scopum fecisse) tomum (id est epistolam) Leonis PP., quem calumniis Acephali oppetebant: προτίθεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Λέοντος ὁ τόμος ἐπηρεαζόμενος μὲν καὶ συκοφαντούμενος ὑπὸ Ἀκεφάλων. Schottus autem hermeneuticae simul et chronologiae immemor (fuit enim Eulogius saeculo et amplius iunior Leone) sic perverse reddit: *inscribit vero librum primum pontifici Leoni, accusatus ac reprehensus ab Acephalis*. Mitto alias ibi falsissimas interpretationes, veluti ἀθώωσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, *absolutio a chalcedonensi synodo*, pro *defensio chalc. synodi*. Et Εὐλόγιος μονῆς ἡγήσατο τῆς παναγίας θεοτόκου: *Eulogius solius deiparae Virginis cultu adductus*, pro *Eulogius monasterii praeses fuerat sanctissimae Deiparae*. Mitto inquam cetera, ne extra meum propositum vager.

*panopliae adversus Eutychianos auctor, quis facile divinet? Incipit in codice opus acephalum ab actione IV. cap.* 6. *operis Leontii de sectis. In calce autem nonae scribuntur Patrum testimonia, quae in editione Leontii promittuntur quidem sed tamen suppressa fuerunt. Nempe in codice nostro haec sunt.* **I.** Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρείου α' λόγου. **II.** Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ εἰς τὰ ἐπιφάνια λόγου. **III.** Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ β' λόγου. **IV.** Γρηγορίου Νύσσης ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου συντάγματος. **V.** Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐκ τῶν πρὸς Γρατιανὸν τὸν βασιλέα. **VI.** Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς τοῦ πρὸς Σαβινιανὸν λόγου ὑποθέσεως. *Hoc quidem ita se habet:* οὐκοῦν ἐν τῷ τελείῳ τῆς θεότητος ὤν, ἐκένωσεν ἑαυτὸν καὶ ἔλαβε τὸ τέλειον τῆς κατ' ἄνθρωπον φύσεως ὁλοκλήρου· ὡς οὖν οὐδὲν ἐλλιπὲς τῷ θεῷ, οὕτως οὐδὲ τῷ καταρτισμῷ τῷ κατὰ ἄνθρωπον, ἵνα τέλειος ἐν ἑκατέρᾳ φύσει τυγχάνῃ. *Huius graeci fragmenti sex tantum postrema vocabula dederamus nos ex Leontio, Script. vet. T. VII. p.* 135., *nunc vero totus locus apparet. Et quidem is sumitur ex Ambrosii epistola in maur. editione XLVI.* 6. *(quae ad Sabinum non ad Sabinianum scribitur) ubi disertis verbis sic Ambrosius:* ergo cum esset in plenitudine divinitatis, exinanivit se, et accepit plenitudinem naturae et perfectionis humanae: sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. **VII.** Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεύοντος τὴν ἔννοιαν τοῦ θείου συμβόλου. *Hunc nos item adamussim Ambrosii locum iam protulimus ex Anastasio presbytero, Script. vet. T. VII. p.* 7. **VIII.** Αὐγουστίνου. Ἐπίγνωθι δὲ τὴν φύσιν τοῦ Χριστοῦ· τὴν θείαν δὲ λέγω τὴν συνυπάρχουσαν τῷ πατρί, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἧς μείζων ἐστὶν ὁ πατήρ· πλὴν ἑκατέραν ὁμοῦ· καὶ οὐ δύο, ἀλλ' εἷς Χριστός, ἵνα μὴ τετρὰς εἴη, ἀλλὰ τριὰς ὁ θεός. Nimirum Augustinus in Ioh. tract. 79. 3: *agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet qua aequalis est patri, humanam qua maior est pater. Utrumque autem simul, non duo, sed unus est Christus, ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Huius nos graeci fragmenti partem tantum priorem recitaveramus ex Leontio tom. cit. p.* 135. **IX.** Τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ βιβλίου τῆς ἐν πνεύματι λατρείας. **X.** Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς Οὐαλεριανὸν ἐπιστολῆς. **XI.** Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς τοὺς ἀνατολικούς. *Sequitur tota in codice actio Leontii decima usque ad fol.* 31. *b., quae nos omnia, ut iamdiu edita, omisimus.*

*Atque ex hoc demum loco illae ineditae incipiunt duodeviginti quaestiones de haeresibus sexto praecipue septimoque saeculo grassantibus. Et quidem quaestio XVII. in defendendo concilio chalcedonensi tota consumitur. Hanc ego panopliam cum praedictis Euthymio et Niceta ut dixi comparans, immo et cum aliis similis argumenti scriptis, sive apud Photii bibliothecam, sive apud alios impressos libros, nihil nostro operi simile comperiebam. Cumque auctor in XVI. quaestione Severianos tamquam sui temporis homines nominet, aetatem suam quodammodo prodere, id est VI. aut VII. saeculum, videtur. Ceteroqui eadem methodus scribendi est, qua utitur S. Maximus T. I. in quaestionibus biblicis, vel de aliis rebus per* ἐρωτήσεις *et* ἀποκρίσεις; *rerumque genus et tractandi ratio aetatem Maximi olet. Et quidem conferatur potissimum Maximi epistola seu tractatus ad Iohannem cubicularium T. II. p.* 259-291, *de rectis ecclesiae decretis, et adversus Severum. Itemque conferre praestabit cum nostro subsequentes illic dogmaticas praestantissimi confessoris epistolas. Noster porro auctor logicis regulis apprime exercitus, et tota graecae scholae subtilitate exacutus, ita in nonnullis capitulis loquitur, ut interpretem pari arte instructum, puta Porphyrium vel Boethium, postulare videatur; id quod ego invite admodum, nec nisi suscepti operis necessitate compulsus, praestabam. Multus quippe ac subobscurus illi sermo est de hypostasi, de persona, de enhypostato, de substantia, de natura, de relationibus, de accidentibus, de essentiali et non essentiali etc. quae sunt veluti asperantes viam salebrae, festinantibus praesertim molestae: quibus tandem e scopulis aut spinis postquam se auctor evolvit, planiore iam regione spatiatur, et orthodoxum dogma communibus lucidisque argumentis exponit et protegit. Certe in tertia praesertim quaestione pulcherrimam divinae oeconomiae facit explanationem. Fructus tamen prope praecipuus huius inventae panopliae est insignis epistola Gelasii papae I, qui pontificatum inter annum* 492 *et* 496 *tenuit, atque inter doctiores primae sedis antistites habitus est. Haec, inquam, epistola mihi inter editas non occurrebat, ne in illa quidem scriptorum Gelasii plenissima collectione, quae synodo chalcedonensi praeponitur in veneti Zattae Conciliorum editione tomo VIII. Profecto in hac epistola plura sunt bonae frugis, sacraeque doctrinae et historiae utilia, quae singillatim in scholiis adnotare non negligemus.*

# ΕΚ ΤΗΣ ΔΟΓΜΑΤΙΚΗΣ ΠΑΝΟΠΛΙΑΣ

Κεφαλαίων διαφόρων ἤτοι ἐπαπορήσεων λύσις περὶ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας· ἐν ταὐτῷ ἢ ἔλεγχος καὶ ἀνατροπὴ τῆς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀνθρωπότητα τῶν Ἀκεφάλων ἐναντίας δοκήσεως, τῶν ἀπὸ Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τῶν δυσσεβῶν, καὶ ἀπολογία πρὸς τοὺς ἀθετοῦντας τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι, ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν θεοσδότων ἡμῶν ἁγίων πατέρων.

# EX DOGMATICA PANOPLIA

**Capitulorum diversorum seu dubitationum solutio de recta erga Christum religione: pariterque confutatio atque eversio contrariae circa Christi divinitatem et humanitatem sententiae Acephalorum, nec non impiorum Nestorii et Eutychis adseclarum: simulque adversus eos, qui sanctam synodum chalcedonensem reiiciunt, defensio ex sanctorum a Deo datorum patrum nostrorum doctrina.**

## QUAESTIO I.

Quid est hypostasis? et num eadem res est ac substantia, nec ne?

Responsio. 1. Hypostasis, prout vult sanctus Basilius, est proprietatum ad singula concursus: ut vero nonnulli dixerunt, substantia quaedam est singillatim cunctas in proprio individuo proprietates complectens: alii denique aiunt eam substantiam cum proprietatibus: et hi quidem recte; etenim proprietatum singillatim adunatio, si ad communem substantiam accedit, ea demum uniuscuiusque hypostasim efficit: nam et esse filium Davidis, et adunci nasi, et calvum fortasse, et reliquae proprietates ad humanam substantiam adiunctae, hypostasim Pauli confecerunt, verbi gratia, aut Petri, aut cuiusvis individui. Vocatur autem a nonnullis hypostasis etiam individuum, et persona: individuum quidem, quia non potest in aliud subdividi. Nam genus, quod est animal, in species dividitur, in homi-

## ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Τί ἐστιν ὑπόστασις; καὶ εἰ ταυτή ἐστι τῇ οὐσίᾳ, ἢ οὔ; cod. f. 31. b. col. 2.

Ἀπόκρισις. α'. Ὑπόστασίς ἐστι, κατὰ τὸν ἅγιον Βασίλειον *, συνδρομὴ τῶν περὶ ἕκαστα ἰδιωμάτων· ὡς δέ τινες εἰρήκασιν, οὐσία τὶς τῶν καθ' ἕκαστα περιληπτικὴ τῶν ἐν τῷ οἰκείῳ ἀτόμῳ πάντων ἰδιωμάτων· ἄλλοι δὲ εἶπον αὐτὴν οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων, καὶ καλῶς εἰρήκασι· τὸ γὰρ ἄθροισμα τῶν καθ' ἕκαστον ἰδιωμάτων τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας προσγινόμενον, τὴν τοῦ τινὸς ὑπόστασιν ἀπειργάσατο· τὸ γὰρ υἱὸν εἶναι τοῦ Δαυὶδ, καὶ γρυπὸν, ἢ φαλακρὸν, εἰ τύχοι, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἰδιωμάτων συναφθέντα τῇ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ, (cod. f. 32. col. 1.) τὴν ὑπόστασιν ἀπετέλεσαν Παύλου ὡς εἰκὸς ἢ Πέτρου, ἢ τινὸς τῶν καθ' ἕκαστα· καλεῖται δὲ ἡ ὑπόστασις ὑπό τινων καὶ ἄτομον, καὶ πρόσωπον· ἄτομον μὲν διότι οὐ πέφυκεν εἰς ἕτερόν τι ὑποδιαιρεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ γένος, ὅπερ ἐστὶ τὸ ζῶον, εἰς

* ep XXXVIII. 6

(1) Confer S. Maximi definitiones theol. T. II. p. 78. et 143. Nihil autem similius quam hae nostrae methodo quaestionum S. Maximi T. I. p. 15. seqq.

(2) Item confer S. Maximi opusc. de rectis eccl. decretis pro chalced. contra Severum T. II. p. 259.

τὰ εἴδη τέμνεται, εἰς ἄνθρωπον φημὶ καὶ βοῦν καὶ ἵππον καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη· τὸ δὲ εἶδος, εἰς ἄτομα διαιρεῖται, ὡς ὁ καθόλου ἄνθρωπος εἴς τε Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους· ὁ δὲ τὶς ἄνθρωπος, ὅς ἐστιν ὑπόστασις, εἰς οὐδὲν πέφυκε τέμνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἄτομον λέγεται· πρόσωπον δὲ ὡς χαρακτηριστικὸν καὶ τοῦ τινὸς ὂν δηλωτικόν· διαφέρει δὲ τῆς οὐσίας, διότι ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν τῆς φύσεως τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἢ γένος ἀναγομένων δηλοῖ· ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸ ἰδικώτατον εἶδος, ἤγουν τὸν τινὰ ἄνθρωπον σημαίνει, τουτέστι Παῦλον ἢ Πέτρον· ἐὰν γὰρ εἴπω ἄνθρωπον ἁπλῶς καὶ ἀπροσδιορίστως, οὐσίαν ἤτοι φύσιν ἀνθρωπίνην ἐσήμανα· εἰ δὲ ἰδιώματά τινα χαρακτηριστικὰ τῇ τοιαύτῃ ἀπροσδιορίστῳ σημασίᾳ προσπλέξω, τὸν τινὰ ἄνθρωπον ἐδήλωσα, τουτέστιν Ἰάκωβον ἢ Ἰωάννην, ἤ τινα τῶν καθ' ἕκαστα, τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἀποδιαστείλας· ἄνευ γὰρ τῆς τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων προσθήκης, τῶν τὸ ἴδιον ἀπὸ τοῦ κοινοῦ διακρινόντων, τὸ κοινὸν μόνον τῆς οὐσίας νοεῖται· τοῦτο δὲ χωρὶς τῶν ἀτόμων, οὐδὲ ὅλως γνωρίζεται· νῷ γὰρ
col. 2. μόνῳ θεωρητὸν ὑπάρχει· οὐδὲ γὰρ ἕτερόν τι ἐστὶ, παρὰ τὴν ἐν τοῖς πολλοῖς ἑνότητα ἤγουν ταυτότητα· τὸ αὐτὸ οὖν κατ' οὐσίαν τοῖς ἀτόμοις· ὥστε τὴν διαφορὰν εἶναι τοῦ κοινοῦ πρὸς τὸ ἰδικὸν, τοῦ τὸ μὲν ἐν πλήθει θεωρεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν ἑνί.

β'. Ἀμέλει γοῦν καὶ τὸν ὅρον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λέγοντες, τοῦτο ποιούμεθα, ὡς τοῦ κοινοῦ ἤγουν εἴδους καθ' ἕκαστον λεγομένου· οὐκοῦν ἡ ἑνότης τῶν ἀτόμων ἤγουν ταυτότης τῆς φύσεως τὸ καθόλου ποιεῖ· ὡς πάντων τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀτόμων μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας μετεχόντων, καὶ κατὰ τοῦτο ὑπὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὅρον τῆς οὐσίας ἀναγομένων· εἰ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, ἡ μὲν οὐσία ἤγουν τὸ κοινὸν, τὴν καθόλου φύσιν σημαίνει· τὸ δὲ ἰδικὸν, ἤγουν ἡ ὑπόστασις, τὸν τινὰ οὐ-

nem inquam, et bovem, et equum, et reliquas species. Species vero in individua dividitur; sicut universaliter dictus homo in Iacobum, Iohannem, et reliquos homines. Verumtamen talis homo, qui hypostasis est, in aliud nihil dividi potest; proptereaque individuum dicitur. Persona autem dicitur, quatenus ea characteristica est, et certum aliquem denotat. Differt autem a substantia, quatenus substantia quidem communitatem naturae illorum, quae sub eandem speciem sunt redacta, demonstrat: at hypostasis propriam omnino speciem, idest certum aliquem hominem significat, nempe Paulum aut Petrum. Etenim si dico hominem simpliciter et indefinite, substantiam vel naturam humanam significavi: sin vero idiomata quaedam characteristica indefinitae huiusmodi enunciationi adiunxero, certum aliquem hominem demonstraverim, id est Iacobum aut Iohannem, aut aliquem individuum, a communi proprium sic distinguens. Nam sine characteristicorum idiomatum adiectione, quae proprium a communi secernunt, naturae tantummodo intelligitur communitas, quae ceteroqui sine individuis non prorsus cognoscitur: nam menti soli aspectabilis est: neque enim aliud quicquam est, quam multorum unio seu idemtitas: idem itaque secundum substantiam quod individui vita: ut communis a proprio differentia in eo consistat, quod commune in multitudine contemplamur, proprium in uno aliquo.

2. Profecto igitur, dum humanam naturam definimus, id agimus, tamquam si commune vel species secundum individua dicatur. Itaque individuorum unitas sive idemtitas universalitatem naturae facit; tamquam si omnia sub eandem speciem individua unam eandemque substantiam participent, ac propterea sub unam eandemque substantiae definitionem redigantur. Quae si ita se habent, substantia quidem, id est commune, universim naturam significat: proprium autem, id est hypo-

stasis, certam aliquam substantiam denotat, quae cum haerentibus sibi idiomatibus, eadem res est quae species, nempe Pauli aut Petri, aut individui cuiusvis. Neque tamen in hoc tantum a substantia differt hypostasis, sed secundum hanc etiam rationem, quatenus in speciem divisa, videlicet humana natura seu substantia, et singulorum concurrentes proprietates assumens, multitudinem individuorum efficit, sive hypostaseon. Atque ita unum multa fiunt. Vice vero versa, si nos rationaliter individuorum proprietates secernamus, et individua multa ad unius speciei unitatem referamus, multa unum fiunt. Apparet itaque differre ab individuis speciem: atque ut summatim dicam, collectiva est multorum individuorum species. Alioqui, si idem est natura quod hypostasis, oporteret totidem esse hominum naturas, quot sunt hypostases. Atqui innumerae quidem hominum sunt hypostases, una vero horum natura dicitur. Nam quod una est, idem et omnes. Non est ergo eadem res natura quae hypostasis. Nihilo tamen minus hypostasis appellari potest etiam natura, si nos mente nostra proprietatum concursum seponamus, cogitemusque de substantia sola secundum synonymiae praedicamentum, tamquam si species seu communis natura synonymice praedicetur de suppositis ei individuis seu hypostasibus, quae secundum substantiae rationem cum natura communicant. Neque tamen natura vicissim dici potest hypostasis; quia illa quidem secundum propriam rationem commune significat, hypostasis vero, prout iam ante dictum est, ob characteristicas proprietates persona definitur.

3. Haec nos de hypostasi dicimus, quatenus digni fuimus horum semina accipere, a divinitus eruditis magistris nostris. Quod vero et ipsi differentiam agnoscant naturae seu essentiae ab hypostasi, testis

σίαν δηλοῖ μετὰ τῶν προσόντων αὐτῇ ἰδιωμάτων, τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ εἴδει, τῶν Παύλου ἢ Πέτρου ἢ τινὸς τῶν καθ' ἕκαστα· καὶ οὐ μόνον κατὰ τοῦτο διαφέρει τῆς οὐσίας ἡ ὑπόστασις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τρόπον τοῦτον εἰς τὸ εἶδος τεμνομένη, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ἤγουν ἡ οὐσία, καὶ προσλαμβάνουσα τὰς ἑκάστου τῆς συνδρομῆς ἰδιότητας, ἀποτελεῖ τὸ πλῆθος τῶν ἀτόμων, ἤγουν ὑποστάσεων· καὶ ταύτῃ τὸ ἓν πολλὰ γίνεται· καὶ ἔμπαλιν χωριζόντων ἡμῶν τῷ λόγῳ τὰς τῶν ἀτόμων ἰδιότητας, καὶ ἀναφερόντων τὰ πολλὰ ἄτομα εἰς ἑνότητα ἑνὸς εἴδους, τὰ πολλὰ ἓν γίνεται· δῆλον οὖν ὅτι διαφέρει τὸ εἶδος τῶν ἀτόμων· εἴ γε δὲ συμπερασματικῶς εἰπεῖν δεῖ, συνάγωγόν ἐστι τῶν πολλῶν ἀτόμων το εἶδος· ἄλλως τε δὲ εἰ cod. f. 132. b. col. I.
ταυτόν ἐστιν ἡ φύσις τῇ ὑποστάσει, ἐχρῆν τοσαύτας εἶναι φύσεις τῶν ἀνθρώπων, ὅσαι καὶ ὑποστάσεις εἰσίν· ἀλλὰ μὴν ἄπειροι μέν εἰσι τῶν ἀνθρώπων αἱ ὑποστάσεις, μία δὲ φύσις τούτων λέγεται· ὃ γὰρ πέφυκε μία, τοῦτο καὶ πᾶσαι· οὐκ ἄρα ταυτὸν ἡ φύσις τῇ ὑποστάσει· δύναται δὲ ἡ ὑπόστασις καὶ φύσις (1) λέγεσθαι, τῷ νῷ χωριζόντων ἡμῶν τὴν συνδρομὴν τῶν ἰδιοτήτων, καὶ νοούντων τὴν οὐσίαν καὶ μόνην κατὰ τὴν τῆς συνωνυμίας κατηγορίαν, ὡς τοῦ εἴδους ἤγουν τῆς κοινῆς φύσεως συνωνύμως κατηγορουμένης τῶν ὑφ' ἑαυτὴν ἀτόμων ἤγουν ὑποστάσεων, καὶ τούτων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον κοινωνούντων αὐτῇ· οὐκέτι δὲ καὶ ἡ φύσις δύναται καλεῖσθαι ὑπόστασις, διότι ἡ μὲν κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, τὸ κοινὸν σημαίνει· ἡ δὲ ὑπόστασις, καθὰ προείρηται, τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι πρόσωπον ἀφορίζεται.

γ'. Καὶ ταῦτα μὲν φαμὲν περὶ ὑποστάσεως, ἐξ ὧν ἠξιώθημεν λαβεῖν σπερμάτων ἐκ τῶν θεοσόφων ἡμῶν διδασκάλων (2)· ὅτι δὲ καὶ αὐτοὶ διαφορὰν ἐπίστανται φύσεως, ἤγουν οὐσίας, καὶ ὑποστά-

(1) Sic etiam Cyrillus apud Photium cod. 229. p. 793, sed καταχρηστικῶς abusive.
(2) Videsis S. Maximum T. II. p. 313.

σεως, μαρτυρεῖ ὁ θεόφρων Βασίλειος ἐν
* ep. CCXIV. 4. τῇ πρὸς Τερέντιον ἐπιστολῇ φήσας τάδε *.
“ Δεῖ καὶ ἡμᾶς ἐν βραχεῖ τὸ ἡμῖν δοκοῦν
εἰπεῖν· ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς
τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν
ὑπόστασιν, ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ
τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς
περὶ αὐτὸν ἰδιώμασιν ὁ δεῖνα ἐστὶν, ἢ ὅτι
col. 2. καὶ ὁ δεῖνα· οὕτω κἀκεῖ· ὁ μὲν τῆς οὐσίας
λόγος κοινὸς, οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεό-
της, ἢ εἴ τι ἄλλο νοοῖτο· ἡ δὲ ὑπόστασις,
ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος ἢ τῆς υἱό-
τητος ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖ-
ται· εἰ μὲν οὖν ἀνυπόστατα λέγουσι τὰ
πρόσωπα, αὐτόθεν ἔχει ὁ λόγος τὴν ἀτο-
πίαν· εἰ δὲ ἐν ὑποστάσει αὐτὰ εἶναι ἀλη-
θινῇ συγχωρήσουσιν, ὃ ὁμολογοῦσι καὶ
ἀριθμείτωσαν, ἵνα καὶ ὁ τοῦ ὁμοουσίου
λόγος διαφυλαχθῇ ἐν τῇ ἑνότητι τῆς φύ-
σεως, καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσις πα-
τρός τε καὶ υἱοῦ καὶ ὁλοτελεῖ ἑκάστῳ τῶν
ὀνομαζομένων ὑποστάσει κηρύττηται. „ Καὶ
πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Ἀμφιλόχιον
ep. CCXXXVI. 6. ἐπιστολῇ συνῳδὰ τούτοις γράφει *. „ Οὐσία
δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν,
ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ᾽ ἕκαστον·
οἷον ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρω-
πον· διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν ἐπὶ τῆς θεότη-
τος, μίαν ὁμολογοῦμεν, ὡς τὸ εἶναι λόγον
μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι· ὑπόστασιν δὲ
ἰδιάζουσαν· ἵνα ἀσύγχυτος μένῃ καὶ τετρα-
νωμένη ἡ περὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου
πνεύματος ἔννοια ὑπάρχῃ· μὴ γὰρ νοούν-
των ἡμῶν τοὺς ἀφορισμοὺς, ἢ τοὺς περὶ
ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα καὶ
υἱότητα καὶ ἁγιασμὸν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς κοινῆς
ἐννοίας τοῦ εἶναι ὁμολογούντων θεὸν, ἀμή-
χανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀπο-
διδόσθαι· χρὴ οὖν τῷ κοινῷ τὸ ἴδιον προσι-
θέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ
θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· ὥστε συνάπτον-
cod. f. 33. a. col. 1. τας λέγειν πιστεύω εἰς θεὸν πατέρα. Καὶ
πάλιν ἐν τῇ τοῦ υἱοῦ ὁμολογίᾳ παραπλή-
σιον ποιεῖν, τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον,
καὶ λέγειν· εἰς θεὸν υἱόν· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ
πνεύματος τοῦ ἁγίου κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς

est Basilius theologus in sua ad Terentium epistola, in qua ait. « Oportet nos quoque breviter sententiam nostram exponere, nempe quod quam rationem commune habet ad proprium, eamdem habet substantia ad hypostasim. Nostrum enim unusquisque et communi substantiae ratione existentiam participat, et suis singillatim proprietatibus vel hic est vel ille. Ita et illic: communis quidem ratio substantiae, veluti bonitas, aut deitas, aut quidvis aliud cogitetur; verum hypostasis in proprietate paternitatis vel filietatis aut sanctificantis potentiae spectatur. Si ergo absque hypostasi aiunt esse personas, iam inde apparet doctrinae absurditas. Sin potius in vera hypostasi personas esse concedant, utique quod confitentur etiam numerent: ut et consubstantialitatis ratio conservetur in unitate naturae; et recti cultus cognitio erga patrem, et filium, ac spiritum sanctum in absoluta et perfecta nominatorum hypostasi praedicetur. » Rursus idem Basilius in sua ad Amphilochium epistola consona praedictis scribit. « Inter substantiam et hypostasim hoc interest, quod inter commune et singulare: veluti se habet animal ad certum hominem. Quapropter substantiam quidem in divinitate unam confitemur, ne existendi differentem rationem tradamus: hypostasim tamen singularem dicimus, ut inconfusa permaneat atque perspicua quam patris habemus et filii sanctique spiritus notionem. Nam si forte non cogitemus de personarum distinctionibus vel characteribus, nempe de paternitate filietate et sanctificante potentia; sed ex communi essentiae notione Deum confiteamur, fieri nequit ut sanam fidei rationem tradamus. Oportet itaque ut communi proprium addentes, ita fidei professionem faciamus. Commune est, deitas; proprium, paternitas; ita ut haec copulantes dicamus: credo in Deum patrem; idque pariter in filii confessione agentes, copulato communi cum proprio, dicamus credo in Deum filium. Similiter

et de sancto Spiritu, consequenter professionis pronunciationem conformantes, dicamus: credimus et in Spiritum sanctum Deum. Atque ita prorsus et unitatem in deitatis confessione servemus, et personarum singularitatem confiteamur per distinctionem proprietatum quae in singulis intelliguntur. » En ita nos perspicue docuit pater quid inter naturam et hypostasim intersit: et quod characteristicae proprietates communi substantiae adiunctae, hypostasim efficiunt.

### QUAESTIO II.

Quid est substantia? Et num eadem res est substantia et natura? Et quid demum naturae vocabulum significat?

Responsio. 1. Substantia ac natura quid sint, edicere prout reapse sunt, vires nostras superat; immo et multorum intellectum excedit, qui materiali ac varia offusione impediuntur, cui mentem conformari necesse est, et propter multiplicem variamque opinandi vim, a vera naturalique rerum contemplatione depelli. Secus vero id proprium est illorum qui mentis sententiam habent recte factis florentem, ac puritate sunt praediti, perspicueque ac naturaliter ut ita dicam ac nudam ipsam per se rerum veritatem pervident: velut ille qui lippitudine abiecta oculus, non eget extrinseca manuductione. Nonne vero hoc unum est illorum, quae nobis repromissa sunt bonorum, rerum existentiam tempestiva contemplatio, nempe harum scientia? Namque et haec nobis in mysticis benivolisque Dei verbis continetur. Quatenus vero praesentes nobis res spectando, ex ipsis scientiam illam comprehendere possumus, id oportet exponere.

2. Substantia est igitur, ut patres docent, omne id quod propria subsistentia constat, neque in alio existentiam suam habet. Hoc autem dicitur ob distinguendum ab accidentibus omnibus separabilibus et inseparabilibus, essentialibus qua-

ἐκφωνήσεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· πιστεύω καὶ εἰς θεὸν πνεῦμα ἅγιον· ὥστε διόλου καὶ τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ τῆς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων. „ Ἰδοὺ διὰ τούτων σαφῶς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ πατὴρ τήν τε διαφορὰν τῆς φύσεως καὶ τῆς ὑποστάσεως, καὶ ὅτι τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας συναφθέντα, τὴν ὑπόστασιν ἀπηργάσαντο.

### ΕΡΩΤΗΣΙΣ Β'.

Τί ἐστιν οὐσία; καὶ εἰ ταὐτὸν λέγεται οὐσία καὶ φύσις; καὶ τί τὸ τῆς φύσεως ὄνομα σημαίνῃ;

α'. Τῆς οὐσίας τὴν ὕπαρξίν τε καὶ φύσιν παραστῆσαι καθώς ἐστι, μεῖζον ἐστὶν ἢ καθ' ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὑπερβαίνει κατάληψιν, ὑπὸ τῆς ὑλώδους καὶ διῃρημένης χύσεως ἐμποδιζομένων, ὑφ' ἧς ἀνάγκη τυποῦσθαι τὸν νοῦν, καὶ τῇ πολυμερίᾳ καὶ διῃρημένῃ γνώμῃ, τῆς ἀληθοῦς καὶ φυσικῆς τῶν ὄντων θεωρίας ἀπολισθαίνειν· τῶν δ' ἐκ τῆς πρακτικῆς ἐπανθοῦσαν τὴν τοῦ νοὸς γνῶσιν ἐχόντων, ἴδιον ἂν εἴη τοῦτο, καὶ τὴν καθαρότητα κτησαμένων, καὶ καθαρῶς καὶ φυσικῶς, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ γυμνῶς αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν καθορώντων, καθάπερ ὁ τὰς ἐπικειμένας λήμας ἀποσκευασάμενος ὀφθαλμὸς, οὐ δεόμενος τῆς ἔξω χειραγωγίας· καὶ μή ποτε ἓν ἐστι καὶ τοῦτο τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, καὶ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας τὸ καίριον, ἡ περὶ ταύτης ἐπιστήμη; καὶ αὕτη γὰρ ἡμῖν ἐν τοῖς μυστικοῖς καὶ φιλανθρώποις τοῦ θεοῦ ταμιεύεται λόγοις· ὅσον δὲ ἐστι πρὸς τὰ ἐν χερσὶν ἀποβλέποντας, ἐκ τῶν περὶ αὐτὴν περὶ ταύτης διαλαβεῖν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἀπόκρισις. col. 2.

β'. Οὐσία τοίνυν ἐστὶ, κατὰ τοὺς πατέρας, πᾶν τὸ κατ' ἰδίαν ὕπαρξιν ὑφεστὼς, καὶ μὴ ἐν ἄλλῳ τὸ εἶναι ἔχον· τοῦτο δὲ εἴρηται πρὸς ἀντιδιαστολὴν πάντων τῶν συμβεβηκότων τῶν τε χωριστῶν καὶ ἀχωρίστων καὶ τῶν οὐσιωδῶν ποιοτήτων, καὶ ἐπουσιωδῶν· καλοῦσι



Digitized by Google

ἢ οἱ φιλόσοφοι χωριστὰ μὲν συμβεβηκότα γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα κατ᾽ ἐνέργειαν, χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς· οἷον τὸ περιπατεῖν καὶ μὴ περιπατεῖν, λαλεῖν ἢ μὴ λαλεῖν, ἵστασθαι ἢ καθῆσθαι, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· ἀχώριστα δὲ τὴν ἐν ῥινὶ γρυπότητα, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς γλαυκότητα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· οὐσιώδεις δὲ ποιότητας, ἐν μὲν ψυχῇ, τὸ λογικόν· ἐν δὲ πυρὶ, τὸ θερμὸν καὶ ξηρόν· καὶ ἐν ὕδατι, τὸ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ τὰ τούτοις παρεμφερῆ· ταῦτα γὰρ πάντα, συμπληρωτικά εἰσιν, εἴτουν συστατικὰ τῆς ὑποκειμένης αὐτοῖς φύσεως ἤγουν οὐσίας, ὅθεν καὶ τῆς τοιαύτης ἔτυχον ὀνομασίας· ἐπουσιώδη δὲ λέγουσι, τὰ ἀχώριστα συμβεβηκότα· οὐδὲν δὲ τούτων ἁπάντων κυρίως καὶ προηγουμένως, καὶ καθ᾽ ἑαυτό ἐστιν οὐσία· τουτέστι πρᾶγμα καθ᾽ ἑαυτὸ ὑφεστὼς ἀλλ᾽ ἀεὶ περὶ τὴν οὐσίαν θεωροῦνται, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ αὐτοῖς πράγματι· ὡς οὖν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτων ἡ οὐσία αὐθυπόστατος οὖσα καὶ τελεία καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει θεωρουμένη, εὐλόγως ἔτυχε τῆς τοιαύτης ὑπογραφῆς, ὡς αὐτὸ τὸ ὑποκείμενον ἑκάστου πράγματος σημαίνουσα· καὶ ταῦτα μὲν φαμὲν, ἐξ ἧς ἀφορμῆς ἐλάβομεν παρὰ τῶν πατέρων, πρὸς τὸ παραστῆσαι τί σημαίνει ὄνομα.

cod. f. 33. b. col. 1.

γ΄. Οὐδὲν δὲ ἀπηκὸς πρὸς πλείονα γνῶσιν τοῦ ζητουμένου παραστῆσαι τὸ ὅπως ὁ Ἀριστοτέλης περὶ ταύτης διέλαβεν· οὗτος τοίνυν ἐν κατηγορίαις ταύτην διεῖλεν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν· καὶ πρώτην μὲν ἐκάλεσε πρὸς τὴν ἡμετέραν κατάληψιν καὶ τῷ πολλῷ ἀριθμῷ ὑποπίπτουσαν, τὰ ἄτομα· τουτέστι τὸν καθέκαστον ἄνθρωπον, οἷον Παῦλον καὶ Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους· δευτέραν δὲ ὠνόμασεν ἥτις τῷ νῷ καὶ μόνῳ θεωρεῖται, τὴν καθ᾽ ὅλου, τουτέστι τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη· οἷον τὸ ζῶον καὶ τὸν καθόλου ἄνθρωπον, ἢ βοῦν καὶ τὰ λοιπὰ εἴδη· ὡρίσατο δὲ αὐτὴν εἴτουν ὑπέγραψε τὴν πρώτην καὶ ἄτομον οὕτως (1)· "οὐσία ἐστὶν ἡ κυριώτατα καὶ πρώτως μάλιστα δὲ λεγο-

litatibus et non essentialibus. Vocant autem philosophi separabilia quidem accidentia quae oriuntur et decedunt secundum operationem, sine subiecti corruptione; veluti ambulare et non ambulare, loqui et non loqui, stare et sedere, et his similia. Inseparabilia autem, nasi curvitatem, oculorum glaucum colorem, et his similia. Substantiales autem qualitates, in anima quidem rationalitas; in aqua, frigiditas et humiditas, et his paria. Haec enim omnia expletiva sunt sive demonstrativa subiectae sibi naturae id est substantiae, unde et hanc appellationem sunt sortita. Non essentialia autem dicunt inseparabilia accidentia. Nullum vero horum omnium proprie principaliterque ac per se substantia est, id est res per se subsistens, sed semper circa substantiam spectantur, veluti in subiecta ipsis re. Tamquam itaque ad horum distinctionem, substantia per se subsistens et perfecta in propria subsistentia spectata, commode sortita est hanc descriptionem, ceu ipsum cuiusque rei subiectum significans. Atque haec dicimus, capto impulsu a patribus, ut exponamus quid significet substantiae nomen.

3. Ceterum haud est absurdum, ad maiorem quaesiti notitiam, proferre quid Aristoteles hac in re definiat. Hic igitur in categoriis substantiam in priorem dividit ac secundam: et priorem quidem vocavit, ad captum nostrum, multoque numero obnoxiam, individua, id est singulos homines, veluti Paulum ac Petrum et reliquos homines. Secundam vero appellavit, quae mente tantum spectatur, universalem, id est species ac genera, veluti animal, et generatim hominem, vel bovem, vel reliquas species. Definivit autem ipsam, sive descripsit primam et individuam sic: « substantia quae maxime et principaliter dicitur, est quae neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est. » Maxime autem ait, quia

(1) Protheor. part. II, cap. V, quod Aristotelis capitulum ob huius quaestionis intelligentiam utiliter legetur, collato etiam Boëthio ed. Basil. p. 128.

proprie dicitur, non secundum metaphoram. « Principaliter » autem denotat eam nobis absque intermedio innotescere, primamque omnium eam nos cognoscere. Verbis autem « maxime dicta » multorum sententiam significavit. Namque in exquisitioribus suis sermonibus, haud individuam et partibilem substantiam appellat principalem, sed universalem, id est genera et species. In subiecto autem nequaquam, quia accidens non est. Accidentia enim, utpote in substantia spectata, in subiecto dicuntur. Quod autem non secundum aliquod subiectum dicitur, denotat haud praedicari de aliquo, neque subdividi in alteram substantiam, quum sit particularis et individua. Atque haec quidem est principalis substantia. Alterae vero secundum ipsas dicuntur: quibus in speciebus insunt substantiae quae dicuntur principales. Talia sunt etiam specierum harum genera, veluti talis homo: hominem enim diximus esse principalem substantiam; qui in specie non inest in homine universali. Genus autem speciei est animal. Porro proprium omnis substantiae ait esse, ut neque magis admittat neque minus. Nam si est substantia talis homo, non est autem magis vel minus homo, neque se ipso videlicet neque alio: neque enim umquam ei deest quicquam illorum quae humanam naturam quasi nota distinguunt, immo et quandoque redundat; quum in se habeat consubstantiata ea quae hominem constituunt, constat a substantia non admitti magis vel minus. Vicissimque proprium est substantiae, ut dicatur quum unum et idem numero sit, contraria suscipere posse. Nam talis homo, unus atque idem quum sit, sive cum albus sive cum niger fit, et cum frigidus et cum calidus fit; eadem pariter est intellectualis substantia, sive cum in virtute sive cum in vitio versatur. Atque haec secundum Aristotelem dicimus circa substantiam.

4. Cunctae autem definitiones consonant tum circa genitam tum circa creatam

μένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, μήτε ἐν ὑποκειμένῳ ἐστί· „ κυριώτατα δὲ εἶπε, διότι κυρίως λέγεται καὶ οὐ κατὰ μεταφοράν· τὸ δὲ πρώτως δηλοῖ ὅτι οὐ διὰ μέσου ἡμῖν νοεῖται, ἀλλὰ πρώτως αὐτὴν γινώσκομεν· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν μάλιστα δὲ λεγομένη, τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἐσήμανεν· ἐν γὰρ τοῖς τελειοτέροις αὐτοῦ λόγοις, οὐ τὴν ἄτομον μερικὴν οὐσίαν λέγει πρώτην, ἀλλὰ τὴν καθόλου, τουτέστι τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη· ἐν ὑποκειμένῳ δὲ οὐκ ἔστι, διότι συμβεβηκὸς οὐχ' ὑπάρχει· τὰ γὰρ συμβεβηκότα ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρούμενα, ἐν ὑποκειμένῳ λέγονται· τὸ δὲ μὴ καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, σημαίνει ὅτι οὐ κατηγορεῖται κατά τινος, οὐδὲ ὑποδιαιρεῖται εἰς ἑτέραν οὐσίαν, μερικὴ οὖσα καὶ ἄτομος· καὶ αὕτη μέν ἐστιν ἡ πρώτη οὐσία· αἱ δὲ δεύτεραι κατ' αὐτῶν λέγονται, ἐν οἷς εἴδεσιν αἱ πρώτως οὐσίαι λεγόμεναι ὑπάρχουσι· ταῦτα καὶ τὰ τῶν εἰδῶν τούτων γένη, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος· τοῦτον γὰρ εἰρήκαμεν εἶναι πρώτην οὐσίαν, ὃς ἐν εἴδει μὲν οὐχ' ὑπάρχει τῷ καθόλου ἀνθρώπῳ· γένος δὲ τοῦ εἴδους ἐστὶ τὸ ζῷον· ἴδιον δὲ πάσης οὐσίας ὑπάρχειν ἔφη, τῷ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· εἰ γάρ ἐστιν οὐσία ὁ τὶς ἄνθρωπος, οὐκ ἔστι δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ἄνθρωπος, οὔτε αὐτὸς ἑαυτοῦ οὐδὲ ἑτέρου· οὔτε γὰρ ποτὲ μὲν ἑαυτῷ λείπει τί τῶν χαρακτηριζόντων τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ποτὲ δὲ πλεονάζει· ἅπαξ ἔχων ἐν ἑαυτῷ συνουσιωμένα τὰ τὸν ἄνθρωπον συνιστῶντα, δῆλον ὅτι οὐκ ἐπιδέχεται ἡ οὐσία τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον· καὶ πάλιν ἴδιον ὑπάρχει τῆς οὐσίας εἰπεῖν, τὸ ταὐτὸν καὶ ἓν ἀριθμῷ ὄν, ὄντων ἐναντίων εἶναι δεκτικόν· ὁ γὰρ τὶς ἄνθρωπος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὤν, ὅτε λευκὸς ὅτε δὲ μέλας γίνεται, καὶ ὅτε μὲν ψυχρὸς, ὅτε δὲ θερμός· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ νοερὰ οὐσία, ὅτε μὲν ἐν ἀρετῇ, ὅτε δὲ ἐν κακίᾳ ὑπάρχει· καὶ ταῦτα μὲν φαμὲν κατὰ Ἀριστοτέλην περὶ οὐσίας. col. 2.

δ'. Πᾶσαι δὲ αἱ ὑπογραφαὶ ἁρμόζουσι, περὶ τῆς γεννητῆς καὶ κτιστῆς οὐσίας· περὶ

col. f. 31. a. col. 1. γὰρ τῆς θείας καὶ μακαρίας οὐσίας τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς καὶ ὁμοουσίου τριάδος, οὐκ ἔστιν ὅρον εἰπεῖν· αὕτη γὰρ ἄϋλός ἐστι καὶ ὑπερέκεινα παντὸς ὅρου καὶ νοήματος καὶ πάσης τῆς λογικῆς φύσεως, οὐχ' ἥκιστα δὲ ἀνθρωπίνης καταλήψεως· ὡς γάρ φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος ὁ τῆς Ἀθηνῶν ἐκκλησίας γενόμενος πρόεδρος (1), οὔτε ὡς νοῦν ἢ οὐσίαν ὑμνῆσαι θεμιτὸν τὴν θεαρχικὴν ὑπερουσιότητα· πάντων μὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶν ὑπερτέρα, ὡς καὶ πρὸ πάντων οὖσα καὶ πάντων ἐν αὐτῇ συνεστηκότων, αὐτὴ δὲ οὐδὲν * ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένη, ὑπερούσιος γάρ ἐστι καὶ ὑπεράγαθος καὶ ὑπεράρχιος ἀρχὴ, ὡς μηδὲν τῶν περὶ αὐτῆς λεγομένων κυριολεκτηθῆναι δύνασθαι· τοῦτο γὰρ εἰδότες οἱ θεολόγοι, ὡς ἀνώνυμον αὐτὴν ὑμνοῦσι (2), καὶ ἐκ παντὸς ὀνόματος· ἀλλὰ μὴν καὶ πολυώνυμον κατὰ τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα· "ἵνα ἀκριβῶς ᾖ τῶν ὅλων βασιλεία."

* Ita cod.

ε'. Περὶ δὲ φύσεως δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἄλλο τι παρὰ τὴν οὐσίαν οἱ ἔξω σοφοὶ παραδεδώκασι ταύτην, καθὼς οἱ παρ' αὐτῶν ἀποδοθέντες ὅροι περὶ τούτων σαφηνίζουσι· τοὺς δὲ θεηγόρους ἡμῶν πατέρας εὑρίσκομεν, ὡς ἡνίκα ἐν τοῖς περὶ θεοῦ λόγοις δογματίζοντες, τοῖς τοιούτοις ὀνόμασι κέχρηνται, τὴν αὐτὴν οὐσίαν καὶ φύσιν ἀποκαλοῦντας· ὅθεν καὶ ἡμεῖς τούτοις ἑπόμενοι, περὶ τὴν ὀνομασίαν αὐτῶν ἀδιαφοροῦμεν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θείοις δόγμασι τὴν αὐτὴν οὐσίαν καὶ φύσιν ὀνομάζοντες. col. 2. Καθ' ἑτέραν δὲ ἐπίνοιαν ἀκριβέστερον τὸν περὶ τούτων γυμνάζοντες λόγον, καὶ διαφορὰν τούτων εἰπεῖν δυνάμεθα· τὸ μὲν γὰρ τῆς φύσεως ὄνομα φερόμενον εὑρίσκομεν, καταχρηστικῶς κατὰ ἀνυποστάτων, καὶ κατὰ τῶν ἐν οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει ἰδίᾳ θεωρουμένων· τὸ δὲ τῆς οὐσίας ὄνομα, κατὰ ἐνυποστάτων μόνον· οὐσίαν γὰρ

substantiam. Nam circa divinam beatamque sanctae adorandae et consubstantialis Trinitatis substantiam, nulla fieri potest definitio: est enim haec immaterialis, et supra omnem definitionem atque intelligentiam. Namque ut ait divus Dionysius, qui fuit Athenarum praesul, ne ut mentem quidem aut substantiam celebrari thearchicam supersubstantiam dignum est; quia rebus omnibus existentibus superior est, utpote quae ante omnia est, atque omnia in ipsa consistunt: ipsa autem a nulla re, quatenus est separata substantia, pendet: est enim supersubstantiale et superbonum, et superprincipale principium; ita ut nihil quod de ipsa dicatur, propria cum dictione efferri possit. Cuius rei conscii theologi divinam substantiam tamquam anonymam celebrant, vel omni nominatione constantem: quandoque vero polyonymam, quatenus omni nomini superior est, « ita ut adamussim sit universale regnum. »

5. Iam ad naturam quod attinet, sciendum est, quod ethnici sapientes deitatem diversum quid a substantia esse tradiderunt, prout illorum circa hanc definitiones declarant. Nostros vero deiloquos patres comperimus, in dogmaticis suis de Deo sermonibus his nominibus uti, deitatemque appellare substantiam atque naturam. Quare et nos his obsequentes, indifferenter denominationem usurpamus in divinis magni Dei ac servatoris nostri Iesu Christi dogmatibus, nempe eandem dicentes substantiam atque naturam. Alio tamen accuratiore sensu de his loquentes, differentiam quoque earumdem adsignare possumus. Etenim naturae nomen comperimus abusive adhibitum tum de insubsistentibus, tum de iis quae in substantia atque hypostasi propria spectantur. At vero substantiae nomen, de enhypostatis tantum: nam rem insubsistentem haud dicemus es-

(1) De divinis nominibus cap. I. 5. et 6.

(2) Ita Nazianzenus orat. XXX. 17. Nyssenus orat. XII. T. II. p. 427. Chrysostomus homil. XXXVIII. 2. in act. apost. Basilius epist. VIII. 11. Nicetas byzantinus adv. Mohamedem apud nos, in alio volumine p. 326.

se substantiam. Naturas autem multas comperimus absque hypostasi, quae per se absque substantia non existunt, ut timoris, amoris, temporis, ac mendacii, et aliorum aliquot. Quod autem haec res ita se habeat, constat ex deiloquorum patrum dictionibus. Nam de ira dictum est: natura daemonibus resistens, et cuilibet voluptati praevalens. Sicuti etiam dicitur, magna amoris natura. Temporis autem, mendacii, et sermonis naturam nominans magnus Basilius, ait in libris adversus Eunomium: « valde autem indignum est falsa dicere; quandoquidem mendacii natura cum dictis corrumperetur. Sed hoc non ita natura comparatum est. » Et rursus: « quoniam et definire nobis sermonis naturam ille, qui scit omnia, instituit. » Et rursus idem: « etenim aquaeductus proprium fontem demonstrat; sermonis vero natura, cor quod eum effudit. » En haec igitur demonstrant nobis quomodo naturae nomen adhiberi soleat, quamquam reapse abusive, non proprie, etiam in insubsistentibus.

6. Potest alia quoque huiusce nominum differentia dici. Nonnulli patres atque magistri dum declarant quid naturae vocabulum significet, hanc dicunt esse certam quandam cuiusvis rei subsistentiam, non quamlibet inquam subsistentiam, sed talem indefinite. Et sane arbitror, recte perfecteque definitionem se habere: nihilominus perspicuitatis gratia, propter homines contentiosos, neque dociliter patrum vocabulis aures praebentes, addendum est etiam « secundum substantiam; » ita ut sit definitio huiusmodi: natura est uniuscuiusque secundum substantiam et talis universaliter subsistentia. Nam dictio « secundum substantiam » additur, quia maxime propria sunt diversa, idest potissima; vel substantialis pars entis rationalis, ex cuiusque rei qualitate praedicatur: et est secundum substantiam in homine quatenus rationalis est: seiungiturque secundum hoc ab homogeneis speciebus; quatenus nempe ra-

οὐκ ἂν εἴποιμεν ἀνυπόστατον· φύσεις δὲ πολλὰς εὑρίσκομεν ἀνυποστάτους καθ' ἑαυτὰς δίχα οὐσίας μηδέ ποτε ὑφεστώσας, ὡς θυμοῦ, καὶ ἀγάπης, καὶ χρόνου, καὶ ψεύδους, καὶ ἄλλων τινῶν· καὶ ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος, δῆλον ἐκ τῶν περὶ τούτων εἰρημένων τοῖς θεηγόροις ἡμῶν πατράσι· περὶ μὲν γὰρ τοῦ θυμοῦ εἴρηται, φύσις τὸ τοῖς δαίμοσι μάχεσθαι, καὶ ὑπὲρ ἧς τινος οὖν ἡδονῆς ἀγωνίζεσθαι· ὡς καὶ μεγάλη λίαν ἡ φύσις τῆς ἀγάπης· περὶ δὲ χρόνου καὶ ψεύδους καὶ λόγου φύσιν ὀνομάζων ὁ μέγας Βασίλειος, φησὶν ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον· "πολλοῦ γὰρ ἀνάξιον τὰ ψευδῆ λέγειν, εἴπερ ἡ φύσις τοῦ ψεύδους τοῖς λεγομένοις συνδιεφθείρετο· ἀλλ' οὐκ ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε." Καὶ πάλιν· "ἐπεὶ μέν τοι καὶ ἀφορίσασθαι ἡμῖν τοῦ λόγου τὴν φύσιν ὁ σοφὸς τὰ πάντα προήχθη." Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· "καὶ γὰρ ὁλκὸς μὲν ὕδατος, δείκνυσι τὴν οἰκείαν πηγὴν, λόγου δὲ φύσις τὴν προενεγκοῦσαν καρδίαν·" ἰδοὺ οὖν ταῦτα παρέστησαν ἡμῖν ὡς τὸ τῆς φύσεως ὄνομα φέρεται· εἰ καὶ καταχρηστικῶς καὶ οὐ κυρίως, καὶ κατὰ ἀνυποστάτων.

ϛ'. Δυνατὸν δὲ εἰπεῖν καὶ ἄλλην διαφορὰν τῶν τοιούτων ὀνομάτων· τινὲς τῶν πατέρων καὶ διδασκάλων σαφηνίζοντες τί σημαίνει τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, ταύτην εἶπον εἶναι τὴν ποιὰν τῷ παντὶ ὕπαρξιν, οὐχ' ἁπλῶς ὕπαρξιν, ἀλλὰ τὴν ποιὰν ἀορίστως· καὶ οἶμαι ὡς ὀρθῶς καὶ ἀνελλιπῶς ὁ ὅρος ἔγκειται· σαφηνείας δὲ χάριν διὰ τοὺς ἐριστικοὺς, εὐγνωμόνως ἀκούειν τῶν πατρικῶν μὴ θέλοντας λέξεων, προσθετέον τὸ κατ' οὐσίαν· ἵνα ἦ ὁ ὅρος τοιοῦτος· φύσις ἐστὶν ἡ ἑκάστου κατ' οὐσίαν καὶ ποιὰ τῷ παντὶ ὕπαρξις· τὸ γὰρ κατ' οὐσίαν προστίθεται, ἐπείπερ ἰδιαίτατα τὰ διάφορα, τουτέστιν ἡ κυριώτατα, ἡ οὐσιώδης ἡ τοῦ λογικοῦ ἐν τῷ ὁποῖον τί κατηγορεῖται· καὶ ἐστὶ κατ' οὐσίαν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καθὸ λογικόν· καὶ ἠφόρισται κατὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν ὁμογενῶν εἰδῶν, ὅπερ λογικὸν καὶ συστατικὸν ὑπάρχει τῆς τοῦ ἀνθρώπου οὐσίας· διὰ οὖν τοῦτο κατ' οὐσίαν διὰ τὰ συμ- cod. f. 21. b. col. 1.

βεβηκότα, τὰ ἀχώριστα καὶ αὐτὰ ἀφορίζονται τὰ εἴδη καὶ τὰ ἄτομα ἀπ' ἀλλήλων· ἀλλ' οὐχὶ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· οὐκοῦν τὴν μὲν ἁπλῶς ὕπαρξιν, ἐπὶ τῆς οὐσίας οἱ πατέρες ἔλαβον· τὴν δὲ ποιὰν, ἐπὶ τῆς φύσεως τὸ προσὸν μᾶλλον καὶ πεφυκὸς ταῖς οὐσίαις ἰδίως, εἴτε κατ' ἐνέργειαν εἴτε κατὰ δύναμιν φύσιν ἀποκαλέσαντες· καὶ ὅτι πεφύκασι ποιεῖν ἢ πάσχειν καὶ τοῦτο αὐταῖς πρόσεστι, πάλιν εἰρήκασιν ὅτι φύσις λέγεται, τὸ τοιῶσδε πεφυκέναι· εἰ οὖν ταῦτα οὕτως ἔχει, ἡ μὲν φύσις, τινὸς εἶναι φύσις λέγεται· ἡ δὲ οὐσία τινὸς οὐκ ἂν οὐσία φύσιν col. 2 ἔχειν ὁμολογῆται, ἡ δὲ φύσις τινὸς οὐσία κληθείη· καὶ ἡ μὲν οὐσία φύσιν ἔχειν ὁμολογεῖται, ἡ δὲ φύσις οὐσίαν ἔχειν οὐκ ἂν ὀνομασθείη· καὶ ταῦτα μὲν φαμὲν, πρὸς τὸ διαστῆσαι τὴν διαφορὰν τῆς τε φύσεως καὶ τῆς οὐσίας· ἐν ταυτῷ δὲ σαφηνίσαντες τί σημαίνει τὸ τῆς φύσεως ὄνομα κατὰ τοὺς πατέρας πολυμαθείας χάριν· Εὔλογον εἰπεῖν, τί περὶ ταύτης ὁ Ἀριστοτέλης (1) διέλαβε· φησὶν ὁριζόμενος ταύτην· « φύσις ἐστὶν ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας· ἐν ᾧ πρώτως ἐστὶ καθ' αὑτὸ καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός· » ἀρχὴν δὲ ἐνταῦθα ληπτέον κινήσεως οὐ χρονικὴν ἀλλὰ ποιητικὴν εἶναι τὴν φύσιν· ἵνα ᾖ τὸ λεγόμενον, ὅτι φύσις ἐστὶ δύναμις ἡ ποιοῦσα ἐν ἡμῖν τὴν κίνησιν, ἢ καὶ τὴν ἠρεμίαν· τὸ δὲ ἐν ᾧ ἐστιν, εἴρηται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς τέχνης, ἐπείπερ αὕτη ἔξωθεν οὖσα· κινεῖ τὰ τεχνητά· ἡ δὲ φύσις ἐν τοῖς φυσικοῖς ἱδρυμένη, αἰτία γίνεται αὐτοῖς κινήσεως ἢ καὶ ἠρεμίας· τρία δὲ σημαίνειν ὁ Ἀριστοτέλης λέγει τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, τὴν ὕλην τὴν κοινῶς πᾶσιν ὑποκειμένην· τὸ εἶδος ἑκάστου τὸ ταύτην εἰδοποιοῦν· τὴν λεγομένην ἔκφυσιν, τουτέστι τὴν ἀπὸ τοῦ δυνάμει ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ πρόοδον.

tionale est et demonstrativum substantiae hominis. Idcirco itaque secundum substantiam propter accidentia, ea quae sunt inseparabilia, et ipsae quoque separantur species, et individua ab invicem; non vero secundum substantiam, sed secundum accidens. Ergo subsistentiam quidem simpliciter de substantia patres usurparunt: qualitatem autem in natura, id potiùs quod ei inest, et est innatum substantiis peculiariter, sive secundum operationem, sive secundum potentiam, naturam appellarunt. Et quia debent vel agere vel pati, idque ipsis inest, rursus dixerunt appellari naturam, atque ita esse comparata. Si ergo haec ita se habent, natura quidem dicitur esse alicuius natura; substantia alicuius autem non dicetur habere substantiae naturam; sed natura alicuius, substantia appellabitur. Et substantia quidem naturam habere dicetur; sed naturam habere substantiam non adfirmabimus. Atque haec dicimus ut naturae a substantia diversitatem demonstremus, declarantes simul quid apud patres significet naturae vocabulum. Iam eruditionis causa, praestat etiam dicere quid Aristoteles hac in re censeat, qui ita definit: « natura est principium motus et quietis, in quo principaliter est per se, et non per accidens. » Principium autem heic est intelligendum motùs, non temporalem sed effectivam esse naturam; ut sit dicendum: natura est vis in nobis motum efficiens vel etiam quietem. Locutio autem « in quo » dicta est ob distinctiunem ab arte. Namque ars cum sit extrinseca, movet artificia; natura vero in naturalibus constituta, causa fit ipsis motus vel etiam quietis. Tria autem significare naturae nomen ait Aristoteles, materiam cunctis communiter subiectam: speciem uniuscuiusque quae hanc specificat: denique illam quae dicitur ἔκφυσις, id est a potentia ad actum processionem.

(1) Exprimit locum hunc Boëthius contra Eutychem sub libri initium post nominatum Aristotelem. *Natura est per se motus principium; motus principium dixi, hoc est, quoniam corpus omne habet proprium motum, ut ignis sursum, terra deorsum.*

QUAESTIO III.

**Quasnam debeamus habere sententias nos orthodoxi de nativitate secundum carnem, id est de incarnatione domini nostri Iesu Christi.**

Responsio. **1. Sicuti tradiderunt nobis theologi nostri patres, unigenitus filius Verbumque Dei, una de sancta et consubstantiali adoranda Trinitate persona, intemporaliter, et ineffabiliter ex Deo patre genitus non factus, ante omnia saecula in patris sinu existens et omnia implens, ad naturae nostrae paupertatem accessit, natus postremis temporibus de Spiritu sancto et Maria virgine; comprehensusque qui erat incomprehensibilis in sancto eius utero, processit perfectus homo idem et Deus; humanamque naturam laetificavit, primitias nostri generis assumens, ut salutem nostram operaretur. Idemque est dominus noster Iesus Christus filius Dei viventis, consubstantialis Deo patri secundum divinitatem idemque consubstantialis nobis secundum humanitatem: passibilis carne, impassibilis idem deitate: neque alium Verbum Deum qui miracula patrabat, et alium Christum patientem agnoscimus: nam quartae personae additamentum sancta Trinitas non accepit; apage. Non enim alius erat filius ex Deo patre Verbum, et alius rursus de sancta deipara Maria natus, prout fuit Theodori ac Nestorii insania: sed idem ille ante saecula filius ac Verbum Dei, intemporaliter uti dictum est et sempiterne ex Deo patre genitus, postremis temporibus virginalem uterum subiens, ineffabiliter et invisibiliter, quasi divinum semen, cum propria persona sine ulla corruptela conformavit sibi templum, perfectum hominem adsumens, id est animam atque corpus; non autem hominis partem, quae fuit Apollinaris dementia.**

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Γ'.

Ποίας ὀφείλομεν ἔχειν ἐννοίας εὐσεβεῖς περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως εἴτουν ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ (1).

α'. Καθὼς παρέδωκαν ἡμῖν οἱ θεόσοφοι ἡμῶν πατέρες, ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, τὸ ἓν πρόσωπον τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου καὶ προσκυνητῆς τριάδος, ἀχρόνως τὲ καὶ ἀῤῥήτως ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς οὐ ποιηθεὶς, πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐν τοῖς κόλποις ὢν τοῦ πατρὸς καὶ τὰ πάντα πληρῶν, εἰς τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ἦλθε πτωχείαν, γεννηθεὶς ἐν ὑστέροις καιροῖς ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ χωρηθεὶς ὁ ἀχώρητος ἐν τῇ ἁγίᾳ μήτρᾳ αὐτῆς, προῆλθε τέλειος ἄνθρωπος ὢν καὶ θεὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ἐφαίδρυνε τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν· ἀπαρχὴν εἰληφὼς τοῦ ἡμετέρου γένους, ἵνα οἰκονομήσῃ τὴν ἡμετέραν· καὶ αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὁμοούσιος ὢν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῶν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς σαρκὶ, ἀπαθὴς θεότητι ὁ αὐτός· καὶ οὐκ ἄλλον τὸν θεὸν λόγον τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν Χριστὸν τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα· οὐ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἡ ἁγία τριὰς ἐδέξατο, μὴ γένοιτο· οὐ γὰρ ἕτερος ἦν υἱὸς ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, ἕτερος ἢ πάλιν ὁ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου Μαρίας τεχθεὶς, κατὰ τὴν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου φρενοβλάβειαν, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ προαιώνιος υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ (2), ἀχρόνως ὡς εἴρηται καὶ ἀϊδίως ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐν τῇ παρθενικῇ νηδύϊ εἰσδὺς ἀφράστως καὶ ἀοράτως οἱονεὶ θεῖος σπόρος ἐν τῇ αὐτοῦ ὑποστάσει ἀφθάρτως πλάττει ναὸν ἑαυτῷ, τέλειον ἄνθρωπον λαβὼν, τουτέστι ψυχὴν καὶ σῶμα, καὶ οὐ μέρος ἀνθρώπου κατὰ τὴν ἄνοιαν Ἀπολιναρίου. Ἀπόκρισις.

cod. f. 36. a. col. 1.

(1) In margine inferiore: σημείωσαι ἀκριβῶς τὴν δύναμιν τοῦ κεφαλαίου τούτου ὡς καλλίστη: *animadverte diligenter quam sit egregia huius capituli materia.*

(2) Male quidam interpres, ut legere memini in alio opere: υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ, *filius et sermo Dei.*

Digitized by Google

β΄. Εἴ τι γὰρ ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο ἦλθε καὶ ἀνέλαβεν ὁ μονογενὴς, ἵνα ἐν τελείῳ αὐτοῦ ἀνθρώπῳ τὸ πᾶν τῆς σωτηρίας ἡμῶν κατεργάσηται, μηδὲν τοῦ ἀνθρώπου ἀπολιπὼν, ὅπως μὴ τὸ ἀπολειφθὲν μέρος γένηται τοῦ διαβόλου βρῶμα· καὶ σάρκα μὲν ἔλαβε δι' ἐμὲ τὸν σωματικὸν, ἵνα σωματικῶς λαλήσῃ σωματικῷ ὄντι, οὐ προϋπάρξεως γενομένης ταύτῃ· ἅμα γὰρ σὰρξ, ἅμα τοῦ Θεοῦ λόγου σάρξ, καὶ ὅπως τὸν διάβολον ἀγκιστρεύσῃ διὰ τοῦ ὁμοιοπαθοῦς, περὶ τὴν ἀνθρωπότητα εἰλούμενον· κατεκαυχᾶτο γὰρ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ὁ δείλαιος, δι' ὧν αὐτὴν ἠπάτα καὶ μυρίοις κακοῖς περιέβαλλε· ἔξεις * γάρ φησιν ὁ προφήτης τὸν δράκοντα ἐπ' ἀγκίστρῳ· * ἄγκιστρον δὲ ἦν ἡ θεότης, δέλεαρ τὸ σῶμα· ψυχὴν δὲ ἀνείληφε νοερὰν διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ἵνα τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθάρῃ· καὶ ἔστιν εἷς υἱὸς, εἷς πρὸ τῆς σαρκώσεως ὁ αὐτὸς καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν· καὶ ἔμεινε τριὰς, ἡ τριὰς, καὶ τοῦ ἑνὸς τῆς τριάδος σῶμα λαβόντος ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, Θεὸς τέλειος ὁ αὐτὸς, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός· εἷς γὰρ υἱὸς ἐκ τῶν δύο γεννήσεων ἀναδέδεικται, καὶ τῶν δύο γεννήσεων ὁ εἷς μονογενὴς υἱὸς φέρει τὰ γνωρίσματα, καὶ ἐστιν υἱὸς τῆς πατρικῆς φύσεως καὶ τῆς μητρικῆς φύσεως, ἀδιαιρέτως μείνας ὁ αὐτός· οὐδὲ γὰρ δι' ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς δευτέρας ἐδεήθη γεννήσεως μετὰ τὴν ἐκ Θεοῦ πατρός· ἐπειδὴ δὲ δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον προῆλθεν ἐκ γυναικὸς. ταύτῃ τοι λέγεται γεγεννῆσθαι, οὔτε τῆς θεότητος αὐτοῦ εἶναι λαβούσης ἀρχὴν ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ· ταῦτα γὰρ Φωτεινοῦ καὶ Παύλου τοῦ σαμοσατέως τὰ ῥήματα· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ὁ ἐν ἀρχῇ Θεὸς λόγος, σὰρξ γέγονεν· οὐ τραπεὶς τοῦ εἶναι λόγος, ἀλλὰ προσλαβὼν τὸ γενέσθαι σάρξ· καὶ οὔτε μετεποιήθη εἰς ὅλον ἄνθρωπον τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, ἀλλὰ σάρκα ἐμψυχωμένην

col. 2.

* Ita cod. non ἄξεις.

* Iob. XL. 20.

cod. f. 25. b. col. 1.

2. Nam quidquid erat homo, id veniens Unigenitus adsumpsit, ut in suo perfecto homine, totum salutis nostrae negotium operaretur, nihil hominis proprium omittens; ne pars relicta fieret diaboli pabulum. Et carnem quidem sumpsit, propter me corporalem, ut corporaliter alloqueretur cum qui in corpore est. Neque in hoc fuit praeexistentia aliqua: simul enim fuit caro, et simul Dei Verbi caro: atque ut quasi hamo caperet, per aeque passibile, diabolum qui humanum genus circumambiebat. Gloriabatur enim adversus humanam infirmitatem ille calamitosus, propterea quod illam deceperat, et sexcentis malis irretiverat. Tenebis enim, inquit propheta, draconem hamo: porro erat hamus deitas, esca corpus. Iam et animam adsumpsit intellectu praeditam, propter meam animam, ut simili similem purificaret. Estque unus filius, unus ante incarnationem, idemque etiam post incarnationem: mansitque Trinitas quae erat Trinitas, etiamsi unus de Trinitate corpus sumpsit ex sancta virgine; Deus perfectus idem, et homo perfectus idem. Unus quippe filius ex duabus nativitatibus extitit: duarumque nativitatum unus unigenitus filius gerit manifestationem: filiusque est paternae naturae, et filius simul maternae naturae, inseparabiliter manens idem. Neque enim sui causa unigenitus secunda indiguit nativitate, post illam de Deo patre; sed quia propter nos et propter nostram salutem, adunata sibi secundum hypostasim humanitate, ex muliere prodiit, idcirco genitus dicitur: quin tamen ipsius deitas existentiam habere coeperit in sancta virgine: haec enim sunt Photini et Pauli samosatensis verba. Quippe in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc quod in principio erat Dei Verbum factum est caro, haud equidem ex Verbi natura demutatum, sed assumens ut esset caro: neque transformatum est in totum hominem corpore animaque constantem, sed

carni animatae anima rationali et intellectuali se ipsum uniens secundum hypostasim ineffabiliter et inintelligibiliter factum est homo, filiusque hominis fuit, haud abiecta divinitate et a patre Deo nativitate; sed in carnis etiam assumptione manens id quod fuerat: nimirum Deus suapte natura, factus est quod non erat, id est homo, carne item retinente carnis naturam in sua cum Deo unione.

3. Neque dicendum est, quoniam Virginis conceptus divinae fuit creationis opus, idcirco hominis quidem formam habuisse illum quem nobis peperit Virgo Christum, non tamen corpus de matre revera sumptum: nam proprie vereque ex ipsa sumptum fuit corpus dominicum, matris virginitate inviolata manente: etenim vim genitivam virgini Spiritus sanctus attribuit, carnisque materiam immaculata Virgo suppeditavit concupiscentiae nescia; sapientia videlicet sibi domum aedificante, quo tempore salutatio angeli ad virginem facta est. Nam verba « Dominus tecum » id est nunc Deus tecum est, significant ipsum genitum in eius utero et carnem factum. Non enim primo natus est homo communis ex virgine, deinde ei supervenit Verbum, sicuti Theodorus ac Nestorius vesani blasphemaverunt, sed iam inde ab utero facta unione pertulisse dicitur nativitatem. Quamobrem unus idemque Christus, secundum quidem hypostaseos rationem neque patri neque nobis copulatur; secundum vero naturas, et nobis et patri unus idemque unitur; secundum divinam nempe patri et sancto Spiritui; secundum autem humanam idem cunctis hominibus, excepto peccato: atque ita humanam dispensationem implevit. Quod autem Verbi Dei, id est eius hypostaseos, dicimus esse divinam exinanitionem, sive inhumanationem, ac propterea unus de sancta Trinitate dicitur Christus, areopagita Dionysius testatur. Ait enim theologice de sancta Trinitate loquens: « er-

(1) Confer de divinis nominibus cap. II. 6.

ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν ἀφράστως καὶ ἀπερινοήτως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐχρημάτισεν υἱὸς ἀνθρώπου· οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι θεὸς καὶ ἐκ θεοῦ πατρὸς γεννηθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐν προσλήψει σαρκὸς μεμενηκὼς ὅπερ ἦν· δῆλον δὲ ὅτι θεὸς κατὰ φύσιν, ἐγένετο ὅπερ οὐκ ἦν τουτέστιν ἄνθρωπος, κατὰ φύσιν τῆς σαρκὸς μενάσης σαρκὸς ἐν τῇ πρὸς θεὸν ἑνώσει.

γ'. Καὶ οὐ χρὴ λέγειν ἐπείπερ ἡ σύλληψις τῆς παρθένου θείας ἔργον γεγένηται δημιουργίας, εἶχε μὲν ἀνθρώπου μορφὴν ὁ τεχθεὶς ἡμῖν ἐκ παρθένου Χριστὸς, οὐκ εἶχε δὲ τοῦ μητρῴου σώματος τὴν ἀλήθειαν· κυρίως γὰρ καὶ κατὰ ἀλήθειαν, ἐξ αὐτῆς τὸ κυριακὸν προσελήφθη σῶμα, τῆς παρθενίας τῆς μητρὸς ἀκεραίου μενάσης· τὸ μὲν γὰρ γόνιμον τῇ παρθένῳ, τὸ ἅγιον πνεῦμα παρέσχε· τὴν δὲ τῆς σαρκὸς ὕλην, ἡ ἄχραντος παρθένος ἐχορήγησεν ἐπιθυμίαν ἀγνοήσασα, τῆς σοφίας ἑαυτῇ οἶκον οἰκοδομούσης ἡνίκα γέγονεν ὁ ἀσπασμὸς ἐκ τοῦ ἀγγέλου τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ· τὸ γὰρ, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. δηλοῖ ὅτι νῦν ἐστιν ὁ θεὸς μετὰ σοῦ· σημαίνει γὰρ αὐτὸν γενόμενον ἐν τῇ μήτρᾳ col. 2. καὶ σάρκα γενόμενον· οὐ γὰρ ἄνθρωπος πρῶτον ἐγεννήθη κοινὸς ἐκ τῆς παρθένου· εἶθ' οὕτως πεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος, καθὼς Θεόδωρος καὶ Νεστόριος παραφρονοῦντες βλασφημοῦσιν· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς μήτρας ἑνωθεὶς, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν· διὸ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Χριστὸς, κατὰ μὲν τὸν τῆς ὑποστάσεως λόγον, οὐδὲ τῷ πατρὶ, οὐδὲ ἡμῖν συνάπτεται· κατὰ δὲ τὰς φύσεις, καὶ ἡμῖν καὶ τῷ πατρὶ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς συνάπτεται, κατὰ μὲν τὴν θείαν φύσιν, τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην πᾶσιν ἀνθρώποις χωρὶς ἁμαρτίας ὁ αὐτός· καὶ οὕτω τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν ἐπλήρωσεν· ἔτι δὲ τοῦ θεοῦ λόγου τουτέστι τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ λεγομένην εἶναι τὴν θείαν κένωσιν, εἴτουν ἐνανθρώπησιν, καὶ κατὰ τοῦτο εἷς τῆς ἁγίας τριάδος λέγεται ὁ Χριστὸς, μαρτυρεῖ ὁ ἀρεοπαγίτης Διονύσιος (1)· φησὶ γὰρ θεολογῶν περὶ



Digitized by Google

τῆς ἁγίας τριάδος δηλονότι, φιλάνθρωπον δὲ διαφερόντως ὅτι τοῖς καθ' ἡμᾶς πρὸς ἀλήθειαν ὁλικῶς ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἐκοινώνησεν, ἀνακαλουμένη πρὸς ἑαυτὴν καὶ ἀνατιθεῖσα τὴν ἀνθρωπίνην ἐσχατιὰν, ἐξ ἧς ἀρρήτως ὁ ἁπλοῦς Ἰησοῦς συνετέθη, καὶ παράτασιν εἴληφε χρονικὴν ὁ ἀΐδιος, καὶ εἴσω τῆς καθ' ἡμᾶς ἐγεγόνει φύσεως, ὁ πάσης τῆς κατὰ πᾶσαν φύσιν τάξεως ὑπερουσίως ἐκβεβηκὼς μετὰ τῆς ἀμεταβόλου καὶ ἀσυγχύτου τῶν οἰκείων ἱδρύσεως, καὶ ὅσα ἄλλα θεωρητικὰ φῶτα τοῖς λόγοις ἀκολούθως, ἡ τῶν ἐνθέων ἡμῶν καθηγεμόνων κρυφία παράδοσις ἐκφαντορικῶς ἡμῖν ἐχαρίσατο. cod. f. 38. a. col. I.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Δ'.

Εἰ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνελήφθη, πῶς οὐ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον δοξάζειν ὀφείλομεν ἀλλὰ θεοτόκον;

Ἀπόκρισις. α'. Ἀλλ' οὐ τὸ ἀνθρώπινον τοῦ θεοῦ λόγου Χριστὸς κυρίως λέγεται, ἵνα τοῦτο εἴπωμεν· κατὰ γὰρ τὸν θεολόγον Γρηγόριον (1), Χριστὸς διὰ τὴν θεότητα· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐνεργείᾳ κατὰ τοὺς ἄλλους χριστοὺς ἁγιάζουσα, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος, ἧς ἔργον ἄνθρωπον ἀκοῦσαι τὸ χρῖον, καὶ ποιῆσαι θεὸν τὸ χριόμενον· κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας· ὥστε οὖν οὔτε τὸν ἐκ θεοῦ λόγον ἰδικῶς ὠνόμασε Χριστὸν ὁ θεολόγος, οὔτε πάλιν Χριστὸν ἕτερον τὸν ἐκ γυναικὸς, ἀλλ' ἕνα μόνον οἶδε Χριστὸν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός· ἐπεὶ οὖν ὁ τεχθεὶς ἡμῖν ἐκ παρθένου Χριστὸς, θεὸς καὶ ἄνθρωπος κατὰ φύσιν ὑπάρχει, εἷς ὢν καὶ ὁ αὐτός· διὰ τοῦτο θεοτόκος ἡ παρθένος κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν λέγεται· θεὸς γὰρ ἡμῖν δι' αὐτῆς προῆλθε, διὰ τοῦ ἐξ αὐτῆς ἡμῖν γεννηθέντος· ὁ γὰρ θεὸς λόγος κατὰ φύσιν ἑνωθεὶς τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ διὰ μέσης ψυχῆς νοερᾶς, πάντα τὰ τοῦ

gs homines autem benivola multifariam, quia cunctis nostris per unam de suis personis communicavit, ad se advocans, et apponens infimam humanitatem; ex qua ineffabiliter simplex Iesus compositus est; et temporalem extensionem excepit sempiternus; et intra nostrae naturae modulum factus est, qui omnem universae naturae ordinem sublimiter excedit, cum immutabili et inconfuso proprietatum suarum fundamine. » Et quotquot alia consectanea huic doctrinae theoretica lumina, divorum nostrorum ducum arcana traditio splendide nobis gratificata est.

QUAESTIO IV.

Si humanitas domini et salvatoris nostri adsumpta fuit, cur non christiparam sanctam Virginem existimare debemus sed deiparam?

1. Nequaquam Dei Verbi humanitas appellatur proprie Christus, ut ita dicamus. Responsio. Namque ut ait theologus Gregorius, Christus est propter divinitatem. Haec enim humanitatis unctio est, non operatione, ut in aliis christis, sed totius ungentis praesentis sanctificans. Cuius hic effectus est, ut id, quod ungit, homo vocetur; et, quod ungitur, Deus fiat: commixtis quodammodo sicut naturis ita etiam appellationibus, et invicem intercurrentibus, unitarum naturarum ratione. Quapropter Dei Verbum proprie Christum theologus nominavit, neque item alium Christum eum qui de virgine; sed unum tantummodo novit Christum ex Deo patre Verbum, cum propria carne. Quoniam itaque is quem peperit nobis virgo, Christus Deus et homo naturaliter est, unus idemque, propterea virgo deipara proprie vereque dicitur: nam Deus nobis per ipsam prodiit, quia ex ipsa nobis editus partu est. Etenim Deus Verbum naturaliter carni proprie unitum, mediante anima intellectuali, cuncta quae sunt ho-

(1) Orat. XXX. 19. quae est theologica quarta *de filio*.

minis propria adscivit, atque in se recepit. In hoc enim et ipsius exinanitio consistit. Operatio quippe fuit beatae huius unionis, ut Deus fieret is qui assumptus est, et homo vicissim appellaretur is qui assumpsit. Quoniam itaque homo dominicus vere ex virgine est, sustinuisse nativitatem dicitur Verbum, utpote quod ea quae hominis sunt propria adscivit: nam carnis proprium est nasci: ideoque proprie vereque deipara virgo est non christipara. Nam defugientes divisionis impietatem, unum eundemque persona, si minus natura, dicimus dominum nostrum Iesum Christum, Deum eundem et hominem, consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem: naturalem Dei patris filium secundum divinitatem, et naturalem item matris filium secundum humanitatem: aversantes videlicet eos qui duos filios vel Christos existimant, unum quidem de patre Deo dicentes, alterum vero de virgine; vel denique alio quovis modo dividentes unicum dominum nostrum Iesum Christum, secundum Theodori ac Nestorii vesaniam. Sic autem Christum unum ac dominum confitemur, non quasi hominem cum Verbo simul adorantes, nequa divisionis phantasia irrepat dum dicimus simul, sed tamquam unum eundemque adorantes: etenim non est ab eo alienum corpus, cum quo et ipsum Verbum patri adsidet: non item tamquam duobus considentibus filiis, sed uno secundum suam cum carne propria unionem. Nequaquam enim homo se ipsum pro nobis tradidit, ne fides nostra et spes erga hominem esset: sed ipsum Deus Verbum factum homo, proprium tradidit corpus pro nobis: ac propterea proprie vereque deipara virgo est et dicitur.

ἀνθρώπου ἴδια ᾠκειώσατο, καὶ εἰς ἑαυτὸν κατεδέξατο· ἐν τούτῳ γάρ ἐστιν αὐτοῦ καὶ ἡ κένωσις· ἔργον γὰρ γέγονε τῆς μακαρίας ταύτης ἑνώσεως, τὸ ποιῆσαι θεὸν τὸν ληφθέντα, καὶ ἄνθρωπον κληθῆναι τὸν λαβόντα· [col. 2.] ἐπεὶ οὖν ὁ κυριακὸς ἄνθρωπος κατὰ ἀλήθειαν ἐστὶν ἐκ παρθένου, ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν ὁ λόγος ὡς τὰ τούτου οἰκειούμενος ἴδια· ἴδιον γὰρ σαρκὸς τὸ γεννᾶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν θεοτόκος ἡ παρθένος ὑπάρχει καὶ οὐ χριστοτόκος· φεύγοντες γὰρ τὴν τῆς διαιρέσεως ἀσέβειαν. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τῇ ὑποστάσει, εἰ καὶ μὴ τῇ φύσει, φαμὲν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· φύσει τὸν θεοῦ καὶ πατρὸς υἱὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ φύσει τῆς μητρὸς υἱὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἀποστρεφόμενοι τοὺς, δύο υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δοξάζοντας, ἕτερον μὲν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς εἶναι λέγοντας, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῆς παρθένου· ἢ ὁπωσοῦν διαιροῦντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, κατὰ τὴν Θεοδώρου καὶ Νεστορίου φρενοβλάβειαν· οὕτω δὲ Χριστὸν ἕνα καὶ κύριον ὁμολογοῦμεν, οὐχ' ὡς ἄνθρωπον συμπροσκυνοῦντες τῷ λόγῳ, ἵνα μὴ τομῆς φαντασία παρεισκρίνεται διὰ τοῦ λέγειν τὸ σὺν, ἀλλ' ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν προσκυνοῦντες· οὔτε γὰρ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ σῶμα, μεθ' οὗ καὶ αὐτὸς συνεδρεύει τῷ πατρὶ, οὐχ' ὡς δύο πάλιν συνεδρευόντων υἱῶν, ἀλλ' ὡς ἑνὸς καθ' ἕνωσιν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκός· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν δέδωκεν, ἵνα μὴ ἡ πίστις ἡμῶν καὶ ἡ ἐλπὶς εἰς ἄνθρωπον ᾖ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεὸς λόγος γενόμενος ἄνθρωπος τὸ ἴδιον σῶμα δέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ διὰ τοῦτο κυρίως [cod. f. 36 b. col. 1.] καὶ κατ' ἀλήθειαν θεοτόκος ἡ παρθένος ὑπάρχει τε καὶ λέγεται.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ε'.

Πῶς ἐκ δύο φύσεων τὸν Χριστὸν λέγομεν; ὁ γὰρ θεὸς λόγος μόνος προϋπῆρχε τῆς κατὰ σάρκα οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἀπόκρισις. α΄. Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀῤῥήτως τε καὶ ἀϊδίως ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γεννηθεὶς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐστὶ, τῆς αὐτῆς φύσεως ὢν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ἣν ἀνέλαβεν οὐσίαν, οὐχ' ὑποτίθεται ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος προδιαπεπλάσθαι τῆς ὑπερφυοῦς καὶ ἀδιαιρέτου ἑνώσεως· εἴ τις γὰρ διαπεπλάσθαι φησὶν ὁ θεολόγος τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι λέγει θεὸν, κατάκριτος· οὐ γέννησις γὰρ θεοῦ ἐστι τοῦτο, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως· τοῦ οὖν φρενοβλαβοῦς Θεοδώρου καὶ Νεστορίου εἰσὶ τὰ τοιαῦτα τερατεύματα, δύο υἱοὺς καὶ δύο πρόσωπα δοξάζειν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· οὐκ ἀνάγκη δὲ ἐπὶ τῶν συνθέτων πάντα τὰ μέρη, ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις, προϋφεστηκέναι καθ' ἑαυτὰ τῆς συνθέσεως τοῦ ἀποτελέσματος· ἰδοὺ γὰρ τὰ σώματα σύγκεινται ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, κατὰ τὸ πρῶτον αὐτῶν ὑποκείμενον, καὶ οὐδέτερον αὐτῶν καθ' ἑαυτὸ τῆς γεννήσεως αὐτῶν προϋπέστη, ἐν μόνῃ δὲ θεωρίᾳ εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκεν εἰς ταῦτα ὡς πρὸς οἰκείας ἀρχὰς αὐτῶν ἀνατρέχει· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῇδε κόσμος σύγκειται ἐκ τεσσάρων στοιχείων, καὶ οὐκ ἔχομεν λέγειν ὅτι προῆσαν
col. 2. ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ' ἑαυτὰ τῇ ἐνεργείᾳ τῆς τούτου παραγωγῆς· μόνῃ γὰρ ἐν τῇ μίξει αὐτῶν γνωρίζονται· οὐκ ἐδεήθη γὰρ ὁ δημιουργὸς πρῶτον ταῦτα ὑποστῆσαι, ἵνα οὕτω δίκην τινὸς χειροτέχνου ἐξ αὐτῶν τὸν κόσμον παραγάγῃ, ὡς ἀπὸ ὕλης καὶ ὀργάνου· νεύματι γὰρ τὰ πάντα ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγε· μόνον γὰρ ἠθέλησε, καὶ τὸ ἔργον παρηκολούθησεν αὐτά· ἀνενδεὴς γάρ ἐστι κατὰ πάντα καὶ δυνάστης· οὐδὲ γὰρ δεῖται χρόνου πρὸς τελείωσιν τῶν ἑαυτοῦ ἔργων ὁ θεός.

β΄. Καὶ ὁ ἄνθρωπος σύνθετόν ἐστι πρᾶγμα, ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος

QUAESTIO V.

Cur ex duabus naturis Christum dicimus? nam Deus Verbum solum extitit ante domini nostri et salvatoris Iesu Christi incarnationem.

1. Unigenitus filius Verbumque Dei ineffabiliter et sempiterne ex Deo patre genitus ante omnia saecula fuit, eiusdem naturae cum patre et sancto spiritu. Humanam vero quam adsumpsit substantiam, non tradit religiosa recta doctrina formatam fuisse ante supernaturalem et inseparabilem unionem. « Siquis enim, inquit theologus, formatum fuisse ait hominem, et deinde ei subintrasse Deum, maledictus sit. Haud quippe Dei generatio haec est sed generationis negatio. Sunt ergo haec vesani Theodori ac Nestorii portenta, duos filios duasque personas existimare in Christi mysterio. Nec vero necesse est in compositionibus partes omnes, ex quibus fit compositio, per se praeextitisse unamquamque compositioni rei effectae. Ecce enim corpora componuntur ex materia et forma, in primigenio illorum subiecto: et tamen illorum neutrum per se ante genituram ipsorum existebat: sola autem mentis nostrae contemplatione, in ea unde confiunt, tamquam ad propria principia recurrunt. Hic pariter mundus ex quatuor confit elementis, neque tamen dicere possumus ea praecessisse propria subsistentia et per se et operativa virtute ante quam ille crearetur: etenim in sola ipsorum commixtione agnoscuntur. Namque haec creator ante creare non eguit, ut sic artificis instar ex ipsis mundum produceret, tamquam ex materia et instrumento: nutu potius omnia ex nihilo eduxit. Tantum voluit, et opera subsecuta est: nullius quippe indigus per omnia dynasta est: neque tempus requirit ad suorum operum efficientiam Deus. Responsio.

2. Homo compositum quoddam est ex anima intellectuali et corpore constans: ac

ne huius quidem cuncta membra comperimus propria hypostasi per se praeexistentia ante partium hominis compositionem: nam neque corpus praeexistit per se et per effectum, nisi in potentia: etenim sperma et menstrua praeexistunt corpori humano in potentia, non tamen adhuc effectu, ad quem ab aliquo possunt adduci. Alioqui vero, si partes sunt ad aliquid, nam universi alicuius et absoluti dicuntur partes, et totum dicitur partium universitas, quia partium complementum est; in quibus totum spectatur ut totum: haec autem considerantur invicem et coëxistunt: ergò partes, quatenus partes, non praeexistunt totius compositioni, si quis rem curiose scrutetur. Haud igitur, etiamsi dominum nostrum Iesum Christum ex duabus naturis dicunt patres, haud inquam necesse est anteriorem formationem ipsius hominis existimare, ne in Pauli ac Nestorii impietatem incidant, dum duos filios et duo individua in uno domino nostro Iesu Christo supponunt: sed naturis in unione incolumibus et inconfusis et indivisis sic censemus. Namque unio non fuit confusio; quamobrem et conservantur post unionem illa ex quibus fit unio; differentiam non in partium divisione agnoscendo, ut aiunt patres, sed in compositionis ratione, tamquam subtili consideratione spectando. Simultaneam enim humanitatis existentiae censemus Verbi unionem. Atque ut accuratius huius rei doctrina exponatur, sciendum est, quod cum dicimus ex duabus naturis unum Christum, intelligi volumus substantiales solasque differentias, deitatis inquam, et Christi eiusdem humanitatis, ex quibus salutaris constructio confecta est magni Dei ac salvatoris nostri Iesu Christi: dum eius oeconomia et uniformis hypostasis, aliter quidem significat physicam naturarum in eo concurrentium inconvertibilem et inconfusam differentiam; aliter autem demonstrat unam et individuam et inseparabilem personae unius

συνεστῶς, καὶ τούτου οὐχ' ὅλα τὰ μέρη εὑρίσκομεν, ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ' ἑαυτὰ προϋπάρχοντα τῆς τῶν μερῶν τούτου συνθέσεως, οὔτε γὰρ τὸ σῶμα προϋπάρχει καθ' ἑαυτὸ καὶ κατ' ἐνέργειαν εἰ μή τοι γε δυνάμει· τὸ γὰρ σπέρμα καὶ καταμήνιον προϋφέστηκε, δυνάμει ὂν σῶμα ἀνθρώπινον, οὐ μέν τοι γε καὶ κατ' ἐνέργειαν, δύναται δὲ ἀχθῆναι εἰς ἐνέργειαν ὑπό τινος· ἄλλως τε δὲ εἰ τὰ μέρη τῶν πρός τι εἰσὶν, ὅλου γὰρ τινὸς καὶ παντὸς λέγεται ὅλον, συμπληρωτικὸν ὑπάρχον τῶν μερῶν, ἐν οἷς τὸ ὅλον θεωρεῖται ὡς ὅλον· ταῦτα δὲ συνεπινοοῦνται ἀλλήλοις καὶ συνυπάρχουσιν, οὐκ ἄρα τὰ μέρη ὡς μέρη προϋπάρχουσι τῆς συνθέσεως τοῦ ὅλου, ἐάν τις πολυπραγμονήσῃ· οὐκοῦν εἰ καὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων λέγουσιν οἱ πατέρες, οὐκ ἀνάγκη προδιάπλασιν ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου αὐτοῦ δοξάζειν, ἵνα μὴ εἰς τὸ Παύλου καὶ Νεστορίου ἐμπέσωσιν ἀσέβημα, cod. f. 37. a. col. 1.
δύο υἱοὺς καὶ δύο ἄτομα ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποτιθέμενοι, ἀλλ' ὡς τούτων σωζομένων ἐν τῇ ἑνώσει, καὶ ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως τοῦτο δοξάζομεν· οὐκ ἐγένετο γὰρ σύγχυσις ἡ ἕνωσις, διὸ καὶ σώζεται μετὰ τὴν ἕνωσιν τὰ ἐξ ὧν ἡ ἕνωσις, τῆς διαφορᾶς οὐ κατὰ τὴν ἀνὰ μέρος διαίρεσιν γνωριζομένης, καθὼς εἶπον οἱ πατέρες, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς συνθέσεως λόγοις ὡς ἐν ἰσχναῖς ἐννοίαις θεωρουμένης· σύνδρομον γὰρ τῇ ὑπάρξει τῆς ἀνθρωπότητος, τοῦ λόγου ἴσμεν τὴν ἕνωσιν· καὶ ἵνα ἀκριβέστερον ὁ περὶ τούτου λόγος σαφηνωθῇ, δεῖ γινώσκειν ὅτι τὸ ἐκ δύο φύσεων λέγειν τὸν ἕνα Χριστὸν, ὑποβάλλει νοεῖν τὰς οὐσιώδεις καὶ μόνας διαφορὰς, τῆς θεότητος φημὶ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνθρωπότητος, ἐξ ὧν τὸ σωτήριον ἀποτέλεσμα γέγονε τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς κατ' αὐτὸν οἰκονομίας καὶ ἑνοειδοῦς ὑποστάσεως, ἑτέρως μὲν σημαινούσης τὴν φυσικὴν τῶν ἐπ' αὐτῷ συνδεδραμηκότων φύσεων ἄτρεπτον καὶ ἀσύγχυτον διαφορὰν, ἑτέρως δὲ παριστώσης τὴν μίαν καὶ ἄτομον καὶ ἀδιαίρετον τῆς ἑνὸς προσώπου ὑπόστασιν σύν-

θετον· καὶ διὰ τοῦτο περὶ μὲν τὸν αὐτὸν, ὁρᾶται κατὰ φύσιν καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις· ἄλλῃ τε καὶ ἄλλῃ ἐννοίᾳ φυσικῶς τε καὶ ὑποστατικῶς ὁ λόγος τῷ οἰκείῳ ἡνώθη προσλήμματι.

### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ϛ'.

Εἰ ἡ ἕνωσις τὰ συνελθόντα μέρη πρὸς τὴν τοῦ ὅλου σύνθεσιν, ἓν ἀποτελεῖ καὶ
col. 2. οὐ δύο, ἐπεὶ οὐκ ἕνωσις κυρίως λέγεται, πῶς δύο φύσεις μετὰ τὴν κατ' οὐσίαν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ; δοκεῖ γὰρ ἡ τοιαύτη ὁμολογία, διαιρετικὴ εἶναι τῶν ὑπὸ τῆς ἑνώσεως συνημμένων· τί δὲ δηλοῖ καὶ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις.

Ἀπόκρισις. α'. Ἀληθὴς ὁ λόγος· κἂν γὰρ ἡ ἕνωσις τὰ συνημμένα πρὸς σύνθεσιν τινὸς ἀποτελέσματος ἓν ἀπεργάζεται, ἀλλ' οὐ πάντως κατὰ φύσιν· ἰδοὺ γὰρ ἄνθρωπος σύνθετόν ἐστι πρᾶγμα· ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστὼς, κατ' οὐσίαν τούτων ἑνωθέντων, καὶ οὐχ' ἓν ἐστι τῇ φύσει· οὐδὲ γὰρ ταὐτὸν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι κατ' οὐσίαν· τοῦτο γὰρ ὁ ἄνθρωπος, ψυχὴ λογικὴ σώματι ὀργανικῶς συνημμένῳ κεχρημένη· ὡσαύτως καὶ ὁ κόσμος, σύνθετόν ἐστιν ἐξ ἑτερογενῶν συγκείμενον, ἀλλ' οὐχ' ἓν ἐστι τῇ φύσει· καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν οὖν ὑπόστασις σύνθετος οὖσα, οὐχ' ἓν ἐστι τῇ φύσει· ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος (1)· εἰ γὰρ καὶ τὰ συναμφότερα ἓν οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ· οἱ γὰρ ἅγιοι πατέρες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ μονογενοῦς θεοῦ λόγου, ἐδίδαξαν ἡμᾶς δύο φύσεις ὁμολογεῖν ἐν αὐτῷ, ἀσυγχύτους τὰς φύσεις διατηρήσαντες ἐξ ὧν καὶ συνετέθη· καὶ γὰρ ἦν ὄντως κατὰ ταὐτὸν ἀμφότερα, ἄνθρωπος μὲν ὢν φύσει καὶ ὁρώμενος ἀληθῶς, θεὸς δὲ ὁ αὐτὸς φύσει καὶ ὤν, καὶ ἀληθῶς ἐκ τῶν θαυμάτων γινωσκόμενος καὶ φανερούμενος· εἰ οὖν καὶ πρὸ τῆς ἑνώσεως μία ἡ τοῦ θεοῦ λόγου φύσις, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν

(1) Orat. XXXVII, 2.

compositam hypostasim. Ac propterea in eodem conspicitur naturalis et hypostatica unio: et alio atque alio sensu naturaliter et hypostatice Verbum proprio unitum est adsumpto.

### QUAESTIO VI.

Si unio concurrentes partes ad totius compositionem, unum efficit non duos; quoniam haud proprie unio dicitur; quomodo duae sunt naturae post substantialem unionem in domino nostro ac salvatore Iesu Christo? Videtur enim professio haec divisionem facere naturarum sub unione coniunctarum. Quid vero significat etiam unio hypostatica?

1. Verax sermo est; etsi enim unio co- Responsio
pulata ob alicuius rei efficiendae compositionem, unum quid producit, non tamen omnino secundum naturam. Ecce enim homo composita res est, anima et corpore constans, substantialiter his unitis, neque tamen unica natura est: neque enim eadem substantia est animae et corporis. Homo enim definitur: anima rationalis corpore organice sibi unito utens. Sic etiam mundus, compositio est ex heterogeneis compacta, neque unica constat natura. Igitur Christi quoque hypostasis cum sit composita, non unicam naturam habet. Namque ut ait theologus Gregorius, quamquam ambo faciunt unum, non tamen natura, sed coniunctione. Quippe sancti patres atque doctores ecclesiae post unigeniti Dei Verbi inhumanationem docuerunt nos duas in illo confiteri naturas, his tamen inconfusis servatis ex quibus constat: nam reapse in eodem ambae; homo nempe natura et vere spectabilis; Deus autem idem natura, vereque ex prodigiis agnitus et manifestatus. Si ergo tum ante unionem una Dei Verbi natura fuit, itemque post inhumanationem una Christi natura, cuiusnam demum hanc esse censemus? Num deitatis? Et quomodo

homo natura Emmanuhel factus est per omnia nobis similis absque peccato? Sin potius ea humanitatis natura est, quomodo natura Deus Christus? Iam si forte heterogeneum aliquid praeter concurrentes naturas confectum est, sicut Apollinaris blasphemat, confusioque et cinnus contigit naturarum, vel terrena natura in divinam conversa, vel divina in humanam transformata; si tamen alioqui nos inconfuse unita agnoscimus quae ad Christi hypostasim concnrrerunt, et ex duabus naturis Christum credimus; qui fieri potest, ut duo inconfusa, tum in unione tum post illam, duo esse non agnoscamus et confiteamur? Rursusque, si physicas divinae naturae itemque humanae proprietates post unionem fatemur, ex quibus differentiam quoque concurrentium agnoscimus naturarum; nam Christus corpore circumscriptus est, incircumscriptus autem divinitate; idemque creatus et increatus, factus et non factus; cur non duas naturas credere debemus? quoniam duae etiam harnm sunt physicae proprietates: etenim proprietates, aliquorum denique sunt proprietates.

2. Age vero has duas naturas non divisas vel in duplici hypostasi contemplamur, sicuti Nestorii adseclae perverse nituntur opinari; sed in una hypostasi, et in uno solitario individuo, natura utraque cum naturali sua proprietate a nobis intellecta, atque ita manente etiam in unione. Tenent enim unaquaeque proprie apprimeque proprietates suas, deinde et alterius propter substantialem unionem. Quomodo autem unigeniti filii ac Verbi Dei dicimus factam exinanitionem? Num in ipsius natura, an in aliena? Sed si in propria natura, mansit idem simplex et incompositus, nihil adsumens. Tum vero quomodo factus est homo? Quod si in alia, id est in terrena prout ait evangelista, Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, quid ni hanc confitemur conservatam esse inconversam etiam post unionem? Rursus-

μία τοῦ Χριστοῦ φύσις, τίνος δοξάζομεν ταύτην; τῆς θεότητος; καὶ πῶς ἄνθρωπος φύσει ὁ Ἐμμανουὴλ γέγονε κατὰ πάντα ὅμοιος ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας; εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, πῶς φύσει θεὸς ὁ Χριστός· εἰ δὲ ἑτεροφυές τι παρὰ τὰς συνελθούσας φύσεις ἀπετελέσθη, καθὼς Ἀπολινάριος βλασφημεῖ, σύγχυσίς τε καὶ φυρμὸς γέγονε τῶν φύσεων, ἢ τῆς χοϊκῆς φύσεως εἰς τὴν θεϊκὴν τραπείσης, ἢ τῆς θεϊκῆς εἰς τὴν χοϊκὴν μεταποιηθείσης, ἄλλως τε δὲ εἰ ἀσύγχυτα ἐν τῇ ἑνώσει τὰ συνελθόντα ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν ὑποστάσει γινώσκομεν, ἐκ δύο δὲ φύσεων τὸν Χριστὸν δοξάζομεν, πῶς τὰ μὴ συγχυθέντα δύο ἐν τῇ ἑνώσει καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν οὐ δύο γνωρίζομεν καὶ καθομολογοῦμεν; καὶ πάλιν εἰ τὰς φυσικὰς ἰδιότητας τῆς θείας φύσεως καὶ τῆς ἀνθρώπινης ὁμολογοῦμεν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐξ ὧν καὶ τὴν διαφορὰν τῶν συνελθόντων γινώσκομεν φύσεων, καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς περιγραπτὸς μέν ἐστι κατὰ τὸ σῶμα, ἀπερίγραπτος δὲ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ κτιστὸς, καὶ ἄκτιστος, καὶ γεννητὸς, καὶ ἀγέννητος, πῶς οὐ δύο φύσεις δοξάζειν ὀφείλομεν; ἐπειδὴ δύο καὶ τούτων φυσικαὶ ἰδιότητες· αἱ γὰρ ἰδιότητες, τινῶν εἰσιν ἰδιότητες. cod. f. 28. a. col. 1.

β'. Ταύτας δὲ τὰς δύο φύσεις, οὐκ ἐν διαιρέσει, ἢ ἐν ὑποστάσει διττῇ θεωροῦμεν, καθὼς οἱ ἀπὸ Νεστορίου διαστρόφως ἐκβιάζονται νοεῖν, ἀλλ' ἐν μιᾷ ὑποστάσει καὶ ἐν ἑνὶ ἀτόμῳ μοναδικῷ, ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρας νοουμένης καὶ μενούσης ἐν τῇ ἑνώσει· ἐπιλέγονται γὰρ ἑκάστη κυρίως καὶ πρώτως τὰ ἑαυτῆς· δευτέρως δὲ, καὶ τὰ τῆς ἑτέρας διὰ τὴν κατ' οὐσίαν ἕνωσιν· πῶς δὲ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ λόγου τοῦ θεοῦ λέγομεν τὴν κένωσιν γεγονέναι; ἆρα ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει, ἢ ἐν ἑτέρᾳ; ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἔμεινεν ὁ αὐτὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος μηδὲν προσλαβών· καὶ πῶς γέγονεν ἄνθρωπος; εἰ δὲ ἐν ἑτέρᾳ, τουτέστιν ἐν τῇ χοϊκῇ κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, πῶς οὐ ταύτην καθομολογοῦμεν ἄτρεπτον φυλαχθεῖσαν καὶ μετὰ τὴν ἕνω- col. 2.

σιν; καὶ πάλιν εἰ αἱ δύο φύσεις καθ' ὑπόστασιν ἑνωθεῖσαι καὶ ἀσύγχυτοι μείνασαι, μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν κατὰ τοὺς τῆς ἐναντίας μοίρας, τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ἡ σύγχυσις τῶν συνελθόντων οἶδε ποιεῖν, τίς ἡ διαφορὰ συγχύσεως καὶ ἀσυγχύτου (1); εἰ γὰρ ἀσύγχυτα ἐν τῇ ἑνώσει τὰ συνελθόντα, ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν ὑποστάσει γινώσκομεν, ἐκ δύο δὲ φύσεων τὸν Χριστὸν δοξάζομεν, πῶς τὰ μὴ συγχυθέντα δύο ἐν τῇ ἑνώσει, οὐ δύο γνωρίζομεν καὶ καθομολογοῦμεν; θαυμάζω δὲ τοὺς Ἀκεφάλους, ὅτι μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην μεθ' ἡμῶν καθομολογοῦντες, ἀρνοῦνται τῶν δύο φύσεων τὴν ἀλήθειαν· ἡ γὰρ θεοφόρος σὰρξ, ἡ ἐνούσιός ἐστιν ἤτοι ἔχει φύσιν, ἢ φύσεώς ἐστιν ἄμοιρος· ἀλλ' εἰ μὲν ἔχει, διὰ τί καὶ μὴ συναριθμεῖται; εἰ δὲ οὐκ ἔχει, τί ἐστι δειξάτωσαν ὡς καθήκει καὶ μετὰ χάριτος δεχόμεθα.

γ'. Καὶ πάλιν ὁ Χριστὸς καὶ ἡμῖν ὁμοούσιός ἐστι καὶ τῷ πατρὶ, καὶ οὔτε καθὸ ἡμῖν [cod. f. 38. b. col. 1.] ἐστιν ὁμοούσιος, ὁμοούσιος ἐστὶ καὶ τῷ πατρί· οὔτε πάλιν καθὸ τούτῳ ὁμοούσιος ὑπάρχει, ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἡμῖν· καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, πῶς οὐ δύο φύσεις εὐσεβῶς καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν δοξάζειν ὀφείλομεν; ἐπὶ γὰρ μιᾶς φύσεως, ἀδύνατον τοῦτο γενέσθαι· ἐπεὶ εὑρεθήσεται ἡ σὰρξ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ὁμοούσιος· τῆς Χριστοῦ προσηγορίας, οὐ φύσιν σύνθετον ἀλλ' ὑπόστασιν σημαινούσης· διὰ οὖν ταῦτα πάντα, δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν δεῖ καθομολογεῖν εὐσεβῶς· ἡ γὰρ ἕνωσις τὰς δύο φύσεις ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ Χριστὸς, ἓν ἀπετέλεσε κατὰ τὸ ἄτομον καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὡς ἤδη λέλεκται· οὔτε γὰρ φυρμὸς, οὔτε σύγχυσις τῶν φύσεων γέγονε· τὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας θεῖον καὶ φρικτὸν μυστήριον, τὰς δύο φύσεις ἥνωσεν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ περὶ αὐτὴν αὗται θεωροῦνται· καὶ ἔστιν ὁ αὐτὸς Θεὸς ἅμα καὶ ἄνθρωπος· καὶ ταῦτα μὲν διὰ τὸ παρα-

que, si duae naturae secundum hypostasim copulatae, et inconfusae manentes, unam effecerunt naturam, ut pars adversaria dicit; id autem ipsum confusio quoque concurrentium facere solet, quaenam superest differentia confusionis ab inconfuso? Si enim inconfusa esse in unione ea quae concurrunt, in Christi hypostasi agnoscimus; et ex duabus naturis Christum credimus; quomodo duo inconfusa in unione, haud duo esse agnoscimus et confitemur? Porro miror Acephalos, quod unam naturam Dei Verbi incarnatam nobiscum confitentes, negant nihilominus duarum naturarum veritatem. Nam theophora caro, vel est substantialis idest naturam habet; vel naturae est expers. Quod si habet, cur non etiam connumeratur? Sin naturam non habet, demonstrent quid ea demum sit, prout decet, nósque id grato cum animo excipiemus.

3. Praeterea Christus et nobis consubstantialis est et patri; nec quomodo consubstantialis est nobis, ita et patri; vicissimque non quomodo consubstantialis est patri, ita et nobis. Quod si ita se habet, cur duas naturas etiam post unionem religiose credere non debemus? Namque in unica natura hoc fieri nequit; alioqui comperietur caro Deo patri consubstantialis, quoniam Christi appellatio non naturam compositam sed hypostasim denotat. Horum omnium causa, duas naturas etiam post unionem religiose confiteri oportet. Namque unio duas naturas, ex quibus Christus consistit, unum effecit secundum individuum et secundum hypostasim, ut iam dictum est. Nam neque cinnus neque confusio naturarum contigit: etenim divinum tremendumque incarnationis mysterium duas naturas univit in una hypostasi, et in hac illac spectantur, estque idem Deus simul et homo: ita autem quatenus exhibet

(1) Reapse orientales semieutychiani fatentur diserte nullam factam esse confusionem aut mutationem deitatis et humanitatis, et tamen dicunt unam naturam. Atqui haec ipsa confusio est quam nos dicimus, scilicet ex duabus una natura. Ludificantur itaque verbis.

substantialem naturarum differentiam inconversam et divisionis immunem etiam post unionem.

4. Quod vero haud haec naturarum confessio, ut existimant Eutychiani, divisionem invehat in divinam oeconomiam, quia numerus dividere soleat, hinc fiet manifestum. Numerus quantitatis est proprius, huius tamen non continuatae sed divisae. Hic vero non habet sibi subiectas individuas monadas, quae eum conficiant: namque ut aiunt huius doctrinae periti, numerus est ex monadibus composita multitudo. Si ergo monades ipsum constituunt; neque est quicquam praeter has, nam ut totum in partibus consideratur; sequitur ut his extinctis, ille quoque simul extinguatur, id est nullum habeat subiectum: quod si non habet, haud profecto natura eius per se ipsa dividit aut coniungit. Verumtamen si utrumque recipit, ut patrum quidam dixit, id fit in partium compositione et copula; quod sane agnoscere licet ex denario numero. Nam si monadas eius spectabimus in se ex quibus confit, in has dividitur, id est in quinque et quinque. Nam quinque et quinque copulata, decem efficiunt. Idem quoque et in omni numero intelligimus. Neque hinc tantum patet, naturam numeri neque dividere neque coniungere, sed ex hac etiam consideratione. Sit in conspectu lignum continuum quinque puta cubitorum; si hoc quinquicubitale appellaverimus post factam dimensionem, num ideo divisimus, numero pronunciato, ligni continuitatem? Vel si decem modios dixerimus talis speciei, num ipsos antea divisos, in unum cumulum idcirco collegimus? Nequaquam. Quamobrem numeri natura per se neque dividit neque coniungit: neque enim diversa est a monadibus ex quibus consistit; frustraque calumniatores recusantes orthodoxam et inconfusam duarum naturarum confessionem in uno vereque domino et Deo ac salvatore nostro Iesu Christo, veritatem-

στῆσαι τὴν οὐσιώδη τῶν φύσεων διαφορὰν ἄτρεπτον καὶ ἀδιαίρετον φυλαχθεῖσαν καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν.

δ΄. Ὅτι δὲ οὐκ αὕτη ἡ τῶν φύσεων ὁμολογία, καθὼς νοοῦσιν οἱ ἀπὸ Εὐτυχοῦς, διαίρεσιν εἰσάγει τῇ θείᾳ οἰκονομίᾳ, τοῦ ἀριθμοῦ διαιρεῖν πεφυκότος, δῆλον ἐντεῦθεν· ὁ ἀριθμὸς τοῦ ποσοῦ ἐστι, καὶ τούτου οὐ τοῦ συνεχοῦς ἀλλὰ τοῦ διῃρημένου· οὗτος δὲ οὐκ ἔχει ὑποκείμενα πράγματα, ἀλλὰ μονομερεῖς τὰς μονάδας, συνιστώσας αὐτόν· ὡς γὰρ φασὶν οἱ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ, ἀριθμός ἐστι τὸ ἐκ μονάδων συγκείμενον πλῆθος· εἰ οὖν αἱ μονάδες αὐτὸν συνιστῶσι, καὶ οὐκ ἔστι τί παρὰ ταύτας, ὡς ὅλον γὰρ ἐν μέρεσι θεωρεῖται, ὅθεν καὶ ἀναιρουμένων αὐτῶν καὶ αὐτὸς συναναιρεῖται αὐτοῖς, δῆλον ὅτι οὐκ ἔχει τί ὑποκείμενον· εἰ δὲ μὴ ἔχοι, οὐκ ἄρα ἡ φύσις αὐτοῦ καθ᾽ ἑαυτὴν οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει· ἀλλ᾽ εἰ ἄρα, ἀμφότερα δέχεται, καθὼς τίς τῶν πατέρων εἶπεν, ἐν τῇ τῶν μερῶν συνθέσει τε καὶ διαζεύξει, ὅπερ ἔνεστιν ἰδεῖν ἐπὶ τοῦ δέκα ἀριθμοῦ· εἰ μὲν γὰρ τὰς μονάδας αὐτοῦ θεωρήσωμεν καθ᾽ ἑαυτὰς ἐξ ὧν καὶ συνέστηκεν, εἰς ταῦτα διαιρεῖται, τουτέστιν εἰς τὰ πέντε καὶ πέντε· εἰ δὲ πρὸς τὴν μονάδα αὐτῶν ἀποβλέψομεν, ἐξ αὐτῶν συνάπτεται· τὰ γὰρ πέντε καὶ πέντε συναφθέντα, τὸ δέκα συντίθησι· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ παντὸς ἀριθμοῦ νοοῦμεν· οὐ μόνον δὲ ἐκ τούτου δῆλον ἐστὶν ὅτι ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει, ἀλλὰ καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν, πρόκειται ξύλον συνεχὲς εἰ τύχοι πέντε πήχεων, ἐὰν ἀποκαλέσωμεν αὐτὸ πεντάπηχυ τοῦτο καταμετρήσαντες, παρὰ τοῦτο συνδιείλαμεν τῇ προφορᾷ τοῦ ἀριθμοῦ, τὴν ἐν τῷ ξύλῳ συνέχειαν; ἢ δέκα μοδίους εἰπόντες τοῦδε τοῦ εἴδους, συνήψαμεν αὐτοὺς ἐν διαιρέσει τυγχάνοντας, εἰς μίαν συνέχειαν; οὐδαμῶς· ὥστε οὖν ἡ φύσις τοῦ ἀριθμοῦ καθ᾽ ἑαυτὴν οὔτε διαιρεῖ οὔτε συνάπτει, οὐδὲ γὰρ ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὰς μονάδας ἐξ ὧν συνέστηκε, καὶ μάτην οἱ κατήγοροι παραιτούμενοι τὴν εὐσεβῆ καὶ ἀσύγχυτον τῶν δύο φύσεων ὁμολογίαν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου καὶ ἀληθῶς κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν

col.

cod. f. 38 b. col. 1.

Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν μεθ' ἡμῶν ἐπιγνῶναι κἂν ὀψέ ποτε, προφάσεις εὑρίσκουσι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας· τῇ γὰρ ἐπινοίᾳ καὶ μόνῃ ἐκ τῶν ἰδιοτήτων τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων ἐπιγινώσκομεν· οὐδὲ γὰρ ὡς ἀριθμητὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦμεν ὡς ἓν καὶ ἓν (1), ἀλλὰ τὸ ἑτεροφυὲς τῶν συνελθόντων καθομολογοῦμεν διὰ τῆς τοιαύτης φύσεως.

ε'. Κατὰ γὰρ τοὺς πατέρας ὁ ἀριθμὸς φύσεσιν ἐπιφημιζόμενος, οὐ δηλοῖ προηγουμένως καὶ κατὰ πρῶτον λόγον τὸ ποσὸν αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὰς φύσεις παρηλλαγμένον παρίστησιν· ἐὰν γὰρ εἴπωμεν ἀνθρώπου καὶ βοὸς καὶ ἵππου τρεῖς φύσεις εἶναι, οὐ τὸ ποσὸν αὐτῶν προηγουμένως σημαίνομεν, ἀλλὰ τὸ κατὰ τὸ εἶδος παρηλλαγμένον παριστῶμεν· τρεῖς δὲ ἀνθρώπους λέγοντες, Παῦλον εἰ τύχοι καὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην, τὸ διῃρημένον αὐτῶν κατὰ τὸ ποσὸν σημαίνομεν· οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς δύο φύσεις δοξάζομεν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ ἡμῶν Θεοῦ, οὐχ' ἵνα ἀριθμητὰ πράγματα καθομολογήσωμεν, ἀλλ' ὅπως τὸ ἑτεροφυὲς τῶν συνελθόντων παραστήσωμεν· τῇ μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ τὰς φύσεις εἶναι πιστεύομεν ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἰδιότητι καὶ ἑνώσει σωζομένας ἀσυγχύτους· διὰ δὲ τὴν οὐσιώδη σύγκρασίν τε καὶ ἕνωσιν αὐτῶν, τὴν τούτων διαίρεσιν κατ' ἐπίνοιαν col. 2. λέγομεν, τὰ μὴ διῃρημένα τοῖς πράγμασιν, ὡς διῃρημένα τῷ λόγῳ ὑποτιθέμενοι· οὐκοῦν ὁ ἀριθμὸς τῶν φύσεων ἐπὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ παραλαμβανόμενος προσώπου, τὸ μὲν διάφορον τῶν εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωθέντων παρίστησι, πραγματικὴν δὲ οὐκ εἰσάγει τομὴν ἢ διαίρεσιν· οὔτε γὰρ ἡ ἕνωσις τῶν δύο φύσεων γέγονε σχετικὴ, ἢ κατὰ ἀναφορὰν, ἢ κατ' εὐδοκίαν, ἢ κατ' ἐνέργειαν, ἵνα δύο πρόσωπα ὁμολογήσωμεν, ἢ δύο υἱοὺς, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν, τουτέστιν ἑνὶ ἀτόμῳ ἤγουν ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως· ὁ γὰρ θεὸς λόγος ἐκ πατρὸς ἐκλάμ-

que nobiscum sero saltem agnoscere, frustra inquam perditioni suae praetextus excogitant. Nam cogitatione tantummodo ex proprietatibus differentiam naturarum cognoscimus. Non enim ceu numerabiles duas naturas confitemur tamquam unum et unum; sed heterogeneum concurrentium confitemur in tali natura.

5. Nam iuxta patres, numerus de naturis praedicatus, haud demonstrat principaliter, et primogenio sensu, quantitatem illarum, sed naturarum ipsarum diversitatem exhibet. Etenim si dixerimus hominis et bovis et equi tres esse naturas, nequaquam illarum qoantitatem principaliter denotamus, sed speciei diversitatem innuimus. Secus, cum tres homines dicimus, Paulum puta, Petrum, ac Iohannem, distinctionem illorum in quantitate significamus. Propterea et nos duas naturas censemus domini Christi veri nostri Dei, non ut duas numeratas res confiteamur, sed ut heterogeneum concurrentium significemus. Namque intima vi naturas esse credimus, quae in naturali proprietate et unione servatae sunt inconfusae; propter vero concretionem atque unionem, harum distinctionem mente a nobis fieri dicimus, illa scilicet quae reapse non sunt divisa, tamquam divisa verbis proponentes. Igitur naturarum numerus in una eademque persona pronunciatus, differentiam illorum denotat quae in una hypostasi sunt onita; nequaquam tamen realem inducit divisionem aut separationem. Etenim haudquaquam unio duarum naturarum fuit relativa, aut per anaphoram, aut per benivolentiam, aut per activam vim, ne forte duas personas fateamur, aut duos filios, sed secundum hypostasim, id est in individuo, sive in unica hypostasi, inconfuse, sine conversione aut divisione. Nam Deus Verbum quod ex patre supra nostrum cogi-

(1) Ecce non dicit unam et unam, nempe naturam; sed unum et unum, nempe unum Christum. Alioqui naturae per se mente spectatae, sunt prorsus numerabiles, id quod etiam noster retro dixit p. 616, et infra mox repetet.

tatum effulsit, ex matre supra nostrum aeque intellectum ortum est: manens quod erat id est natura Deus, factum est quod idem non erat, id est vere natura homo ex sancta deipara semperque virgine Maria; nec divinitate in carnis naturam conversa, neque carne ad deitatis naturam translata: ideoque a nobis una composita hypostasis recte creditur; duae vero naturae inconvertibiles in unione conservatae. Ubi enim unio nominatur, ut ait sanctus Cyrillus in epistola ad Eulogium, haud unius rei significatur coniunctio, sed vel duorum vel plurium natura diversorum. Iam si commixtio concurrentium fieret et alteratio, iam non unio esset sed confusio. Sed enim naturalem unionem iure optimo credimus; necesse est itaque differentiam quoque unitarum hypostatice naturarum confiteri.

6. Sed neque recusamus unam etiam dicere Dei Verbi incarnatam naturam, orthodoxo videlicet sensu; quandoquidem nonnullos patres invenimus, praecipueque beatum Cyrillum, hanc usurpasse dictionem, propter Pauli et Nestorii adseclas, qui personas atque naturas clamitabant, atque harum praetextu divisionem invehebant; norunt enim ita duas significari naturas, si certe caro non est sine substantia. Iam patres dum unam Dei Verbi naturam incarnatam dicunt, haud iis repugnant, qui duas adfirmant. Nonnulli vero his quoque patrocinati sunt. Omnium instar testis idem beatus Cyrillus, qui in sua ad Eulogium epistola ait: si ergo unionem dicimus, constat quod in Domino confitemur carnis unionem animatae intellectualiter et rationaliter. Et qui duas naturas dicunt, sic existimant. Unio autem secundum hypostasim significat, quod Dei Verbi hypostasis, una ex tribus deitatis hypostasibus, nequaquam praeexistenti homini se copulavit, sed in sanctae virginis utero forma-

φας ὑπὲρ ἔννοιαν, ἐκ μητρὸς ἀνέτειλεν ὑπὲρ λόγον· μείνας γὰρ ὃ ἦν, τουτέστι φύσει Θεὸς, ἐγένετο ὅπερ οὐκ ἦν ὁ αὐτὸς, τουτέστιν ἄνθρωπος φύσει κατὰ ἀλήθειαν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, μήτε τῆς θεότητος εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν τραπείσης, μήτε τῆς σαρκὸς εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν· καὶ διὰ τοῦτο ἡμῖν ὑπόστασις μία σύνθετος καλῶς πιστεύεται· αἱ δὲ δύο φύσεις ἄτρεπτοι ἐν τῇ ἑνώσει φυλαχθεῖσαι· ὅπου γὰρ ἕνωσις ὀνομάζεται, ὥς φησιν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ (1), οὐχ' ἑνὸς πράγματος σημαίνεται σύνοδος, ἀλλ' ἢ δύο καὶ πλειόνων καὶ διαφερόντων ἀλλήλοις κατὰ φύσιν· εἰ γὰρ φύρσις τῶν συνελθόντων γέγονε καὶ παρατροπὴ, οὐκέτι ἕνωσις γέγονεν ἀλλὰ σύγχυσις· ἀλλὰ μὴν ἕνωσιν φυσικὴν καλῶς δοξάζομεν, ἀνάγκη καὶ τὸ διάφορον τῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων φύσεων ὁμολογεῖσθαι.

ς'. Οὐ παραιτούμεθα δὲ καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην κατὰ τὴν εὐσεβῆ ἔννοιαν, διότι τινὰς εὑρίσκομεν τῶν πατέρων, καὶ μάλιστα τὸν μακάριον Κύριλλον τῇ τοιαύτῃ χρησαμένους φωνῇ, διὰ τοὺς ἀπὸ Παύλου καὶ Νεστορίου ὑποστάσεις τε καὶ φύσεις ἐπιφημίζοντας, καὶ προφάσει τούτων διαίρεσιν εἰσάγοντας (2)· ἴσασι γὰρ ὡς ταύτῃ αἱ δύο σημαίνονται φύσεις, εἴ γε μὴ ἔστι σὰρξ ἀνούσιος· εἰπόντες δὲ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην οἱ πατέρες, οὐ διεμαχέσαντο πρὸς τοὺς δύο λέγοντας, τινὲς δὲ καὶ ὑπεραπελογήσαντο αὐτῶν· καὶ μάρτυς ἀντὶ πάντων, ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ εἰπών· εἰ τοίνυν λέγομεν ἕνωσιν, δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ τοῦ κυρίου ὁμολογοῦμεν, ὅτι σαρκὸς ἐψυχωμένης νοερῶς καὶ λογικῶς· καὶ οἱ δύο τὰς φύσεις λέγοντες, οὕτω νοοῦσιν· ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ ὅτι ἡ ὑπόστασις τοῦ Θεοῦ λόγου, ἡ μία τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς θεότητος, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη· ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς ἁγίας παρθένου ἐδη- cod. f. 39 a. col. 1.

(1) Extat inter opera Cyrilli ed. Auberti T. V. part. 2. p. 132. seq.

(2) Ideo Cyrillus in dialogo apud nos p. 102. διαιρεῖσθαι naturas non vult.

Google

μιούργησεν ἑαυτῷ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ἐψυχωμένην, ψυχὴν ἔχουσαν * λογικήν τε καὶ νοερὰν, ὅπερ ἐστὶ φύσις ἀνθρωπίνη· ἵνα δὲ καὶ τοῦτο μὴ λάθωμεν, δεῖ γινώσκειν, ὅτι τινὲς τῶν τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην ἠκριβωμένων, τὰ δύο οὐκ εἶπαν εἶναι ἀριθμὸν τέλειον (1), ἀλλ' ἀρχὴν καὶ εἰσαγωγία πρὸς τὸν τέλειον καὶ πρῶτον ἀριθμὸν τὸν τὰ τρία ἐπάγοντα.

* cod. ἐχούση.

col. 2.

ζ'. Καὶ ταῦτα μὲν, ἐξ ὧν ἠξιώθημεν λαβεῖν ἐλεηθέντες ὑπὸ Θεοῦ ἐκ τῆς διδασκαλίας τῶν θεηγόρων ἡμῶν πατέρων, πρὸς τὸ παραστῆσαι τῶν φύσεων τὴν οὐσιώδη διαφορὰν ἄτρεπτον φυλαχθεῖσαν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου· ὅτι δὲ οὐχ' ἡμῶν τὸ δόγμα τοῦτο, ἀλλὰ τῶν θεοσόφων πατέρων ἡμῶν δίδαγμα, ὀλίγα φειδοῖ τοῦ μήκους τοῦ γράμματος τῆς αὐτῶν διδασκαλίας παραθέμενοι, τὸν λόγον πιστωσόμεθα.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν γ' λόγου.

Καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦτο εἴρηκε· Χριστοῦ οὖν παθόντος, οὐ θεότητι ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἵνα μὴ αὐτοῦ τοῦ λόγου ἴδια κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἴδια φύσει τὰ πάθη ἐπιγνωσθῇ (2).

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγου.

Καὶ οὕτως ἂν λέγοιτο τέλειος Θεὸς καὶ τέλειος ἄνθρωπος ὁ Χριστός· οὐχ' ὡς τῆς θεϊκῆς τελειότητος εἰς ἀνθρωπίνην τελειότητα μεταβληθείσης ὅπερ ἐστὶν ἀσεβές· οὐδὲ μὴν ὡς δύο τελειοτήτων κατὰ διαίρεσιν ὁμολογουμένων, ὃ ἐστιν ἀλλότριον τῆς εὐσεβείας· οὐδὲ κατὰ προκοπὴν ἀρετῆς, ἢ πρόσληψιν δικαιοσύνης, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καθ' ὕπαρξιν ἀνεκλιπῆ, ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα τέλειος κατὰ πάντα Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός (3).

Βασιλείου ἐκ τῶν κατ' Εὐνομίου λόγων.

Ἐγὼ γὰρ καὶ τὸ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, ἴσον δύνασθαι τῷ ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ ὑπάρχειν φημί· ὡς γὰρ τὸ μορφὴν ἀνειληφέναι

vit sibi ex ipsa, propria in persona animatam carnem, cui anima inerat rationalis et intellectualis, quae est humana natura. Sed ne hoc etiam nos lateat, sciendum est, nonnullos arithmeticae doctrinae apprime peritos negare, duo esse perfectum numerum, sed initium et introductionem ad perfectum primumque numerum qui in tribus consistit.

7. Atque haec, quatenus misericordia Dei concessum nobis fuit discere a patrum nostrorum deiloquorum magisterio, ob adserendam naturarum substantialem differentiam, quae immutabilis in Christi mysterio conservata est etiam post unionem. Quod autem haud nostrum sit hoc dogma, sed theologorum patrum nostrorum doctrina, pauca aliqua (ut scripturae prolixitati parcamus) ex ipsorum doctrina heic subtexentes, sermonem nostrum confirmabimus.

Sancti Athanasii ex sermone tertio adversus Arianos.

Nam et ipse apostolus propterea dicit: Christo igitur passo, non deitate, sed carne pro nobis. Nempe ut nou ipsius Verbi naturae viderentur propriae, sed carnis potius naturae agnoscerentur propriae passiones.

Eiusdem ex libro adversus Apollinarem.

Atque ita perfectus Deus dicitur, et perfectus homo: non quasi divina perfectio transformata ait in perfectionem humanam, quod est impium. Neque item quasi duas perfectiones divisim confiteamur, quod est ab orthodoxia alienum: nec quasi virtutis iucrementum, aut iustitiae susceptionem; absit, sed secundum indeficientem subsistentiam, ita ut sint ambo unus perfectus per omuia Deus et homo idem.

Sancti Basilii ex libris adversua Eunomium.

Ego enim etiam dictionem « in forma Dei esse » parem aio esse illi « in substantia Dei esse. » Sicut enim formam servi ad-

(1) Idcirco graeci itemque orientales tam in nominibus quam in verbis duale a plurali distinguunt.
(2) Extat revera in serm. III. 34. adv. Arianos.
(3) Extat in lib. t. 16. adversus Apollinarem.

Digitized by Google

sumpsisse, in substantia humanitatis Dominum nostrum factum esse significat, sic dum ait in forma Dei esse, divinae substantiae omnino exhibet proprietatem.

Sancti Gregorii theologi ex secundo sermone de filio.

Deus autem diceter non Verbi, sed eius qui spectabilis erat. Nam quomodo sit Deus Dei? Sicut etiam pater, non illius spectabilis erat, sed Verbi. Nam duplex erat: ita ut alterum de eo proprie dicatur, alterum improprie. Secus vero in nobis res se habet: nostrûm enim proprie Deus est, non proprie autem pater. Et post alia. Etiamsi enim ambo unum sunt, non tamen natura, sed coniunctione.

Sancti Ambrosii episcopi Mediolani ex symboli explicatione.

Eos autem qui simplicem hominem dicunt Christum, vel passibile Verbum, vel in carnem conversum, vel consubstantiatum (deitati) habuisse corpus, vel de caelo illud detulisse, aut esse phantasma, vel mortuum Deum Verbum indiguisse ut a patre suscitaretur, vel inanime corpus adsumpsisse, vel sine mente hominem, vel duas Christi naturas concretione confusas unam effecisse naturam; et non confitentes unum dominum nostrum Christum duas habere inconfusas naturas, unam vero personam, secundum quam unus est Christus, unus dominus; hos anathematizat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia.

Sancti Gregorii episcopi Nyssae ex sermone catechetico.

Qui Dei nobis in carne manifestati demonstrationes quaerit, ad eius opera respiciat. Nam, et quod omnino Deus sit, nullam aliam habebit quisquàm demonstrationem, quam illius operum testimonium.

δούλου, ἐν τῇ οὐσίᾳ τῆς ἀνθρωπότητος τὸν
κύριον ἡμῶν γενέσθαι σημαίνει, οὕτω λέγων cod. f. 30. b. col. 1.
ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχειν, τῆς θείας οὐσίας
πάντως παρίστησι τὴν ἰδιότητα (1).

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ δευτέρου λόγου τοῦ περὶ υἱοῦ.

Θεὸς (2) δὲ λέγοιτ' ἄν, οὐ τοῦ λόγου τοῦ ὁρωμένου δέ· πῶς γὰρ ἂν εἴη Θεοῦ Θεός; ὥσπερ καὶ πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου, τοῦ λόγου δέ· καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· ὥστε τὸ μὲν κυρίως ἐπ' ἀμφοῖν, τὸ δὲ οὐ κυρίως, ἐναντίως δὲ ἢ ἐφ' ἡμῶν ἔχει· ἡμῶν γὰρ κυρίως μὲν Θεὸς οὐ κυρίως δὲ πατήρ. Καὶ μεθ' ἕτερα· εἰ γὰρ καὶ τὰ συναμφότερα ἕν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει· τῇ δὲ συνόδῳ (3).

Τοῦ ἁγίου Ἀμβροσίου ἐπισκόπου Μεδιολάνων ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ θείου συμβόλου.

Τοὺς δὲ λέγοντας ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, ἢ παθητὸν τὸν λόγον, ἢ εἰς σάρκα τραπέντα, ἢ συνουσιωμένον ἐσχηκέναι τὸ σῶμα, ἢ οὐρανόθεν αὐτὸ κεκομικέναι, ἢ φάντασμα εἶναι, ἢ θνητὸν λέγοντας τὸν θεὸν λόγον, δεδεῆσθαι τῆς παρὰ τοῦ πατρὸς ἀναστάσεως, ἢ ἄψυχον σῶμα ἀνειληφέναι, ἢ ἄνουν ἄνθρωπον, ἢ τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἀνάκρασιν συγχυθείσας μίαν γενέσθαι φύσιν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν δύο εἶναι φύσεις ἀσυγχύτους, ἓν δὲ πρόσωπον, καθ' ὃ εἷς Χριστὸς καὶ εἷς κύριος, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία (4).

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης, ἐκ τοῦ κατηχητικοῦ λόγου.

Τοῦ δὲ Θεὸν πεφανερῶσθαι ἡμῖν ἐν σαρκὶ, ὁ τὰς ἀποδείξεις ζητῶν, πρὸς τὰς ἐνεργείας βλεπέτω· καὶ γὰρ τοῦ ὅλως εἶναι Θεὸν, col. 2.
οὐκ ἄν τις ἑτέραν ἀπόδειξιν ἔχοι, πλὴν διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν μαρτυρίας (5).

(1) Lib. I. adv. Eunominm, in editione Garnerii T. I. p. 230.

(2) Cod. heic κύριος; sed et in editione, nec non infra in testimoniis post quaestionem XVII. scribitur θεός, et in hoc etiam mox loco θεὸς θεοῦ.

(3) Greg. naz. orat. XXX. 8.

(4) Edidi egomet hunc Ambrosii locum ex Anastasio presbytero, Script. vet. T. VII. p. 7.

(5) Cap. XII. ed. Paris. T. II. p. 499, ubi mendose deest πλὴν ante διά.

Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου ἐκ τοῦ ζʹ λόγου τοῦ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς.

Ἐπειδή μοι δούλου μορφὴν ἔλαβε, τουτέστιν ἄνθρωπος ἐγένετο φησίν· οὐκοῦν ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, Θεὸς ἦν· μορφὴ γὰρ καὶ μορφὴ κεῖται· εἰ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο φύσει ἄνθρωπος ἡ μορφὴ τοῦ δούλου· οὐκοῦν φύσει Θεὸς ἡ μορφὴ τοῦ Θεοῦ (1).

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον.

Matth. XVII. 26. Ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινός τε καὶ νοητὸς, καὶ ὡς ἐν τύπῳ τῷ ἐξ ὕλης δηλούμενος, αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διπλοῦς χαρακτήρ (2). Ὁ αὐτὸς πάλιν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον θʹ λόγον· ἐπεὶ τί ποιήσεις ὅταν ἡμῖν ὁ ἁπλοῦς τὴν φύσιν εἰσβαίνῃ διπλοῦς.

Αὗται τῶν ὀρθοδόξων ἡμῶν πατέρων φωναὶ, ταῦτα ῥήματα ζωῆς αἰωνίου τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, δι' ὧν καθάπερ ἥλιος τὰς ἰδίας τοῦ φωτὸς ἐφαπλώσαντες ἀκτῖνας, πᾶν τὸ καθ' ἡμᾶς φωτίσαντες τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος πρὸς ἑαυτοὺς καὶ δι' ἑαυτῶν πρὸς τὸν θεὸν ἐπανήγαγον· ἕνα γὰρ καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ μονογενῆ πανταχοῦ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, συμφώνως ἐκήρυξαν, τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν θεότητι καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι, θεὸν ἀληθινὸν καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν τὸν αὐτὸν, τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς μὴ ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· σωζομένης δὲ μᾶλλον, ἐν τῇ φυσικῇ αὐτῶν ἰδιότητι· ἐξεπαί-
cod. f. 40 a. col. 1. δευσαν δὲ ἡμᾶς, καὶ μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, εἴτουν ἐνανθρωπήσαντα τελείᾳ ἐνανθρωπήσει τὸν Ἐμμανουὴλ δογματίζειν. Ὁ δὲ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ἀξιώσαι ἡμᾶς τούτοις κατακολουθεῖν μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς καὶ φόβου θεοῦ, ῥυόμενος ἡμᾶς ἀπὸ τῆς πονηρίας τοῦ ἐχθροῦ καὶ πάσης ψευδωνύμου γνώσεως, τῇ πρεσβείᾳ τῆς θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων· ἀμήν.

Sancti Iohannis chrysostomi ex homilia septima in epistolam ad Philippenses.

Quoniam servi formam suscepit, id est homo factus est, ait; sequitur ut in forma Dei existens, Deus esset: forma enim utroque loco ponitur: quod si illic verum est, heic quoque; natura homo, in forma servi: igitur natura Deus, in forma Dei.

Cyrilli episcopi Alexandriae ex commentario in Matthaei evangelium.

Stater verus ac intellectualis, in typo veluti materiali exhibitus, ipse est dominus noster Iesus Christus, duplex character. Idem rursus in commentario ad Iohannis evangelium, libro nono: quid enim facies, quando ille qui simplici natura est, duplex evadet?

Hae sunt orthodoxorum patrum nostrorum voces; haec verba vitae aeternae discipulorum Christi, per quae solis instar suos lucis expandentes radios, nostramque omnem sphaeram illuminantes, in spiritus unitate nos ad se, et per se ad Deum adduxerunt. Unum quippe eundemque filium Dei unigenitum, dominum nostrum Iesum Christum, una ubique voce praedicaverunt, perfectum ipsum deitate, et perfectum eundem humanitate, Deum verum, et eundem hominem verum; haud sublata diversitate naturarum propter unionem, sed conservata potius in naturali ipsarum proprietate. Docuerunt item nos unam quoque Dei Verbi naturam incarnatam: id est humanatum perfecta humanitate Emmanuhelem credere. Pater autem misericordiarum et totius consolationis, dignos nos faciat his obsequendi cum conscientia pura et timore Dei; eripiens nos de malitia hostis et de qualibet falsi nominis doctrina; precibus Deiparae et sanctorum omnium. Amen.

(1) In editione Montfauc. T. XI. p. 246.
(2) Animadverte novum ex deperdito in Matthaeum commentario Cyrilli fragmentum, quod in catenis Possini, Corderii, et Crameri ad Matth. non legitur.

QUAESTIO VII.

Si duas naturas in Christo domino unitas existimamus, nulla est autem natura absque persona, quomodo non duas dicere personas debemus?

Responsio. 1. Iam superius de substantia et persona sermonem quoad fieri potuit versavimus. Haud est tamen ne nunc quidem incongruum ob quaesiti solutionem de his eisdem quantum licet verba facere. Absque persona natura, id est substantia, numquam erit, sed cum persona: id est res quae in se ipsa subsistens spectatur, neque in alio existit, ut accidentia quae quidem circa substantiam spectantur, at per se subsistere nequeunt, sed tantum in coëxistente ex congenita ipsis natura. Non est autem idem enhypostatum, id est natura, atque hypostasis: namque enhypostatum ut diximus substantiam denotat, et commune speciei significat: hypostasis autem talem facit esse hominem, personam definiens characteristicis proprietatibus, et proprium a communi distinguens. Item enhypostatum, significat se non esse accidens, sed in se propriaque subsistentia spectari. At hypostasis rem significat quae per se est, et separata, nec non concursum proprietatum characteristicarum demonstrat, prout ante diximus in proprietatibus spectatum; ut separet a communi individuum vel personam, etiamsi non absque substantia est.

2. His ita explanatis, sciendum est, in contrariis et oppositis, unius extinctionem, alterius fieri introductionem; prout in luce ac tenebris usuvenit: nam lucis praesentia tenebras perimit. Si ergo enhypostatum opponitur non hypostatico, sicut substantia accidentibus; et si accidentia, quae non sunt hypostatica, substantia carent; profecto negatione remota, quae vetat quominus sit substantia, sive natura absque

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ζ.

Εἰ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ τὴν ἕνωσιν δοξάζομεν, οὐκ ἔστι δὲ φύσις ἀνυπόστατος, πῶς οὐ δύο λέγειν τὰς ὑποστάσεις ὀφείλομεν;

Ἀπόκρισις. αʹ. Ἤδη μὲν ἀνωτέρω τὸν περὶ τῆς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως λόγον, ὡς ἐνεδέχετο, ἐγυμνάσαμεν· οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ νῦν πρὸς λύσιν τοῦ ζητουμένου, τὸν περὶ τούτων ὡς ἔνεστι ποσῶς διεξελθεῖν λόγον· ἀνυπόστατος φύσις τουτέστιν οὐσία, οὐκ ἂν εἴη ποτὲ, ἀλλ' ἐνυπόστατος, τουτέστι πρᾶγμα ὑφεστὼς ἐν ἑαυτῷ θεωρούμενον (1), καὶ οὐκ ἐν ἑτέρῳ ἔχον τὸ εἶναι ὡς τὰ συμβεβηκότα· ταῦτα γὰρ περὶ τὴν οὐσίαν θεωροῦνται καθ' ἑαυτὰ ὑποστῆναι μὴ δυνάμενα, ἀλλὰ μετὰ τῆς συγκειμένης καὶ συμπεφυκυίας αὐτοῖς φύσεως, οὐκέτι δὲ ταὐτὸν ἐνυπόστατον, τουτέστι φύσις καὶ ὑπόστασις· τὸ μὲν γὰρ ἐνυπόστατον, ὡς εἴρηται, οὐσίαν δηλοῖ, καὶ τὸ κοινὸν τοῦ εἴδους σημαίνει· ἡ δὲ ὑπόστασις, ἥτις τινὰ ἄνθρωπον ποιεῖ· πρόσωπον ἀφορίζουσα τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἰδιώμασι, καὶ τὸ ἴδιον ἀπὸ τοῦ κοινοῦ διαστέλλουσα, πάλιν τὸ ἐνυπόστατον, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸ συμβεβηκὸς σημαίνει, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει θεωρούμενον· ἡ δὲ ὑπόστασις τὸ διῃρημένον καὶ καθ' ἑαυτὸ ὂν δηλοῖ, καὶ τὴν συνδρομὴν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων ἐμφαίνει, κατὰ τὸν πρῶτον λόγον ἐν τοῖς ἰδιώμασι θεωρούμενον· ἵνα τὸ ἄτομον ἀφορίσῃ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ἢ τὸ πρόσωπον εἰ καὶ μὴ ἔστιν ἀνούσιος. col. 2.

βʹ. Τούτων οὕτω διευκρινηθέντων, δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐπὶ τῶν ἐναντίων καὶ ἀντικειμένων ἡ τοῦ ἑνὸς ἀναίρεσις, ἀντεισαγωγὴν ποιεῖται τοῦ ἑτέρου, ὡς ἐπὶ φωτὸς καὶ σκότους· ἡ γὰρ τοῦ φωτὸς παρουσία, ἀναίρεσιν ποιεῖ τοῦ σκότους· εἰ οὖν ἀντίκειται τὸ ἐνυπόστατον τῷ ἀνυποστάτῳ, ὡς οὐσία τοῖς συμβεβηκόσι, καὶ τὰ συμβεβηκότα ἅπερ εἰσὶν ἀνυπόστατα τῇ οὐσίᾳ, δῆλον ὅτι τῆς ἀποφάσεως ἀναιρεθείσης, τῆς ἀπαγορευούσης

(1) S. Cyrillus de Trinitate opp. T. VI. p. 13. Ἐνυπόστατον, ἤτοι ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὑπάρχον.

μὴ εἶναι τὴν οὐσίαν ἤγουν, τὴν φύσιν ἀνυπόστατον, ἡ κατάφασις εἰσάγεται ἡ τὸ ἐνυπόστατον ὑποτιθεμένη· καὶ εὐσεβῶς ἐπὶ τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν ἐνυποστάτους, οὐκέτι ἕτερόν τι παρὰ τὸ προταθὲν συνάγεται ἡμῖν, τουτέστιν εἰ δύο φύσεις, καὶ δύο ὑποστάσεις· ὡς γὰρ ἐδείξαμεν, ἄλλος λόγος φύσεως, καὶ ἄλλος ὑποστάσεως· ὁ μὲν τὸ κοινὸν τῶν ἀτόμων σημαί-

col. 1. 40. b. col. 1. νων, ὁ δὲ τὸ ἴδιον καὶ ἄτομον χαρακτηρίζων· οὐδὲ γάρ ἐστι φύσις ὑπόστασις, ὅτι μὴ δὲ ἀντιστρέφει· ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις, καὶ φύσις, ἤγουν οὐσία, δύναται εἶναι, τῷ λόγῳ διακρινόντων ἡμῶν τὰ ἰδιώματα καὶ τὴν οὐσίαν· ἡ δὲ φύσις, οὐκέτι ὑπόστασις· ὁ δὲ τὸ ἐνυπόστατον εἰς ὑπόστασιν συνάγων, οὐδὲν ἕτερον ἀγωνίζεται δεῖξαι, εἰ μὴ τὴν φύσιν μὴ εἶναι οὐσίαν· ἄλλως τε δὲ εἰ ταὐτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις, ἐπείπερ ὁ υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι φύσεως τῷ πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος τούτῳ εἶναι προσήκει κατὰ τὸν χαρακτῆρα τοῦ προσώπου· ἀλλὰ μὴν τοῦτο τῆς ἀληθείας ὁ λόγος οὐχ' ὑποβάλλει, ἐπεὶ συναλοιφὴ τῶν ὑποστάσεων εἰσάγεται, καὶ ὀνόματα ψιλὰ τῶν πραγμάτων ἐστερημένα ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος, κατὰ τὴν Σαβελλίου τοῦ τοῦ λίβυος κενοφωνίαν.

γʹ. Οὐκ ἄρα ταὐτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις, ὅπερ δὴ ἡμῖν ἀγωνίζονται δεῖξαι, ὅτι εἰ δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἀνάγκη δύο ὑποστάσεις εἶναι· τοῦτο καὶ ἡμεῖς τοῖς οὕτω κατασκευάζουσιν, ἀντεπαγάγωμεν· εἰ γὰρ καὶ αὐτοὶ τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων δογματίζουσιν, ἀνάγκη καὶ αὐτοὺς ἐκ δύο ὑποστάσεων λέγειν, εἴ γε κατ' αὐτοὺς ἡ φύσις ὑπόστασις· τοῦτο δὲ ἀλλότριόν ἐστι καὶ ἔξω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας· ὡς γὰρ οἱ θεηγόροι πατέρες ἡμῖν παραδεδώκασιν, ὁ θεὸς λόγος εἷς ὢν τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος, οὐδενὶ κοινωνῶν κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τουτέστι κατὰ πρόσωπον, τῶν οὐ-

col. 2. ρανῶν οὐκ ἀποστὰς, εἰς ἡμᾶς κατελήλυθε, καὶ οὐ γέγονε σώματος κατάβα-

hypostasi, adfirmatio introducitur, quae enhypostatum infert: religioseque in Deo ac salvatore nostro Iesu Christo duas naturas etiam post unionem confitemur hypostaticas: nec quicquam a proposito nostro diversum colligitur; id est, si duae naturae, duae quoque hypostases. Namque ut ostendimus alia est ratio naturae, alia hypostaseos; illa enim commune individuorum significat, haec proprium et individuum describit. Neque enim natura est hypostasis, quia non convertitur. Nam hypostasis potest esse etiam natura aut substantia, nobis utique ratiocinio distinguentibus proprietates atque substantiam. Natura autem non est hypostasis. Si quis vero enhypostatum ad hypostasim trahit, is nihil aliud demonstrare contendit, nisi naturam non esse substantiam. Alioqui vero si idem est natura quod hypostasis, quoniam filius eiusdem est naturae ac pater, communem quoque cum hoc habere hypostasim convenit, secundum personae characterem. Atqui hoc veritatis doctrina non tradit; siquidem contractio personarum fieret, nudaque absque rebus nomina in sancta atque adorabili Trinitate restarent, iuxta libyci Sabellii vanum dictatum.

3. Non est ergo idem natura quod hypostasis, quam rem ii nobis demonstrare conantur, nempe quod si duae Christi domini sint naturae, duas quoque hypostases esse oporteat. Quibus nos arguentibus ita occurrimus: nempe quod si et ipsi dominum nostrum ac servatorem Iesum Christum ex duabus naturis esse definiunt, necesse est eundem ex duabus quoque personis ab iis dici; si quidem in ipsorum sententia idem est natura quod hypostasis. Hoc autem alienum est, et extra omnino ecclesiae catholicae regulam. Sicut enim deiloqui patres nobis tradiderunt, Deus Verbum quum sit unus de sancta atque adorabili Trinitate, nulli communicans secundum hypostasim, id est secundum personam, caelo non relicto ad nos venit; ne-

Digitized by Google

que facta est corporis descensio, sed divinae operationis consilium; habitansque in virginali utero pure et invisibiliter, quasi templum sibi hominem fabricavit, id est substantiam: scilicet enhypostaticam quandam accipiens partem illius naturae, et sub propria hypostasi ut ita dicam solidans, sic nobis ex virgine prodiit, natura Deus, et item natura homo. Si ergo hypostasim non assumpsit, sed humanam substantiam enhypostaticam (neque enim, ut nuper dictum fuit, ante unionem humanitas Christi in propria hypostasi ac per se ipsa existebat) sequitur ut dominum nostrum Iesum Christum non oporteat dicere ex duabus extitisse hypostasibus ante unionem; nedum eum dividere post unionem, duasque hypostases credere. Namque ut diximus, una hypostasis de sancta et adorabili Trinitate, homo facta, simplex non mansit sed composita evasit: atque unus est idemque tum sanctae Trinitatis tum naturae humanae. Quod autem non eandem esse agnoscit sanctus Basilius substantiam atque hypostasim, testantur ea quae retro attulimus ipsius verba, nec non ea quae in epistola ad Amphilochium dicuntur, nempe huiusmodi: qui autem idem esse dicunt substantiam atque hypostasim, hi coguntur personas tantum differentes confiteri.

σις, ἀλλὰ θείας ἐνεργείας ἡ βούλησις, καὶ ἐνοικήσας ἐν τῇ παρθενικῇ μήτρᾳ ἀφθάρτως, καὶ ἀοράτως, ναὸν ἑαυτῷ τέλειον ἄνθρωπον ἐδημιούργησε, τουτέστιν οὐσίαν, ἐνυπόστατόν τι μέρος λαβὼν τῆς ἐκείνης φύσεως καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν οὐσιώσας, καὶ οὕτως ἡμῖν ἐξ αὐτῆς προῆλθε, θεὸς ὢν ὁ αὐτὸς φύσει, καὶ ἄνθρωπος φύσει· εἰ οὖν μὴ ὑπόστασιν ἀνέλαβεν, ἀλλ' οὐσίαν ἀνθρωπίνην ἐνυπόστατον· οὐδὲ γὰρ ὡς ἤδη εἴρηται πρὸ τῆς ἑνώσεως τὸ ἀνθρώπινον τοῦ κυρίου ἰδιοϋποστάτως καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑπῆρχεν, οὐκ ἂν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δεῖ λέγειν ἐκ δύο ὑποστάσεων πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἢ διαιρεῖν μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ δύο ὑποστάσεις δοξάσαι· ὡς γὰρ εἰρήκαμεν ἡ μία ὑπόστασις τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος ἐνανθρωπήσασα, οὐκ ἔμεινεν ἁπλῆ ἀλλὰ σύνθετος, εἷς ὢν ὁ αὐτὸς τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ὅτι δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οἶδεν ὁ ἅγιος Βασίλειος οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, μαρτυροῦσι τὰ ἄνω παρ' αὐτοῦ παρατεθέντα, καὶ τὰ ἐν τῇ πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπιστολῇ λεχθέντα· * εἰσὶ δὲ ταῦτα· οἱ δὲ ταυτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀναγκάζονται πρόσωπα ὁμολογεῖν διάφορα μόνον. * ep 236.

QUAESTIO VIII.

Num liceat dicere in Christo domino substantiam compositam, aeque ac in homine substantiam censemus esse compositam?

Responsio. 1. Quamquam una natura in homine dicitur, non ita tamen quasi una heterogenea conflata sit ex compositorum unione, in hominis hypostasi, id est ex anima et corpore, non sic inquam hoc dicitur; sed tamquam homine singillatim ad unam candemque speciem redacto, quin ei quicquam admixtum sit ceteris hominibus alienum; sed omnes eiusdem sint compaginis seu substantiae, eiusdemque definitionis participes. Quia igitur (una) est singulo-

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Η'.

Εἰ δυνατὸν εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ οὐσίαν σύνθετον, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου οὐσίαν σύνθετον δοξάζομεν;

Ἀπόκρισις. α'. Εἰ καὶ μία φύσις ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου λέγεται, οὐχ' ὡς μιᾶς ἑτεροφυοῦς ἀποτελεσθείσης, ἐκ τῆς ἑνώσεως τῶν συντεθειμένων οὐσιῶν ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ὑποστάσει, τουτέστι ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦτο λέγεται· ἀλλ' ὡς τοῦ καθ' ἕκαστα ἀνθρώπου ὑπὸ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένου, μηδενὸς ὄντος ἑτεροφυοῦς παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πάντας τῆς αὐτῆς εἶναι συστάσεως ἤγουν οὐσίας, καὶ τοῦ αὐτοῦ ὅρου μετεσχηκέναι· ἐπεὶ οὖν ἐστι cod. f. 41. a. col. 1.

τὸ εἶδος τῶν καθέκαστα ἀνθρώπων, ἤγουν πάντων τῶν ἀτόμων, λέγομεν μίαν φύσιν ἀνθρώπων ἀντὶ τοῦ εἴδους, οὕτως αὐτὴν ὀνομάζοντες, μὴ ἀρνούμενοι δύο εἶναι τὰς ἐν αὐτῷ θεωρουμένας οὐσίας, τουτέστι ψυχὴν καὶ σῶμα· οὐδὲ γὰρ μία φύσις ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδὴ οὔτε ἓν τῇ φύσει κυρίως, ἀλλὰ δύο· κατ' ἄλλο μὲν γὰρ λογίζεται, κατ' ἄλλο δὲ τὸ λογισθὲν ἐνεργεῖ· ψυχῇ μὲν γὰρ νοερᾷ τόδε λογισάμενος, χερσὶ τὸ νοηθὲν εἰς πέρας ἄγει· ὅτι δὲ δύο φύσεις ὁ ἄνθρωπος, μαρτυρεῖ ὁ νυσσαεὺς θεῖος Γρηγόριος ἐν τοῖς πρὸς Ἀπολινάριον γράφων ταῦτα (1)· κατὰ δὲ τὴν παχυμερεστέραν τομὴν, καθὼς οἱ πολλοὶ διαιρεῖν ἐδιδάχθημεν, ἐκ νοερᾶς ψυχῆς καὶ σώματος εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου σύστασιν ὁμολογοῦντες, πῶς εἴπωμεν τὰ δύο ἕν; τοῦ ἀποστόλου σαφῶς δύο ἀνθρώπους περὶ ἕκαστον βλέποντος, ἐν οἷς φησίν· * εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, τὸ σῶμα λέγων, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, τὴν ψυχὴν αἰνιττόμενος· καίτοι εἰ τρεῖς ἦσαν κατὰ τὸν Ἀπολινάριον ἄνθρωποι, δύο πάντως ἂν ἦσαν ἀφανεῖς, καὶ ἕνα ἐποίησε τὸν φαινόμενον· ὥστε κἂν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς ὑποδείγματι κρατύναι τὸν ἴδιον λόγον ἓν ὀνομάζων τὰ δύο, παραγράφεται αὐτὸν ὁ Παῦλος, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ δυικῇ σημασίᾳ.

* II Cor. IV. 16.

col. 2. β'. Καὶ οὐ μόνον ὁ ἄνθρωπος κατὰ τὸν διδάσκαλον οὐκ ἔστιν ἓν τῇ φύσει, ἀλλὰ καθόλου εἰπεῖν οὐδὲν τῶν κτισμάτων ἕν ἐστι τῇ φύσει κυρίως, διότι οὐκ ἔστιν ἁπλοῦν καὶ μονοειδὲς, ἀλλὰ καὶ ἐκ μὴ ὄντων παρήχθη· οὐδὲ γὰρ αὐτὴ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων οὐσία· τί δὲ λέγω ταύτην; οὐδὲ πᾶσα ἡ λογικὴ φύσις· οὐσία γάρ ἐστι μετὰ ἁγιασμοῦ, καθὼς οἱ πατέρες παραδεδώκασιν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ σωματικὴ φύσις ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συγκειμένη· μόνη δὲ ἡ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος οὐσία, ἁπλῆ

rum hominum sive omnium individuorum species, dicimus esse unam hominum naturam, pro specie sic eam nominantes; neque idcirco negantes duas esse quas in ipso contemplamur naturas, idest animam atque corpus. Non enim est una natura homo; quia ne unum quidem est in sua proprie natura sed duo: etenim parte sui una cogitat, parte alia cogitatum opere exsequitur: nam postquam intellectuali animo aliquid deliberavit, manibus rem cogitatam ad exitum perducit. Quod autem duae sint in homine naturae, testatur nyssenus divus Gregorius in suis contra Apollinarem ita scribens: « secundum vero crassiorem divisionem, sicut vulgo dividere didicimus, ex intellectuali anima et corpore esse hominis compaginem confitentes, quomodo dicimus quae sunt duo unum? quum apostolus manifeste duos homines in singulis videat, ubi ait: etsi qui est extra nos homo corrumpitur; corpus scilicet dicens; at interior renovatur de die in diem; animam scilicet innuens. » Atqui si tres essent iuxta Apollinarem homines, duos prorsus invisibiles, et unum fecit conspicabilem. Quare etiamsi exemplo de nobis sumpto, suum roborat sermonem, unum appellando quae sunt duo, refutat illum Paulus, hominem dividens in dualem significatum.

2. Neque homo tantummodo, de magistri sententia, non est unum quid naturà, sed ut generatim loquamur, creatura nulla unum aliquid proprie est naturà, quia non est simplex quid et uniforme, sed ex non extantibus producta; ne ipsa quidem, inquam sanctorum angelorum substantia. Cur vero hanc dico? Ne universa quidem rationalis natura; etenim substantia est cum sanctificatione, sicuti patres tradiderunt. Sic etiam corporalis natura ex quatuor elementis composita. Sola vero sanctae et adorabilis Trinitatis substantia

(1) In editione Zacagnii collect. monument. p. 211.

simplex est et sine specie et omni duplicitate carens. Et animadvertendum est, composita omnia haud unum naturâ dici; neque reapse unum sunt, sed forma ac numero constant. Nam mundum, quum sit ex diversis naturis compositus, unum natura dicere nequimus: differentes enim sunt et heterogeneae quae in ipso conspiciuntur naturae: sed et numero multae, unum tamen quod adtinet ad conformationem id est numerum. Idem de homine quoque dicimus: namque et homo cum sit unum quid compositum, non tamen unum quid naturâ dici potest, quia ex anima et corpore compactus est; atque haec in eo conspiciuntur quod attinet ad membrorum compositionem sive unionem; ceteroqui unum quid est conformatione.

3. Verumtamen de sancta ac beata Trinitatis sanctae natura, quia simplex est et uniformis substantia, ut iam dictum fuit, id dicere nequaquam possumus. Aliter enim se habere, ac compositorum ratio est, Trinitatem credimus. Nam Deus unus est natura, non tamen unus numero sed trinus dicitur; quia tribus constat personis sancta Trinitas, et quidem unaquaeque persona perfecta est. Etenim singulas personas Deum patres recte crediderunt, ita ut sit Deus et Deus ac Deus, non tamen tres Dii sed unus, ut ait theologus Gregorius. Igitur quoniam et Christus duplex est, non potest unus dici natura, sed duo, unus autem hypostasi. Sic etiam dicere non possumus hominem unum esse natura, sed duo. Una autem dicitur natura hominis, quatenus individua omnia, ut diximus, sub unam eandemque speciem sunt redacta. Namque universale de his praedicatur, et existit communitas. Idcirco individuorum ad unum quid generale secundum naturam congeriem, generali appellatione etiamsi partes sunt, vocitare non recusamus; quasi una natura universam hominis formam exhi-

ἐστι καὶ ἀνείδεος, καὶ δίχα πάσης διπλόης· καὶ δεῖ σημειώσασθαι, ὅτι πάντα τὰ σύνθετα, οὐχ᾽ ἓν τῇ φύσει λέγονται· οὐδὲ γάρ εἰσιν ἕν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα, ἤγουν τῷ ἀριθμῷ· καὶ γὰρ τὸν κόσμον σύνθετον ὄντα ἐκ διαφόρων φύσεων συγκείμενον, οὐχ᾽ ἕνα δυνάμεθα εἰπεῖν τῇ φύσει, διάφοροι γάρ εἰσι καὶ ἑτεροούσιοι αἱ ἐν αὐτῷ θεωρούμεναι φύσεις, ἀλλὰ πολλά· ἓν ἢ κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα, ἤγουν τῷ ἀριθμῷ· τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου φαμέν· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἕν τι ὑπάρχων σύνθετον, οὐχ᾽ ἓν τῇ φύσει δύναται λέγεσθαι, ἐπειδὴ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος σύγκειται· καὶ ταύτας ἔχει πάλιν ἐν αὐτῷ θεωρουμένας ἐν τῇ τῶν μερῶν συνθέσει, ἤγουν ἑνώσει, ἀλλ᾽ ἓν κατὰ τὸ ἀποτέλεσμα.

γ´. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας καὶ μακαρίας φύσεως τῆς ἁγίας τριάδος, ἐπείπερ ἁπλῆ ἐστιν ἡ οὐσία καὶ μονοειδὴς ὡς ἤδη εἴρηται, τοῦτο οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν· ἄλλως γὰρ ἡ ἐπὶ τῶν συνθέτων ἔχει περὶ ἧς δοξάζομεν, ὅτι ὁ θεὸς ἓν μὲν τῇ φύσει, οὐχ᾽ (cod. f. 41. b col. 1.) ἓν δὲ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τρία λέγεται· διότι τρισυπόστατός ἐστιν ἡ ἁγία τριάς, τελείας οὔσης ἑκάστης ὑποστάσεως· ἑκάστην γὰρ ὑπόστασιν θεὸν τέλειον καλῶς οἱ πατέρες ἐδόξασαν· ὡς εἶναι θεὸν καὶ θεὸν καὶ θεόν, ἀλλ᾽ οὐ τρεῖς θεοὺς ἀλλ᾽ ἕνα κατὰ τὸν θεολόγον Γρηγόριον (1)· οὐκοῦν ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς διπλοῦς ἐστι, κατὰ τοῦτο οὐ δύναται ἓν μὲν τῇ φύσει λέγεσθαι ἀλλὰ δύο, ἓν ἢ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· οὕτω μὲν οὖν οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον ἕνα εἶναι τῇ φύσει, ἀλλὰ δύο, μία δὲ ἀνθρώπου φύσις λέγεται· ὡς πάντων τῶν ἀτόμων καθὼς εἴρηται ὑπὸ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀναγομένων· τὸ γὰρ καθόλου κατηγορεῖται αὐτῶν, καὶ ἔστι κοινωνία· διὰ τοῦτο τῶν ἀτόμων πρὸς τὸ καθόλου κατὰ τὴν φύσιν καὶ τῇ τοῦ ὅλου προσηγορίᾳ, τὸ μέρος καλεῖν οὐ παραιτούμεθα, ὡς τῆς μιᾶς φύσεως τὸ ὅλον τὸν

(1) Hoc non semel ait Nazianzenus, puta orat. XXXI 28 etc.

ἀνθρώπου εἶδος παριστώσης· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὁμοούσιον τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀριθμουμένων· σώζει γὰρ καὶ ὁ κοινὸς ἄνθρωπος ἐν τῇ ἑνώσει τὸ διάφορον τῶν συντεθέντων, καὶ οὐδενὸς τούτων συγχυθέντα φαίνονται τὰ εἴδη ἢ ἰδιώματα· οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀοράτου ἢ ἀθανάτου ὁρατὴ γέγονεν ἢ θνητὴ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, οὔτε δὲ τὸ σῶμα ἀθάνατον ἢ ἀόρατον.

δ'. Ἐπὶ δὲ Χριστοῦ τοιαύτη σχέσις τάξεως οὐχ' εὑρίσκεται· οὔτε γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων εἶδος ἐστὶ χριστῶν, ἵνα ὁ εἷς παρὰ τὸν καθόλου καὶ κοινὸν Χριστὸν, Χριστὸς αὐτὸς χρηματίζων μία φύσις λέγηται· col. 2. καὶ οὐχ', ὡς εἴρηται πολλάκις, ἡ θεότης εἰς τὴν ἀνθρωπότητα μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπότης εἰς τὴν θεότητα· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως τῶν δύο φύσεων, σύγχυσίς τις γέγονε, καὶ ἑτεροφυές τι ἀπετελέσθη· εἰ οὖν ἄτρεπτοι καὶ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις ἐν τῇ ἑνώσει, εἰκότως δύο φύσεις δοξάζομεν· ἀλλὰ μὴν καὶ μίαν ὑπόστασιν σύνθετον ἐν κτιστῇ οὐσίᾳ φανερωθεῖσαν· διότι οὐκ ἔστιν οὐδεμίαν διῃρημένως λαβεῖν, καὶ δίχα τῆς ἑτέρας καθ' ἑαυτὴν ὑφεστῶσαν· ἐπὶ γὰρ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ἡ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις, τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν διαίρεσιν ἀποβάλλεται· καὶ φυλάττει μὲν τὴν ἑκατέρας φύσεως ἰδιότητα, μίαν δὲ ὑπόστασιν ἤτοι πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς δείκνυσι· πῶς δὲ οἷόν τέ ἐστιν εἰπεῖν μίαν φύσιν σύνθετον, κτιστὴν καὶ ἄκτιστον, προαιώνιον καὶ ἔγχρονον, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην, εἰ μή τοι γε βιαζόμενοι τὸν λόγον ἐπὶ δύο κτιστῶν ἤγουν γενητῶν τοῦτο εἴπομεν; ὡς ἐδείχθη ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸν ῥηθέντα τρόπον· καὶ γὰρ ἢ ἡ αὐτή ἐστι τοῖς μέρεσιν ἐξ ὧν συνετέθη ἡ λεγομένη σύνθετος φύσις, καὶ οὐδὲν ἧττον δύο εἰσὶ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν· ἢ ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὰ μέρη, καὶ ἑτεροφυές τι ἀπετελέσθη· ἄλλως τε δὲ τὰ συντιθέμενα μέρη πρὸς τὸ ἀποτελέσαι μίαν σύνθετον φύσιν ἀνάγκη ὑφ' ἑτέρου συντίθεσθαι αὐτὰ, καὶ χρόνῳ τινὶ διαιρεθῆναι καὶ διαλυθῆ-

beat. Nihil porro est consubstantiale eorum quae sub una forma numerantur: nam et communis homo retinet in unione concurrentium differentiam: nulliusque horum confusae species apparent et proprietates: neque enim ex invisibili et immortali, visibilis evadit aut mortalis anima nostra, neque vicissim corpus immortale atque invisibile.

4. Age vero in Christo haec ordinis relatio non invenitur: etenim nequaquam ut in hominibus, species christorum est, ita ut unus, praeter universalem communemque christum, Christus ipse existens, una natura diceretur: neque, ut saepe dictum est, deitas in humanitatem est mutata, neque vicissim humanitas in deitatem: neque ob hypostaticam unionem naturarum duarum, confusio aliqua contigit, et heterogeneum aliquid conflatum est. Si ergo immutabiles et inconfusae manserunt naturae in unione, merito naturas duas esse censemus: simul tamen unam hypostasim compositam increatam in substantia creata manifestatam: quia nullam ex his licet divise supponere, quasi seorsum ab altera per se subsistentem. Namque in Christi mysterio per compositionem facta unio, confusionem divisionemque recusat: et retinet quidem utriusque naturae proprietatem, unam tamen hypostasim seu personam Dei Verbi cum carne exhibet. Qui autem liceat dicere unam naturam compositam, creatam et increatam, sempiternam et temporalem, divinam et humanam, nisi forte vim rationi facientes de duobus creatis sive factis id dicamus? sicut de homine ostendimus eo quem diximus modo. Nam vel eadem est ac partes, ex quibus compacta fuit, ea quae dicitur composita natura; tunc autem nihilo minus duo sunt etiam post unionem: vel diversa est a partibus; tunc vero heterogeneum aliquid est effectum. Alioqui quae componuntur partes ad unam conficiendam compositam naturam, eas necesse est opera alicuius componi, et aliquo

tempore indigent ut dividantur antea et dissolvantur, dum invicem singulae distrahuntur; quod in compositis videre est ex quatuor elementis corporibus; itemque in aedibus et navigiis constructis; quin et in ipso homine, si certe hic composita natura constat, ut isti existimant.

ἔχειν ἐπείσακτον· ὅθεν καὶ ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν πατέρας εὑρίσκομεν ὡς μονάδα καὶ ἑνάδα τὴν θεαρχίαν ὑμνολογοῦντας· προσήκει τοίνυν ἡμᾶς ἀπεριέργως καὶ ἀφιλονείκως ἕπεσθαι τοῖς θείοις δόγμασι τῶν θεηγόρων ἡμῶν πατέρων καὶ μὴ λογομαχοῦντας ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων τεχνολογεῖν τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπεράγαθον· ὡς γάρ φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης, (1) " περὶ ταύτης οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος οὐ τολμητέον εἰπεῖν· οὔτε μὴν ἐννοῆσαι τί παρὰ τὰ θειοδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα· καὶ γὰρ ὡς αὐτὴ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς λογίοις ἀγαθοπρεπῶς παραδέδωκεν, ἡ μὲν αὐτῆς ὅ τί ποτέ ἐστιν ἐπιστήμη καὶ θεωρία πᾶσιν ἄβατός ἐστιν τοῖς οὖσιν, ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένη. " Καὶ πολλοὺς τῶν θεολόγων εὑρήσεις οὐ μόνον ὡς ἀόρατον αὐτὴν καὶ ἀπερίληπτον ὑμνηκότας, ἀλλὰ καὶ ἀνεξερεύνητον ἅμα καὶ ἀνεξιχνίαστον, ὡς οὐκ ὄντος ἴχνους οὐδενὸς τῶν ἐπὶ τὴν κρυφίαν αὐτῆς ἀπειρίαν διεληλυθότων· δεῖ οὖν μίαν μὲν θεότητα ἤγουν οὐσίαν τῆς ἁγίας τριάδος δοξάζειν εὐσεβῶς· τρεῖς δὲ τὰς ὑποστάσεις προσκυνεῖν ταῖς ἰδιότησιν αὐτῆς ἐν . . . ἐν αἷς καὶ θεωροῦνται· εἰ γὰρ ὁ θεὸς πατὴρ οὐσία ἐστίν, οὐ προηγουμένως καθ' ὃ πατήρ, ἀλλὰ καθ' ὃ ὤν· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· σχέσεως γάρ εἰσιν αἱ τοιαῦται προσηγορίαι σημαντικαί· ὡς γάρ φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος (2) " οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατήρ, οὔτε ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικόν· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα· " κατὰ δεύτερον δὲ καὶ ἑπόμενον λόγον τὴν οὐσίαν δηλοῖ, ᾗ πρόσεστιν ἡ σχέσις.

δ'. Ὥσπερ οὖν θεὸς ὁ πατήρ, καὶ θεὸς υἱός, καὶ θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κἂν μὴ κατὰ ταυτὰς τὰς ἐπινοίας, μία δὲ οὐσία, μία ἀρχή, μία κυριότης, μία δύναμις,

(1) De divinis nominibus cap. I. 1. — (2) Orat. XXIX. 16.

μία ἐνέργεια· κἂν ἀσεβοῦσι καὶ νῦν οἱ ἀπὸ Σεβήρου κατὰ τῆς ἀληθείας ἀναφύντες, τρεῖς οὐσίας ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τριάδος δοξάζοντες· τινὲς γὰρ αὐτῶν πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτῶν ἀτοπήμασι φασὶ τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι ὡς οὐσίαν ἐξ οὐσίας· καὶ τὸ μὲν δοκεῖν, τρεῖς οὐσίας φαίνονται λέγοντες· τριθεΐαν (1) δὲ νενοσηκέναι δείκνυσιν αὐτοὺς ἡ τοιαύτη παρεννενοημένη ὁμολογία· εἰ γὰρ μία καὶ αὐτὴ οὐσία πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, πάντως καὶ εἷς Θεὸς ὀρθῶς πιστεύεται· εἰς ἓν ἄ[ρα τοῦ] υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων οὐ συντιθεμένων, ὥς φησιν ὁ Θεολόγος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται (2)....

[ΕΡΩΤΗΣΙΣ Ιϛ'.]

[Τὰς τῆς ἁγίας τριάδος ὑποστάσεις, πότερον οὐσίας ὀνομάζειν προσήκει, ἢ ἀνουσίους;]

Ἀπόκρισις. cod. f. 13. a. col. 1.

α'.... ἢ καλῶς ἔχει· καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταυτὸν τῆς θεότητος, ἵν' οὕτως ὀνομάσω κίνημά τε καὶ βούλημα καὶ τῆς οὐσίας ταυτότητα· εἰ δὲ τρεῖς οὐσίας τῶν ὑποστάσεων παρέχουσι, πάντως ἐκφύλους ταύτας καὶ ξένας ἀπ' ἀλλήλων καθὼς νοεῖν ὁ λόγος ὑποβάλλει· ἐπεὶ κατὰ τί τρεῖς αὗται καὶ οὐ μία; εἰ δὲ τοῦτο, τρεῖς ἀρχὰς καὶ τρεῖς θεοὺς ὑποτίθενται· κἂν ἐρυθριῶσι τοῦτο φανερῶς ὁμολογῆσαι· ἡμεῖς δὲ καθὼς ἐδιδάχθημεν ἀπὸ τοῦ Θεολόγου (3), προσκυνοῦμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα· τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα· καὶ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν· οὔτε δὲ διαιροῦντες εἰς τρία ἔκφυλα καὶ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. Τὸν δὲ υἱὸν ἐκ

una dominatio, una virtus, una operatio; impie quamvis nunc etiam agant Severi sdseclae, adversus veritatem coorti, tres substantias in sancta et adoranda Trinitate statuentes. Ex his enim nonnulli, praeter alias suas absurditates, dicunt filium ex patre genitum, et spiritum procedentem, ceu substantiam de substantia; atque ita certe videntur tres substantias adfirmare: et sic ipsos tritheismi morbo laborare haec illorum mentis confessio demonstrat. Nam si una eademque est substantia patris et filii ac spiritus sancti, prorsus et unus Deus recte creditur, ad unum relatis filio ac spiritu, non compositis, ut ait theologus; ne totum dissolvatur, per quae unus colitur...

[QUAESTIO XVI.]

[Sanctae Trinitatis personas utrum appellare oportet substantias, an insubstantivas?]

1.... aut bene se habet: et secundum unum eundemque divinitatis, ut sic appellem motum ac voluntatem, et substantiae unitatem. Quod si tres substantias personarum exhibent, prorsus has alienas et extraneas invicem faciunt, prout ratio intelligendum suadet. Nam cur hae tres sunt, non una? Quod si ita se haberet, tria principia et tres deos invehunt, quamquam eos (haereticos) pudet hoc aperte confiteri. Nos autem, prout a theologo didicimus, adoramus patrem et filium et sanctum spiritum, proprietates discernentes, deitatem unientes: neque in unum tres coagmentamus, ne Sabellii morbo laboremus: neque tres extraneos sibi et alienos dividimus, ne cum Ario insaniamus. Filium autem ex patre genitum Responsio.

(1) Relative ad hunc locum dic in nostro monito XI. pro XVI. Ad rem quod adtinet, scimus etiam Iohannem philoponum fuisse tritheitam, utpote severianum. Et omnino legendus est Damasceni dialogus contra Iacobitas, qui statim ab initio materiam huius loci illustrat.

(2) Hoc loco, ubi fit ab uno ad aliud codicis folium transitio, revera esse operis hiatum, dubitari non potest: nam nec praecedens folium physice cum sequentibus, sed glutine tantum bibliopegi, cohaeret; et cum superior quaestio sit XI, posterior sine ulla interruptione materiae usque ad XVII. quaestionem decurrit: ex quo necessario concludimus contineri in hoc tractu quaestionem XVI, cuius titulum in lacuna demersum coniecturaliter nos supplevimus. Desunt itaque quaestiones XII. XIII. XIV. XV. Nam quod in monito de undecima diximus, id de parte eius tantummodo intelligendum est.

(3) Orat. VI. 22, et alibi, puta orat. XLII. 16. etc.

et spiritum procedentem credimus, ut personam ex persona: non enim naturali conditione comparatum est ut substantia generet. Nisi enim hoc verum esset, deberet omnis homo parere; atque hanc etiam habere naturae suae demonstrativam qualitatem et definitionem. Nam quae naturaliter substantiae insunt, ea speciem quoque universam comitantur: ideoque filius quoque et sanctus spiritus genitiva natura praediti necessario forent. Atqui nihil horum verum est. Non ergo quatenus pater substantia est et quatenus existens, filium genuit, sed quatenus pater est, et secundum huiusmodi relationem.

2. Neque tamen insubstantivas personas credimus, ut saepe dictum est (nemo sermonem nostrum reprehendat), neque item substantias: nam si personam peculiaris character facit, per quem illarum quae unius substantiae dicuntur personarum proprietas agnoscitur; id autem minime efficitur a substantia; utique persona, quatenus persona, non est substantia, sed enhypostaticum quid et substantivum. Ergo quoniam nihil rerum creatarum divinae beataeque naturae inest, ea quippe ad has nullatenus pertinet, sed orationem omnem substantiamque omnem excedit, minime necesse est de singulis personis quaerere utrum substantiae sint an accidens; quoniam et genus, et speciem, et differentiam in illis disquirere ratio nostra cogeretur. Nemo sermonem nostrum vituperet dicentem nunc, non oportere personam substantiae nomine indigitare; cum superius contra dixerimus. Nunc enim ita adfirmat, quia proprie stricteque cuiusque personae notionem sistit, verbisque illas inter se distinguere satagit: idcirco etiam ante definivimus quid sit persona: et omnino de substan-

τοῦ πατρὸς γεγεννῆσθαι καὶ τὸ πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι δοξάζομεν, ὡς ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως· οὔτε γὰρ ἡ οὐσία πέφυκε γεννᾷν· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ὀφείλει καὶ πᾶς ἄνθρωπος τίκτειν, καὶ ἔχειν καὶ τοῦτο γνώρισμα τῆς αὐτοῦ φύσεως συστατικὸν, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ ὅρῳ παραλαμβάνον· τὰ γὰρ φυσικῶς τῇ οὐσίᾳ προσόντα, καὶ παντὶ τῷ εἴδει ἕπονται· καὶ ὁ υἱὸς δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀφείλει γεννητικῆς φύσεως εἶναι· ἀλλὰ μὴν οὐδὲν τούτων ἀληθὲς ὑπάρχει· οὐκοῦν καθὸ οὐσία ἐστὶν ὁ πατὴρ, καὶ ὁ ὢν, γεγέννηκε τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καθὸ πατὴρ καὶ κατὰ τὴν τούτων σχέσιν.

β'. Οὐκ ἀνουσίους δὲ τὰς ὑποστάσεις δοξάζομεν, ὡς πολλάκις εἴρηται (μηδεὶς col. 2. τῷ λόγῳ ἐπιτρεχέτω) οὔτε δὲ οὐσίας· εἰ γὰρ τὴν ὑπόστασιν τὸ ἰδιάζον τοῦ χαρακτῆρος ποιεῖ, δι' οὗ τῶν ἐν τῇ μιᾷ οὐσίᾳ παραδεδομένων προσώπων ἡ ἰδιότης γνωρίζεται· τοῦτο δὲ οὐ πέφυκε ποιεῖν ἡ οὐσία· δηλονότι ἡ ὑπόστασις, ὡς ὑπόστασις, οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' ἐνυπόστατόν τι καὶ οὐσιῶδες πρᾶγμα· οὐκοῦν ἐπείπερ οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς οὖσι πρόσεστι τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ φύσει, κατὰ μηδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐστὶ, καὶ παντὸς λόγου καὶ πάσης οὐσίας ἐπέκεινα· οὐκ ἀνάγκη περὶ ἑκάστης ὑποστάσεως αὐτῆς ζητεῖν, πότερον οὐσία ἐστὶν ἢ συμβεβηκός (1)· ἐπεὶ καὶ γένος καὶ εἶδος καὶ διαφορὰν ἐπ' αὐτῆς πολυπραγμονῆσαι ὁ λόγος ἀναγκάζεται· μηδεὶς δὲ τῷ λόγῳ ἐπιμεμφέσθω φήσαντι μὲν ἐνταῦθα μὴ δεῖν τὴν ὑπόστασιν οὐσίαν εἰπεῖν· ἀνωτέρω δὲ, τὸ ἔμπαλιν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ κυριολεκτῶν τὸ ἑκάστου τούτων σημαινόμενον, καὶ τῷ λόγῳ διιστῶν αὐτὰ ἀπ' ἀλλήλων, ταῦτα εἴρηκεν· ὅθεν καὶ προδιορισμῷ τὸ ὡς ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως ἐχρησάμεθα· καὶ τὸ ἁπλῶς

(1) Quamquam hoc videretur quodammodo ad XI. quaestionem pertinere, minime id tamen credendum est; namque in XI. agitur diserte de Verbi persona, in hac vero XVI. de tribus simul. Et quamquam mox n. 3. redit auctor ad Christi personam, id ex connexione quadam argumenti fit, et ob eam causam praesertim quam dicet in quaestionis XVI. fine. Videsis p. 646. adn. 4. Denique, ut iam diximus, quaestio undecima connecti cum XVII. nequit.

ἐπὶ τῆς οὐσίας εἰπόντες μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν ὡς ὑπόστασιν οὐσίαν ἁπλῶς· ἀνωτέρω δὲ ταύτην εἰρηκότες δύνασθαι φύσιν ἤγουν οὐσίαν τὴν ὑπόστασιν, οὐσίαν μετὰ ἰδιωμάτων ἐσημάναμεν, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν πληθὺν τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων μόνην, ὅπερ ἐστὶ κυρίως τῆς ὑποστάσεως σημεῖον, τῷ λόγῳ καὶ αὐτὰ ἐξ
cod. f. 13 b. col. 1. αὐτῆς διακρίνοντες· καὶ ὡς τοῦ εἴδους κατηγορουμένου κατὰ τῶν ἀτόμων· εἶδος δὲ Χριστῶν οὐχ᾽ ὑπάρχει· ἵνα καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποστάσεως τοῦτο ἔχωμεν· πρᾶγμα γάρ ἐστι μοναδικὸν, ὥσπερ καὶ ἥλιος καὶ σελήνη.

γ΄. Διὰ ταῦτα πάντα τὴν κατὰ Χριστὸν ὑπόστασιν, οὐ δεῖ οὔτε οὐσίαν εἰπεῖν ὡς ὑπόστασιν· τῶν γὰρ ὑπασπιστῶν Εὐτυχοῦς ἐστὶ τοῦτο ματαιοφρονεῖν, μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς δογματιζόντων· οὔτε δὲ πάλιν συμβεβηκὸς, ἀλλὰ πρᾶγμα σύνθετον, ἢ ἄτομον ἐνούσιον ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, καθὼς ἀνωτέρω λέλεκται· ὡς γάρ φησιν ὁ μακάριος Κύριλλος (1), Χριστὸς μονοτρόπως οὐ λέγεται, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ὀνόματι ἑνὶ ὄντι, ἑκατέρων πραγμάτων δείκνυται σημασία θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· οὔτε γὰρ τῶν ὄντων ἕκαστον, ἐπειδὴ οὐσιωδῶς ὑφέστηκεν, ἢ συμβεβηκὸς ὑπάρχει, ἢ ἀνάγκη τὸ μὴ ὂν συμβεβηκὸς, μίαν οὐσίαν ὑπάρχειν· καὶ πᾶσαι δὲ αἱ ἀνωτέρω λεχθεῖσαι μαρτυρίαι πρὸς παράστασιν τοῦ τὴν οὐσιώδη τῶν φύσεων διαφορὰν ἀσυγχύτως ἐν τῷ Χριστῷ σώζεσθαι· ἔτι μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἱκαναί εἰσι πιστώσασθαι τούτου τὴν ἀλήθειαν· ἅς τινας ἢ καὶ ἑτέρας τούτων ἰσοδυνάμους φειδοῖ τοῦ μήκους τοῦ συγγράμματος οὐκ ἐτάξαμεν· καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτου.

δ΄. Ἐπειδὴ δὲ εἰρήκαμεν μὴ εἶναι τὴν ὑπόστασιν ὡς ὑπόστασιν οὐσίαν, δεῖ γινώσκειν, ὅτι δύο σημαίνειν τὸ ὄνομα τῆς ὑποστάσεως οἱ πατέρες εἰρήκασι· καὶ καθ᾽ ἕνα
col. 2. μὲν τρόπον δηλοῦσθαι τὴν χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν, ἥτις κυρίως καὶ ὑπόστασις λέγεται,

(1) Confer scholia opp. T. V. part. 1. p. 780.

tia diximus eam non esse personam, quatenus persona intelligitur, sed substantiam simpliciter. Superius autem, cum adfirmavimus naturae seu substantiae nomine posse personam appellari, tunc inquam substantiam cum idiomatibus suis significare voluimus, non autem characteristicorum idiomatum solam complexionem; quae quidem propria personae notio est; quae ipsa idiomata vi mentis a persona secernimus; siculi fit praedicata specie in individuis. Species vero Christorum non est, ita ut in Christi quoque persona id habeamus. Est enim haec res solitaria, veluti sol ac luna.

3. Propter haec omnia Christi personam, non oportet dicere substantiam, quatenus persona est; etenim Eutychi patrocinantium haec insana sententia est, qui unam deitatis et carnis naturam adfirmant. Sed neque accidens appellanda est, sed res composita, vel individuum enhypostaticum in duabus naturis spectatum, sicuti superius dictum fuit. Namque ut ait beatus Cyrillus, Christus haud sub unica notione dicitur, sed in ipso nomine etsi unico, utriusque rei apparet significatio, deitatis nimirum et humanitatis. Neque enim haec singula, quoniam substantialiter subsistunt, vel accidens sunt; vel necesse est, quod non est accidens unam esse substantiam. Et quidem superiora omnia quae attuli testimonia ad demonstrandum pertinent substantialem naturarum differentiam inconfuse in Christo servari, cuius rei veritatem etiam post unionem valide confirmant. Quamquam praeter ea nonnulla, paris licet ponderis, ob vitandam scripti huius prolixitatem, non adtulimus.

4. Quia vero diximus personam, quatenus est persona, non esse substantiam, sciendum est, patres dixisse nomen personae duplicem habere significatum; et uno quidem characteristicam personam denotari, quae principaliter persona dicitur,

Digitized by Google

et per quam personarum in unica substantia proprietas agnoscitur: veluti peculiare est ac proprium personae patris, ut sit absque principio, et ex nulla causa proveniat: filii item peculiare est ut a patre ait genitus: denique sancti spiritus ut a patre processerit. Hoc a characteristica notione exhibetur. Alia vero ratione substantiam significari a personae vocabulo tradidit nobis sanctus Cyrillus, cum loco substantiae abusive usurpavit personae vocabulum; quam rem testatur, scribens ad Theodoretum, in secundo anathematismo: ostendit enim idem esse dicere naturam Verbi atque hypostasim: ait quippe, locutionem secundum personam nihil aliud innuere, quam Verbi naturam seu hypostasim; quod ipsum Verbum est. Rursusque in scholiis, hypostasim pro natura sumens, ait: quod autem inconfusae maneant naturae seu hypostases, hinc cognoscemus. Item in trigesimo ad reginas capitulo: sicut enim duo principes, qui nullatenus inter se dignitate differant, non unus existimantur, sed vere duo; ita si quid est alii unitum dignitatis ratione, dummodo naturae id est hypostases differant, non sunt unum sed duo. En manifeste docuit pater, se idem dicere naturam Verbi et hypostasim. Et quotquot patres unam Dei Verbi naturam dicunt, id ipsum docent. Nam de filii hypostasi eodem modo loquuntur, naturam pro hypostasi sumentes.

5. Patet autem ex dictis, characteristicam hypostasim non esse substantiam, quatenus hypostasis est. Porro hypostasis idem significat quod persona, sicut etiam substantia idem est quod natura in theologica doctrina. Testis theologus Gregorius, qui in sermone syntactico sic ait: atque ita perficimur, unitatem quidem in substantia agnoscentes et in unica adoratione: trinitatem autem in hypostasibus id est personis ut quibusdam loqui placet. Neque in-

δι' ἧς τῶν ἐν τῇ μιᾷ οὐσίᾳ παραδεδομένων προσώπων ἡ ἰδιότης γνωρίζεται· οἷον ἐξαίρετόν ἐστι καὶ ἴδιον γνώρισμα τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, τὸ ἄναρχος καὶ ἐκ μηδεμιᾶς αἰτίας ὑποστῆναι· τῆς δὲ τοῦ υἱοῦ, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθῆναι· τῆς δὲ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευθῆναι· τοῦτον παρίστησιν ἡ χαρακτηριστικὴ παράστασις· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τὴν οὐσίαν σημαίνειν τὸ τῆς ὑποστάσεως ὄνομα παρέδωκεν ἡμῖν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ἀντὶ οὐσίας καταχρηστικῶς χρησάμενος τῷ τῆς ὑποστάσεως ὀνόματι· καὶ μαρτυρεῖ γράφων πρὸς Θεοδώριτον ἐν τῷ δευτέρῳ ἀναθεματισμῷ (1)· δείκνυσι γὰρ ὡς ταυτόν ἐστι τῷ λέγειν φύσιν λόγου, τὸ λέγειν ὑπόστασιν· φησὶ γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν, οὐδὲν ὑποφαίνοντος ἕτερον, πλὴν ὅτι μόνον ἡ τοῦ λόγου φύσις ἤγουν ὑπόστασις· ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ λόγος· πάλιν ἐν τοῖς σχολίοις (2) τὴν φύσιν ὑπόστασιν λέγων φησίν· ὅτι δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα· καὶ ἐν τῷ πρὸς τὰς βασιλίδας λ' κεφαλαίῳ φησίν· ὥσπερ γὰρ δύο τινὲς ἄρχοντες τῇ τῶν ἀξιωμάτων ἰσότητι κατ' οὐδὲν ἀλλήλων * διενεγκόντες, οὐχ' ἓν νοοῦνται μόνον, ἀλλὰ δύο κατὰ τὸ ἀληθές· οὕτω τὸ συνημμένον τινὰ κατ' ἀξίαν διῃρημένων τῶν φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων, οὐκ εἰσὶν ἓν, ἀλλὰ δύο· ἰδοὺ σαφῶς ἔδειξεν ὁ πατὴρ, ὅτι τὸ αὐτὸ λέγει φύσιν λόγου, καὶ ὑπόστασιν· καὶ ὅσοι δὲ τῶν πατέρων μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου δογματίζουσι, τοῦτο διδάσκουσι· περὶ γὰρ τῆς τοῦ υἱοῦ ὑποστάσεως ταῦτα φασὶ, τὴν φύσιν ἀντὶ ὑποστάσεως παραλαβόντες.

* cod. ἀλλων, sine accentu.

cod. f. 16 a. col. 1.

ε'. Δῆλον δὲ ὅτι τὴν χαρακτηριστικὴν ὑπόστασιν ὁ λόγος παρέστησε μὴ εἶναι οὐσίαν ὡς ὑπόστασιν· ὁμόσημον δέ ἐστιν ἡ ὑπόστασις τῷ προσώπῳ· ὥσπερ καὶ ἡ οὐσία τῆς φύσεως ἐν τῇ θεολογικῇ πραγματείᾳ· καὶ μαρτυρεῖ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ συντακτικῷ φήσας ταῦτα (3)· καὶ οὕτω καταρτιζόμεθα, τὸ μὲν ἓν τῇ οὐσίᾳ γινώσκοντες καὶ τῷ ἀμερίστῳ τῆς προσκυνήσεως· τὰ δὲ τρία ταῖς ὑποστάσεσιν ἤγουν προσώποις ὅ τισι φίλον· μὴ δὲ γὰρ οἱ περὶ ταῦτα ζυγομα-

(1) Opp. T. VI. p. 209. B. Item S. Maximus opp. T. II. p. 277. — (2) Opp. T. V. part. 1. p. 785. B. — (3) Orat. XLII. 16.

χοῦντες ἀσχημονείτωσαν, ὥσπερ ἐν ὀνόμασι κειμένης ἡμῖν τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ ἐν πράγμασι· καὶ ἐν τῷ λόγῳ τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς φησί (1)· μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν τριάδα ὁμολογήσατε· εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ Γρηγόριος δὲ ὁ Νύσσης ἐν τῷ κατηχητικῷ (2) γράφει περὶ φύσεως, λέγει δὲ ταῦτα· καὶ τῆς εὐσεβείας λόγος οἶδε διάκρισιν ὑποστάσεων ἐν τῇ ἑνότητι τῆς φύσεως βλέπειν· ὡς ἂν μὴ τῇ πρὸς τοὺς ἕλληνας μάχῃ, πρὸς ἰουδαισμὸν ἡμῖν ὁ λόγος ὑπενεχθείη· καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ σαφὲς τοῦτο ποιεῖ γράφων ταῦτα (3)· οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐφικτῶν εἰς θεότητος οὐσίαν ἤτοι φύσιν μεταχωρῆσαι δύνασθαί τι τῶν κτισμάτων· ἐν πᾶσι τούτοις διαῤῥήδην ἡ φύσις οὐσίαν δηλοῖ. col. 2. Ταύτας ἔδει τὰς χρήσεις ἀνωτέρω τάξαι ἐν τῷ οἰκείῳ κεφαλαίῳ (4)· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο παραλέλειπται, τὸ ὑστερηθὲν νῦν ἀνεπληρώθη οὐκ ἐν πολὺ ἀπᾴδοντι κεφαλαίῳ.

solenter se gerant contumaces, quasi nobis in vocabulis sita sit religio, non in rebus. Et in sermone de sancta pentecoste ait: divinitatis unius, o homines, trinitatem fateamini; vel si vultis, unius naturae. Tum etiam Gregorius nyssenus in catechetico de natura scribens, eadem dicit, nempe quod orthodoxa doctrina scit differentiam personarum in unitate naturae spectare; ne dum cum ethnicis pugnam conserimus, ad iudaismum oratio nostra delabatur. Denique beatus Cyrillus in epistola ad Sucensum palam hoc facit ita scribens: non enim fieri potest ut in deitatis substantiam seu naturam creatura aliqua transeat. In his omnibus natura diserte substantiam significat. Et has sane auctoritates superius oportuisset in proprio capitulo collocare; sed quia id omissum fuit, nunc demum in hoc haud valde dissimili capitulo suppletum est.

### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΖ'.

### QUAESTIO XVII.

Ἐπειδή περ τινὲς τῶν ἀπὸ Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου τῶν δυσσεβῶν ἐπιλαμβάνονται τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου, καὶ φασὶ κακῶς ἐκδεδωκέναι αὐτὴν ἐν τῷ οἰκείῳ ὅρῳ, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, τί δεῖ πρὸς τούτους ἀπολογεῖσθαι; ἐκ τούτων γὰρ λαβόντες ἀφορμὴν, ἐπιχειροῦσι λέγειν ὡς δύο φύσεις δοξάζει ἐν ἰδιάζουσι προσώποις θεωρουμένοις.

Quia nonnulli impiorum Eutychis et Dioscori discipuli sanctam chalcedonensem synodum reprehendunt, aiuntque pravam edidisse definitionem, quum contra potius utriusque naturae proprietatem servaverit, quamnam oportet nos adversus istos apologiam instituere? Hinc enim ansam sumunt dicendi, duas naturas synodum in propriis sic spectatis personis credere.

Ἀπόκρισις. α'. Θαυμάζω τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τὴν ἐθελόκακον γνώμην· πῶς τῆς ἁγίας συνόδου παντοίως καὶ διὰ τοσούτων ἐξασφαλισαμένης καὶ μηδεμίαν καθ' ἑαυτῆς λαβὴν παρασχούσης, οἱ πρὸς τὴν ἀλήθειαν φιλεχθρῶς ἔχοντες, καὶ τῆς Εὐτυχοῦς μυσαρᾶς αἱρέσεως ὑπασπισταὶ, παραιτούμενοι τὴν εὐσεβῆ τῶν δύο φύσεων φωνὴν, μάτην κατηγοροῦσι τῶν παρ' αὐτῆς εἰρημένων· καὶ ὄντως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσι, καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οἱ τοιοῦτο ληροῦντες κατὰ

1. Miror huiusmodi hominum malignam sententiam; quomodo sancta synodo quaqueversus et tanta auctoritate suffulta, nullamque reprehensioni ansam exhibente, hi tamen cavillosi veritatis hostes, et nefandae Eutychis haereseos defensores, respuentes piam duarum naturarum locutionem, temere definitiones eius detrectant. Atqui vere aranei telam texunt, et in aquis scribunt, qui talia adversus sanctam synodum nugantur. Nam quum sint lippiente Responsio.

(1) Orat. XLI. 8. — (2) Cap. I. edit. paris. T. II. p. 477. — (3) Opp. T. V. part. 2. p. 140. A. — (4) Intelligit quaestionem XI. Atque hinc satis cognoscimus, cur in hac quaestione XVI. nonnulla sint quae ad undecimae argumentum referuntur. Dicit enim ipse auctor utramque quaestionem partim esse similes.

anima, oculos habent et nihil intelligunt. Nisi enim propriae definitioni ea synodus praeposuisset patrum nicaenorum cccxviii., itemque patrum constantinopolitanae synodi symbolum, et nisi illos se omnino sequi esset professa; nisi acta ephesina adversus impium Nestorium adprobasset, unam personam et unum eundemque dominum nostrum Iesum Christum perfectum in divinitate et eundem perfectum in humanitate concorditer praedicasset; nisi in multis illic habitis sermonibus Nestorio eiusque irreligiosis dogmatibus anathema dixisset, locus esset accusantium sermoni, et divisionis suspicio subesset. Sin potius necessariam chalcedonensibus patribus hanc locutionem effecit prava Eutychis sententia, cur hi synodum temere vituperant? Recte quippe intelligens divinum incarnationis mysterium, praeclare nobis tradidit unam hypostasim unamque personam inconfuse et inconvertibiliter et indivisibiliter in duabus naturis agnoscendam, servata apprime utriusque naturae proprietate; atque ita rectà contradicens Eutychis Nestoriique vesaniae. His enim verbis utriusque aequaliter vitium profligat. Nestorium quidem dispellit blaspheme dividentem unum Christum in Deum seorsum, et in hominem seorsum; dispellit, inquam, dicendo unam hypostasim unamque personam, et unum eundemque se confiteri dominum nostrum Iesum Christum: Eutychem vero unam naturam divinitatis et humanitatis profitentem, nihilque eum a Virgine sumpsisse; hunc, inquam, retundit duas naturas inconfuse et inconvertibiliter atque inseparabiliter unitas dicendo in una hypostasi, incolumi utriusque naturae proprietate, cuius rei causa synodum hi sycophantae accusaverunt.

2. Audiant accusatores quibus verbis ea quae ipsi prave intelligunt synodus dixerit, neque locutiones nobis exhibeant mutilatas: « consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem no-

τῆς ἁγίας συνόδου· τὴν γὰρ ψυχὴν λημῶντες, ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ οὐ κατανοοῦσιν· εἰ μὴ γὰρ τῷ οἰκείῳ ὅρῳ προέταξεν ἡ σύνοδος τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη΄ ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ σύμβολον, καὶ τούτοις ἐν πᾶσιν ἀκολουθεῖν ὡμολόγησεν· εἰ μὴ τὰ ἐν Ἐφέσῳ πραχθέντα κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου ἠσμένισεν, ἓν πρόσωπον, cod. f. 14. b. col. 1.
καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τέλειον ἐν θεότητι καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι τὸν αὐτὸν συμφώνως ἐκήρυξεν· εἰ μὴ ἐν πολλοῖς τῶν ἑαυτῆς λόγων Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων ἀνεθεμάτισε, χώραν εἶχε τῶν κατηγόρων ὁ λόγος, καὶ τῆς διαιρέσεως ἡ ὑπόνοια· εἰ δὲ ἀναγκαίαν αὐτοῖς τὴν τοιαύτην ἐποίησε φωνὴν ἡ Εὐτυχοῦς κακοδοξία, τί μάτην αὐτῆς ἐπιμέμφονται; ὀρθῶς γὰρ κατανοήσασα τὸ θεῖον τῆς ἐνανθρωπήσεως μυστήριον, καλῶς ἡμῖν * παρέδωκαν μίαν * cod. ὑμᾶς.
ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον· καίτοι σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, ἐκ διαμέτρου ἀντικατασταθεῖσα τῇ τε Εὐτυχοῦς καὶ Νεστορίου φρενοβλαβείᾳ· τὸ γὰρ ἀμφοτέρων ἐπίσης διὰ τῶν τοιούτων φωνῶν ἀνατρέπει κακόν· Νεστόριον μὲν ἐκβάλλει δυσφήμως διαιροῦντα τὸν ἕνα Χριστὸν εἰς θεὸν ἰδικῶς καὶ ἄνθρωπον ἰδικῶς, διὰ τοῦ εἰπεῖν μίαν ὑπόστασιν καὶ ἓν πρόσωπον, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· Εὐτυχέα δὲ μίαν φύσιν τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος ὁμολογήσαντα, ἤτοι κατὰ τροπὴν ἢ σύγχυσιν, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς παρθένου τὸν λόγον λαβόντα, διὰ τοῦ εἰπεῖν δύο φύσεις ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως καὶ ἀδιαιρέτως ἡνωμένας ἐν μιᾷ ὑποστάσει· καὶ τὸ σωζομένης δὲ τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, δι' ἣν οἱ συκοφάνται αὐ- col. 2.
τῆς κατηγόρησαν.

β΄. Ἀκουέτωσαν δὲ οἱ κατήγοροι πῶς τὰ παρ' αὐτῶν κακῶς νοηθέντα εἴρηκεν ἡ σύνοδος, καὶ μὴ τὰς λέξεις ἡμῖν παρατιθέτωσαν περικεκομμένως· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν

κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅμοιον ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου καὶ θεοτόκου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν υἱὸν κύριον μονογενῆ ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίστως γνωριζόμενον· οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ θεὸν λόγον καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καθάπερ ἄνωθεν οἱ προφῆται περὶ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς ἡμᾶς Ἰησοῦς Χριστὸς ἐξεπαίδευσε, καὶ τὸ τῶν πατέρων ἡμῶν παραδίδωκε σύμβολον. „ Εἰ οὖν εἰς μίαν ὑπόστασιν φησὶν ἑκατέραν φύσιν συνεληλυθέναι, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν μονογενῆ λόγον, καὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Χριστοῦ τὰς δύο γεννήσεις ὁμολογεῖ, μίαν μὲν τὴν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, ἑτέραν δὲ τὴν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ τῆς παρθένου μητρὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, ποῦ χώραν
cod. f. 15. a. col. 1. ἔχει τῆς διαιρέσεως ἡ ὑπόνοια; ἀγνοοῦσι δὲ οἱ ἄφρονες, ὅτι τοῖς τῶν ἁγίων ἐντετύχηκε συγγράμμασι καὶ τοιαῦτα γέγραφε καὶ μαρτυρεῖ ὁ πολὺς τῷ πνεύματι Ἀθανάσιος, τοιαῦτα εἰπὼν ἐν τῷ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. " Ταῦτα ἀναγκαίως προεξητάσαμεν· ἵνα ἐὰν ἴδωμεν αὐτὸν δι' ὀργάνου τοῦ ἰδίου σώματος θεικῶς πράττοντα ἢ λέγοντα τινά, γινώσκομεν ὅτι θεὸς ὢν ταῦτα ἐργάζεται· καὶ πάλιν ἐὰν ἴδωμεν αὐτὸν δι' ὀργάνου τοῦ ἰδίου σώματος ἀνθρωπίνως λαλοῦντα ἢ πάσχοντα, μὴ ἀγνοῶμεν αὐτὸν, ὅτι σαρκοφόρος γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ οὕτω ταῦτα καὶ ποιεῖ καὶ λέγει· καὶ ἑκάστου γὰρ τὸ ἴδιον γινώσκοντες, καὶ ἀμφότερα ἐξ ἑνὸς πραττόμενα βλέποντες καὶ νοοῦντες, ὀρθῶς πιστεύομεν καὶ οὔποτε πλανηθείημεν. „

bis secundum humanitatem, per omnia similem nobis, excepto peccato: ante saecula quidem ex patre genitum secundum divinitatem; in fine autem temporum, eundem pro nobis et propter nostram salutem ex Maria virgine ac deipara secundum humanitatem, unum eundemque Christum filium, dominum, unigenitum, in duabus naturis inconfuse, indivisibiliter, inseparabiliter agnoscendum; non sublata propter unionem differentia naturarum, sed conservata potius utriusque naturae proprietate, in unam personam unamque hypostasim concurrentis; non in duas personas divisum, sed unum eundemque filium unigenitum Deum Verbum ac dominum Iesum Christum, prout antiquitus prophetae de eo, et ipse nos Iesus Christus docuit, et patrum nostrorum tradidit symbolum. » Si ergo in unam hypostasim dicit synodus utramque naturam convenisse; et unum eundemque esse dominum Iesum Christum, unigenitum Verbum, atque unius eiusdemque Christi duas nativitates confitetur, unam ante saecula ex patre secundum divinitatem; alteram extremis temporibus propter nos et propter nostram salutem ex virgine matre secundum humanitatem, quomodo locus sit suspicioni de divisione? Ignorant porro hi stulti, quod sanctorum consonat scriptis synodus; quodque talia scripserit testatusque sit plenus ille spiritu Athanasius, dum ait in sermone de verbis illis *Verbum caro factum est:* « haec necessario antea disquisivimus, ut cum viderimus eum proprii corporis organo divina facientem aut dicentem, sciamus Deum esse qui talia operatur. Rursusque si eum viderimus proprii corporis organo humana loquentem aut patientem, haud ignoremus ipsum fuisse in carne hominem; atque ita haec facere ac loqui. Nam naturae utriusque proprium agnoscentes, et utramque actionem ab uno peractam cernentes atque intelligentes, recte credimus, et numquam exerrabimus. »

*Auctoritatum quae sequuntur, utpote editarum, una fortasse excepta, nonnisi titulos et initia clausulasque adscribam, lectores nimirum ad operum editiones intento digito amandans.*

3. Eiusdem ex tertio adversus haereses sermone, contra Paulum samosatensem. Namque et ipse apostolus – in aeternum fiunt.

γ'. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς τὰς αἱρέσεις γ' λόγου, κατὰ Παύλου τοῦ σαμοσατέως. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ ἀπόστολος – εἰς τοὺς αἰῶνας γίνονται (1).

Sancti Gregorii theologi ex secunda oratione de filio. Deus dicetur non Verbi quatenus visibile est – nominum copulatio.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου ἐκ τοῦ περὶ υἱοῦ δευτέρου λόγου. Θεὸς ἂν λέγοιτο οὐ τοῦ λόγου τοῦ ὁρωμένου – ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίζευξις (2). col. 2.

Sancti Gregorii episcopi Nyssae ex sermone contra Eunomium. Quum audierimus quod lux – Dei autem operationem.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Εὐνομίου. Ὅταν μὲν ἀκούωμεν ὅτι φῶς – τοῦ δὲ θεοῦ τὴν ἐνέργειαν (3).

Sancti Cyrilli episcopi Alexandriae ex epistola secunda ad Sucensum. Si enim unus dicatur a nobis – secundum id quod diximus.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Σούκενσον. Εἰ γὰρ εἷς λέγοιτο πρὸς ἡμῶν – ἀποδοθέντα λόγον (4). cod. f. 75. b. col. 1.

Eiusdem ex sermone ad monachos qui erant Constantinopoli. Suppetias feret et concertabit sermoni huic etiam sapientissimus Iohannes, propemodum coacervans naturas colligansque ad unionem proprietatum ambabus haerentium vim.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ πρὸς τοὺς ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναχοὺς λόγου (5). Ἐπαγωνιεῖται δὲ καὶ συναθλήσει τῷ λόγῳ καὶ ὁ σοφώτατος Ἰωάννης, μονονουχὶ καὶ συναγείρων τὰς φύσεις καὶ συνδέων εἰς ἕνωσιν τῶν ἑκατέρῳ προσόντων ἰδιωμάτων τὴν δύναμιν.

Eiusdem ex sermone secundo adversus Nestorium. Desine naturas dividere – hominem prorsus adoras.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ β' λόγου τοῦ κατὰ Νεστορίου. Παῦσαι διαιρῶν τὰς φύσεις – ἀνθρωπολατρεῖς, ὁμολογουμένως (6).

Eiusdem ex sermone quinto adversus Nestorium. Si ergo nonnulli sunt – potentiam Dei.

Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ε' λόγου τοῦ κατὰ Νεστορίου. Εἰ μὲν οὖν τινές εἰσιν – τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ (7). col. 2.

*Deinde operis auctor ita concludit.*

Atque haec quidem, o sanctissimi, pro ingenii mei modulo comperire potui ex praeditorum divina sapientia patrum doctrinis, Dei auxilio per sanctas vestras preces mihi favente.

Καὶ ταῦτα μέν, ἁγιώτατοι, τὰ παρ' ἐμοῦ κατὰ τὴν ἀναλογοῦσαν τῇ μετρίᾳ μου καταστάσει δύναμιν, ἐξ ὧν εὑρεῖν δεδύνημαι διδαγμάτων τῶν θεοσόφων ἡμῶν πατέρων, χειραγωγηθεὶς τῇ τοῦ θεοῦ βοηθείᾳ διὰ τῶν ἁγίων ὑμῶν προσευχῶν.

(1) Nempe Athanasii contra Arianos orat. III. n. 34, quod opus interdum in codicibus inscribitur *contra omnes haereses*. — (2) Orat. XXX. 8. ed. Maur. p. 545. — (3) Sub initio sermonis quarti contra Eunomium ed. paris. T. II. p. 165. C. — (4) Opp. T. V. part. 2. p. 143. A. — (5) Non extat in Cyrilli editionibus sermo vel liber cum huiusmodi titulo. — (6) Opp. T. VI. p. 50. A. p. 51. D. p. 60. D. — (7) Opp. T. VI. p. 132. D.

### ΕΡΩΤΗΣΙΣ ΙΗ'.

Ἐπειδὴ τινὲς ἐπιμέμφονται τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ ὡς ἀκρίτως καὶ ἀκανονίστως δεξαμένῃ Θεοδώριτον καὶ Ἴβαν· τί χρὴ πρὸς τούτους λέγειν;

Ἀπόκρισις. α'. Ἐὰν εὐσυνειδήτως τοὺς λόγους τῶν πατέρων σκοπήσωμεν, τὸν θεῖον ἔχοντες φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν, εὑρήσομεν ὅτι οὐκ ἀκρίτως οὗτοι, καθὼς τὰ ὑπομνήματα δηλοῖ, παρεδέχθησαν· πολλῆς γὰρ περὶ
cod. f. 16. a. col. 1. αὐτῶν ἀντιστάσεως γινομένης ὑπὸ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ὡς περὶ αἱρετικῶν, ἀναθεματίσαντες τὸν παράφρονα Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, εἰς ἃ καὶ διεβάλλοντο, κανονικῶς εἰσεδέχθησαν· Θεοδώριτος γὰρ πρότερον ἐν Ῥώμῃ Νεστόριον μετὰ τῶν ἀθέων αὐτοῦ δογμάτων ἀνεθεμάτισε· καὶ δεχθεὶς παρὰ τοῦ τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης πάπα Λέοντος, ὕστερον ἐν Χαλκηδόνι ἐδέχθη, πάλιν ἀναθεματίσας αὐτὸν μετὰ τῆς αὐτοῦ βλασφημίας· καὶ μαρτυροῦσι τὰ ἐν Χαλκηδόνι συστάντα περὶ αὐτοῦ ὑπομνήματα, τὰ καὶ ἐμφερόμενα ἐν τῷ τέλει τῆς ὀγδόης πράξεως· εἰσὶ δὲ ταῦτα.

β'. Οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· Θεοδώριτος ἄρτι ἀναθεματισάτω. Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος παρελθὼν ἐν τῷ μέσῳ εἶπε· καὶ δεήσεις ἀπέδωκα τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ, καὶ λιβέλλους ἐπιδέδωκα τοῖς ἐπισκόποις τοῖς διέπουσι τὸν τόπον τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Λέοντος· καὶ εἰ δοκεῖ ὑμῖν ἀναγινωσκέσθωσαν a) ἐφ' ὑμῶν, καὶ μανθάνητε ὅπως φρονῶ· οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι εἶπον· ἀναγνωσθῆναι οὐδὲν θέλομεν, Νεστόριον ἀναθεμάτισον· Θεοδώριτος εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐγὼ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν καὶ παρὰ ὀρθοδόξοις ἀνετράφην καὶ ὀρθοδόξως ἐκήρυξα· καὶ οὐ μόνον Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ, ἀλλὰ καὶ πάντα ἄνθρωπον μὴ φρονοῦντα
col. 2. ὀρθῶς ἀποστρέφομαι καὶ ἀλλότριον ἡγοῦμαι·

### QUAESTIO XVIII.

Quia nonnulli reprehendunt chalcedonensem synodum, quasi temere et contra canones ad communionem admiserit Theodoretum et Ibam, quidnam iis respondendum est?

1. Si sapiente iudicio sermones sanctorum patrum spectaverimus, Dei timorem prae oculis habentes, comperiemus praedictos viros duos non temere, prout actus synodici ostendunt, fuisse receptos. Etenim multa de his controversia habita a synodi patribus, tamquam si haeretici essent, quum ipsi anathema Nestorio insano dixissent eiusque impiis dogmatibus, quorum causa accusabantur, ad communionem admissi fuerunt. Etenim Theodoretus primo Romae Nestorium cum suis irreligiosis dogmatibus anathematizaverat, receptusque a veteris Romae papa Leone, postea Chalcedone quoque receptus fuit, postquam denuo Nestorium anathematizavit cum eius blasphemia; cuius rei testes sunt qui Chalcedone confecti fuerunt de illo commentarii, qui in octavae actionis fine referuntur. Ita vero se habent. Responsio.

2. Religiosissimi episcopi clamaverunt: Theodoretus modo anathema dicat. Theodoretus religiosissimus episcopus procedens in medium dixit: preces obtuli augusto et piissimo imperatori, et libellos tradidi episcopis qui locum tenent Deo carissimi episcopi Leonis: et si vobis videtur, praelegantur, ut dogma meum cognoscatis. Piissimi episcopi dixerunt: nihil legere volumus; Nestorio dic anathema. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: ego per Christi gratiam, apud orthodoxos fui educatus, et orthodoxiam docui: et non Nestorium tantummodo atque Eutychem, sed quemvis hominem non recte sentientem aversor, et alienum iudico. Quae quum diceret, religiosissimi episcopi clamave-

a) Edd. perperam ἀναγινώσκονται.

Digitized by Google

runt: aperte dic anathema Nestorio eiusque dogmatibus. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: haud hercle id dicam, nisi prout scio placere Deo, vobis persuaserim, me neque civitatis curam ullam gerere, neque ob hanc causam huc advenisse. Sed quia calumnia appetitus fui, adsum ob demonstrandum me esse orthodoxum, meque Nestorio, et Eutychi, et cuivis homini duos filios dicenti, anathema dicere. Haec eo dicente, religiosissimi episcopi clamaverunt: aperte dic anathema Nestorio, eiusque dogmatibus, et omnibus qui eius sententiam fovent. Theodoretus pientissimus episcopus ait: ego nisi exposuero quomodo credo, non dico; credo autem. Quod dum diceret, religiosissimi episcopi clamaverunt: hic est haereticus, hic est nestorianus; haereticum foras expelle. Theodoretus religiosissimus episcopus dixit: anathema Nestorio, et cuicumque sanctam virginem non dicenti deiparam, et in duos filios dividenti unicum dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum. Ego vero et fidei definitioni subscripsi, nec non epistolae Deo carissimi et sanctissimi archiepiscopi domini Leonis; atque ita sentio, et sic credo, et post haec omnia salutem consequi spero. Post admissum itaque anathematismum, et Deo carissimorum episcoporum de illo suffragium, illustrissimi praesides dixerunt: ex norma iudicii sanctae synodi Theodoretus religiosissimus ecclesiam Cyri civitatis recuperabit.

3. Atque ita ex chalcedonensibus actibus latius demonstratum est, haud temere a sancta synodo Theodoretum fuisse receptum. Ego vero etiam incidi in eiusdem ad Sporacium scriptum (qui unus erat ex congregatis in ea synodo illustrissimis praesidibus) quo ex scripto comperi, Theodoretum tuto animo, impium Nestorii dogma

καὶ ἐν τῷ λέγειν, αὐτὸν οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· φανερῶς εἰπὲ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ· Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐπ' ἀληθείας οὐ λέγω, εἰ μὴ ὡς οἶδα ἀρέσκειν Θεῷ πείσω ὑμᾶς, ὅτι οὔτε πόλεως a) φροντίζω, οὔτε διὰ τοῦτο παρεγενόμην· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐσυκοφαντήθην, ἦλθον πληροφορῆσαι ὅτι ὀρθόδοξός εἰμι, καὶ ὅτι Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ καὶ πάντα ἄνθρωπον δύο υἱοὺς λέγοντα ἀναθεματίζω· καὶ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· φανερῶς εἰπὲ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς φρονοῦσι τὰ αὐτοῦ· Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐγὼ ἐὰν μὴ ἐκθῶμαι ὅπως πιστεύω, οὐ λέγω· πιστεύω δέ· καὶ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν, οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· οὗτος αἱρετικός ἐστιν· οὗτος νεστοριανός ἐστι· τὸν αἱρετικὸν ἔξω βάλε· Θεοδώριτος εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ τῷ μὴ λέγοντι θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, καὶ τῷ εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντι τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ· ἐγὼ δὲ καὶ ἐν τῷ ὅρῳ τῆς πίστεως ὑπέγραψα, καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου κυρίου Λέοντος· καὶ οὕτως φρονῶ, καὶ οὕτως πιστεύω, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα σωθήσεσθαι προσδοκῶ· b) καὶ μετὰ τὴν ἐν τῷ ἀναθεματισμῷ ἀποδοχὴν καὶ cod. f. 16. b. col. 1. τὴν ἐπ' αὐτῷ ψῆφον τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· κατὰ τὴν κρίσιν τῆς ἁγίας συνόδου Θεοδώριτος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν c) Κύρου τῆς πόλεως ἀπολήψεται.

γ'. Καὶ οὕτω μὲν ἐκ τῶν ἐν Χαλκηδόνι πεπραγμένων πλατυτέρως διέδεικται, ὡς οὐκ ἀκρίτως ἡ ἁγία σύνοδος ἐδέξατο Θεοδώριτον. Ἐγὼ δὲ τοῖς πρὸς Σποράκιον τὸν Πατρίκιον γραφεῖσιν αὐτῷ (εἷς δὲ ἦν οὗτος τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνειλεγμένων ἐνδοξοτάτων ἀρχόντων) ἐνέτυχον· καὶ εὗρον αὐτὸν ὁλοψύχως τὸ ἀσεβὲς Νεστορίου δόγμα

a) Ed. τιμῆς *honoris*. Sed infra confirmatur lectio πόλεως. — b) Perperam in edd. graece et latine καὶ μετὰ ταῦτα πάντα σώζεσθαι in marg. σώζεσθε) sine προσδοκῶ: *et post haec omnia dixit salvete*. Quod satis est ridiculum. — c) Desunt in cod. duo praecedentia verba.

μυσαττόμενον· καὶ πρὸς ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων, ὀλίγα ἐξ αὐτῶν παρατίθημι.

Θεοδωρίτου ἐκ τῶν πρὸς Σποράκιον.

Νεστόριόν που πάντως ἀκούετε κ. τ. λ. εἰ γὰρ τοῦτο, ἀνέγκλητος Ἕλλην μητέρα θεοῖς ἐπεισάγων (1).

cod. I. 17. a. col. 1. δ′. Καὶ ταῦτα μὲν οὗτος φησίν· ἐναργεστέραν δὲ ταύτης τῆς ἀποδείξεως οὐκ ἂν οἶμαι δεηθείη ὁ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς καὶ πᾶσαν φιλονεικίαν ἀποστρεφόμενος, ὅτι ἀπεστρέφετο τὸ Νεστορίου μυσαρὸν δόγμα Θεοδώριτος· καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου ἐδέχθη. Τοῦτο δὲ καὶ περὶ Ἴβα ἔξεστι κατανοῆσαι, ὡς οὐκ ἀκρίτως καὶ αὐτὸς εἰσεδέχθη παρὰ τῇ συνόδῳ· ἐν γὰρ τῇ δεκάτῃ πράξει πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἐβόησαν· πάντες τὰ αὐτὰ λέγομεν, Ἴβας Νεστόριον ἄρτι ἀναθεματισάτω· Εὐτυχέα καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ ἀναθεματίσῃ· Ἴβας ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπεν· καὶ δὴ ἐγγράφως ἀναθεμάτισα Νεστόριον καὶ τὸ δόγμα αὐτοῦ, καὶ νῦν ἀναθεματίζω αὐτὸν μυριάκις· τὸ γὰρ ἅπαξ μετὰ πληροφορίας γινόμενον, κἂν μυριάκις γένηται, οὐ λυπεῖ· καὶ ἀνάθεμα Νεστορίῳ καὶ Εὐτυχεῖ

col. 2. καὶ τῷ λέγοντι μίαν φύσιν, καὶ πάντα δὲ τὸν μὴ φρονοῦντα, ὡς φρονεῖ ἡ ἁγία σύνοδος, ἀναθεματίζω.

ε′. Θαυμάζω τοίνυν πῶς μετὰ τοσαύτην ἐξέτασιν καὶ ἀκριβείας ἔρευναν καὶ ἀναθεματισμὸν Νεστορίου καὶ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, ὡς ἀκανόνιστον διαβάλλουσι τὴν ἁγίαν σύνοδον οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι, μεμφόμενοι τὴν τῆς ἐπισκοπῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν ἀποκατάστασιν ὡς ἀκρίτως γενομένην· καὶ νομίζω μὲν αὐτοὺς ἐκ διαθέσεως καὶ ὁλοψύχως τὸν ἀναθεματισμὸν πεποιηκέναι τοῦ μυσαροῦ τούτου φρονήματος· εἰ δέ τις ἐφώρασεν αὐτοὺς, ἢ ἀπὸ συγγράμματος αὐτῶν, ἢ ἀπὸ λόγου μετὰ τὴν σύνοδον τὴν τοιαύτην

odisse. Quod ut demonstrem, pauca inde sumens exponam.

Theodoreti ex iis quae scripsit ad Sporacium.

Nestorium prorsus auditis etc. Si hoc ita se habet, culpa caret ethnicus, qui matrem deorum introducit.

4. Atque haec quidem iste ait. Evidentiorem autem hac demonstrationem non postulabit, ut arbitror, veritatis amator, et omni contentionis studio alienus, quod nempe abominandum Nestorii dogma aversatus fuerit Theodoretus, ideoque a chalcedonensi sancta synodo susceptus sit. Idem de Iba quoque cogitare licet, quod nempe nc ipse quidem indiscrete a synodo receptus fuerit. Namque in actione decima cuncti religiosissimi episcopi clamaverunt: omnes eadem dicimus: Ibas Nestorium nunc anathematizet. Eutychem eiusque dogma anathematizet. Ibas religiosissimus episcopus dixit: iam scripto anathema dixi Nestorio eiusque dogmati; et nunc etiam millies eum anathematizo. Nam quod semel cum persuasione actum fuit, etiam millies repetere non est molestum. Anathema igitur Nestorio, et Eutychi, et cuilibet dicenti unam naturam: denique quemlibet diversam a sancta synodo sententiam gerentem anathematizo.

5. Miror itaque quomodo post talem disquisitionem, et accuratam indaginem, dictumque Nestorio et dogmatibus eius anathema, tam irregularem traducant sanctam synodum veritatis hostes, reprehendentes praedictorum virorum in episcopalem gradum restitutionem, ceu temere factam. Et sane existimo ipsos, consensu mentis totaque anima anathema dixisse huic execrandae opinioni detestandi dogmatis pronunciasse: sed si forte aliquis deprehendit illos vel scripto vel verbis post synodum

(1) Extat totus hic locus in editione Theodoreti per Sirmondum T. IV. p. 696-698. B. De hac autem ad Sporacium epistola legendus est Garnerius in auctario ad Theodoretum opp. T. V. p. 251. seqq. qui frustra dicit esse spuriam, contradicente nunc etiam Anonymo nostro, qui a Theodoreti ipsius aetate parum abest.

hanc impietatem retinentes, non est idcirco sacra synodus culpanda, quasi inconsulto erga illos se gesserit. Namque et inter Nicaeae CCCXVIII. sanctos patres, septem circiter comperimus, Arii doctrinam adeo retinuisse, ut mala multa adversus Dei ecclesiam patraverint: qui quidem timore depositionis, definitioni subscripserant; quin tamen ob eam rem sanctam illam vituperare synodum liceat; (homo enim faciem, Deus cor videt) aut eius accuratam agendi rationem circa Theodoretum et Ibam; etiamsi forte ex illorum post synodum sermonibus visi essent Nestorii errorem fovere; quod nemo facile demonstrabit. Immo vero mirabilis fuit synodi sedulitas, quia quum Theodoretus Romam ivisset expostulaturus apud papam Leonem factam sui a Dioscoro depositionem, ibique scripto Nestorium cum suis impiis dogmatibus anathemati subiecisset, atque ita susceptus fuisset; nihilominus quasi nihil de eo coram Romanis actum fuisset, tamquam adhuc iudicio obnoxium, aegre illum admisit; et post actionum synodicarum confectionem, anathematismos ab eo aliisque exegit.

φρονήσαντας ἀσέβειαν, οὐ δεῖ κατεγκαλεῖν περὶ τούτου τῆς ἁγίας συνόδου ὡς ἄκριτόν τι περὶ αὐτῶν διαπραξαμένης· εὑρίσκομεν γὰρ καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη´ ἁγίων πατέρων περὶ ζ´ τὸν ἀριθμὸν (1) τὰ Ἀρείου πρεσβεύσαντας, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, ὡς πολλὰ κακὰ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ἐπιδείξασθαι· οἵ τινες φόβῳ τῆς καθαιρέσεως, τῷ ὅρῳ καθυπέγραψαν· καὶ οὐ δεῖ παρὰ τοῦτο αἰτιᾶσθαι τὴν ἁγίαν ἐκείνην σύνοδον· ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ· ἢ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἐπὶ τοῖς ἀκριβῶς πεπραγμένοις ἐπὶ Θεοδωρίτῳ καὶ Ἴβᾳ· εἴ γε ἐκ τῶν ἐκείνων λόγων μετὰ τὴν σύνοδον ἐφωράθησαν οὗτοι τὰ Νεστορίου φρονοῦντες· ὅπερ οὐδὲ εὐχερές ἐστι δεῖξαι τινί· καὶ ἔστι θαυμάσαι τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἁγίας συνόδου, ὅτι Θεοδωρίτου κατὰ τὴν Ῥώμην γενομένου, καὶ αἰτιασαμένου παρὰ τῷ ἁγιωτάτῳ πάππᾳ Λέοντι τὴν ἐπ᾽ αὐτῷ γενομένην καθαίρεσιν παρὰ Διοσκόρου, καὶ ἐγγράφως ἀναθεματίσαντος Νεστόριον μετὰ τῶν ἀσεβῶν αὐτοῦ δογμάτων, καὶ οὕτω δεχθέντος, ὡς μηδενὸς εἰς αὐτὸν γενομένου παρουσίᾳ τῶν Ῥωμαίων, ὡς κριθησόμενον, καὶ μετὰ δυσχερείας ἐδέξατο αὐτὸν, καὶ μετὰ δὲ τὴν ἀναγκαίαν αὐτῆς πραγμάτων διατύπωσιν, ἀναθεματισμούς τε αὐτὸν καὶ ἄλλους εἰσπράττεται. cod. f. 17. b. col. 1.

6. Epistolae diversorum episcoporum scriptae ad Petrum Antiochiae episcopum, cognomento Fullonem, quod non oporteat passionem trisagio obtrudere, additamento illo « qui crucifixus es pro nobis » quod Petrus ipse haereticus attexendum curaverat.

ς´. Ἐπιστολαὶ διαφόρων ἐπισκόπων γραφεῖσαι πρὸς Πέτρον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τὸν ἐπίκλην γναφέα· ὅτι οὐ δεῖ πάθος τῷ τρισαγίῳ συνάπτειν διὰ τῆς προσθήκης “ ὁ σταυρωθεὶς δι᾽ ἡμᾶς „ ἣν αὐτὸς Πέτρος αἱρετικὸς προσέθηκεν.

Anteonis episcopi Arsinoës ad Petrum Antiochiae episcopum.

Ἀντέωνος ἐπισκόπου Ἀρσενόης πρὸς Πέτρον ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας (2).

7. Sancti Gelasii Romae episcopi exemplar epistolae ad Syriae episcopos missae.

ζ´. Τοῦ ἁγίου Γελασίου ἐπισκόπου Ῥώμης ἴσον ἐπιστολῆς πεμφθείσης τοῖς τῆς Συρίας ἐπισκόποις (3). cod. f. 18. a. col. 1.

(1) Leontius in apologia concilii chalcedonensis dicit ιζ´ septemdecim.

(2) Extat haec Anteonis epistola in editione veneta Zattae conciliorum T. VII. p. 1125.

(3) Ut iam in monito praevio dixi, non extat haec Gelasii papae romani epistola inter inter illas quae sunt typis evulgatae. Ceteroquin latina illa, quae in cit. conciliorum tomo legitur col. 77-82. ad orientales scripta multam huic nostrae lucem affundit. Certe plures de hoc argumento Gelasii epistolas (quarum una sine dubio haec nostra vaticana est) memorat Gennadius cap. XCIV: *Gelasius urbis Romae episcopus adversus Petrum et Acacium scripsit epistolas, quae hodie in ecclesia tenentur catholica.* Profecto inferius contra Petrum Fullonem loqui Gelasium agnoscemus.

Κυρίοις μου πάντα θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἐπισκόποις Κοσμᾷ, Σεβηριανῷ, Κύρῳ, Ζωΐλῳ, Εὐσεβίῳ, Θωμᾷ, Σιλουανῷ (1), Γελάσιος a) ἐλέει θεοῦ διάκονος τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως (2)· εἰ ἅπερ ἠξίωσας ἔγραψας, ἔργῳ πρόελθε· τίς τὰς ἐμὰς ὠδῖνας πρὸς ὑμᾶς ἐγκαταμίξει, θεοφιλέστατοι; τί ἂν καὶ τοῦ ταπεινοῦ ἡ πρὸς τοὺς μεγάλους παῤῥησία; οὐ προπετείας τὸ ἐπιχείρημα, οὔτε κενῆς δόξης ἡ ἔναρξις, θείας ἀγάπης καὶ σωτηριώδους πυρσὸς ὑπελθὼν ἐπεγείρει τὴν προτροπήν· κἀμοὶ δότε συγγνώμην παρακαλῶ· [cod. f. 18. b. col. 1.] οὐδὲ γὰρ ἐλλείποντα τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει τὰ τῆς ταπεινότητος προεθέμην λέγειν· ἀλλ' ὡς ὑπομνήσει φιλοθέῳ ἡ παράκλησις, ὅτι πάντες ὑμεῖς διδακτοὶ θεοῦ [* Ioh. VI. 45.] καθά που φησὶ τὸ θεῖον λόγιον· * οὐκοῦν τὰ ἐξ ἀγάπης λεγόμενα κρίναντες, δότε μισθὸν ἀνταποδόσεως, τῶν εὐχῶν ὑμῶν τὰς ἀμοιβάς· ἔδει τοὺς καλοὺς διδασκάλους τῶν μαθητῶν προαρπάσαι τὴν πρὸς τὴν πρεσβείαν τάξιν· εἰ καὶ ἡμῖν ἐπιγράφεται ταύτης τὸ κάλλιστον, ὡς ἐν προδρόμοις θεμένοις τῆς ἐπιδείξεως τὴν σπουδήν· διεγείρουσι μὲν καὶ καταρτίσασι τὰ μέλη, προοδοποιήσασι δὲ τὴν μήνυσιν τῆς στεῤῥότητος δι' ἑαυτῶν· καλῶν διδασκάλων ἀληθῶς ἄριστοι μαθηταί· καλῶν ποιμένων θαυμασία τῶν προβάτων ἡ νομή· οὗτοι τῶν ὑμετέρων πόνων οἱ καρποί.

η'. Ἐπειδὴ τοίνυν φθασάντων παρ' ἡμῖν τῶν εὐαγῶν μοναχῶν θεῖον σύστημα, δεξιᾶς ἔλαβε κοινωνίας παρὰ τοῦ ἀποστολι-

Dominis meis religiosissimis et sanctissimis episcopis Cosmae, Severiano, Cyro, Zoilo, Eusebio, Thomae, Silvano, Gelasius miseratione divina minister catholicae et apostolicae fidei. Si quae recta existimas scripsisti, operam urge. Quia meos dolores vobis communicet, o Deo carissimi? Cur humilis apud magnos fiduciam sumat? Non est audaciae molimen, neque vanae gloriae impulsus, sed divinae salutarisque caritatis fax mihi supposita, ad adhortandum excitat. Mihi ergo veniam detis, oro; non enim quia vestrae prudentiae defectum supplere velim, humilitatis meae verba proferre decrevi; sed cum religiosa monitione fiet deprecatio mea, quia vos omnes docibiles Dei estis, prout ait divinum oraculum. Itaque quae caritatis affectu dicimus vos diiudicantes, date mercedem retributionis, precum scilicet vestrarum remunerationem. Oporteret bonos magistros praeoccupare discipulorum in orando ordinem; si quidem nobis tribuitur hic gradus praecipuus, ceu praecursoribus, spectaculo curam impendentibus; excitantibus insuper et membra roborantibus, classicum denique fortitudinis exemplo nostro canentibus. Bonorum magistrorum optimi vere sunt discipuli: mirifica ovibus pascua a bonis pastoribus suppeditantur. Hi vestrorum laborum fructus.

8. Quia igitur sacrorum monachorum egregius manipulus ad nos delatus, communionis dexteram ab apostolica cathedra

a) Excidit heic a codice Γελάσιος, quod tamen nomen legitur in titulo, ut vidimus.

(1) Horum Syriae (paulo latius sumptae) episcoporum, ad quos utpote sibi satis contemporales, scribere potuit Gelasius, reperiebam notitiam apud Lequinium Or. christ. T. II. Nempe 1. occurrit col. 836. Thomas Damasci episcopus monophysita, anno Ch. 518. Damasco expulsus. 2. Severianus Arethusae episcopus col. 916. circa initia saeculi sexti. 3. Cosmas Epiphaniae episcopus col. 918. contemporaneus Severiani. 4. Eusebius Larissae syriacae episcopus col. 920, qui scribebat ad Iohannem constantinopolitanum haud procul illa aetate id est anno 518. a Christo nato. 5. Cyrus episcopus Mariammae syriacae col. 920, qui item scribebat ad Iohannem constantinopolitanum. Nisi potius intelligendus videtur Cyrus episcopus hierapolitanus, qui sub Zenone imp. orthodoxos episcopos in exilium pellebat col. 928; vel col. 962 Cyrus Edessae episcopus item sub Zenone. 6. Zoilus Rhaphanoeae episcopus col. 920, qui item scribebat ad supradictum Iohannem constantinopolitanum. 7. Silvanus quis fuerit, inter multos eius nominis episcopos, nondum mihi satis liquidum est.

(2) Vides heic et mox Gelasii pontificis maximi modestiam, quam adhuc retinent successores, qui se *servos servorum Dei* nuncupant.

accepit, propterea quod communicare se cum Eutychianis sive Manichaeis negarunt, sed cunctis potius sacrorum canonum definitionibus consentiebant, et damnatos quosvis haereticos repudiabant, et chalcedonensis synodi sanctique et apostolici Leonis papae per omnia confessionem tenebant; necesse est dici a nobis vestrae sanctae synodo: si delibatio sancta est, et massa: et si radix sancta, et rami. Namque ex fructu arbor cognoscitur. Venite et vos, o honorandissimi, ad eam quam vos ipsi sanctam praedicastis cathedram: accurrite ad immobilem Petri petram: connumerate vos choro apostolico: confirmate victoriae vestrae coronas: praeoccupate paratam vobis, o reverendissimi, reverentiam apud eos qui fidem semper confirmare soliti fuerunt. Utique narrarunt nobis Iohannes ac Sergius, diligentissimi fratres, qui a vobis ad nos venerunt, fidei Romanorum invictum robur, amorem erga filios, ecclesiarum sollicitudinem. Non enim tamquam speculatores . . . nostrae recepti fuerunt, sed ut fortitudinis vestrae testes; neque ut improbabiles repulsi sunt, sed ut nuncii concordiae vestrae recepti. Nunciarunt

κῆς καθέδρας, ἀρνησάμενον μὲν τὴν πρὸς τοὺς
Εὐτυχιανιστὰς, ἤγουν Μανιχαίους (1) κοινωνίαν, συμφωνῆσαν δὲ πᾶσι τοῖς κρίμασι τῶν θείων κανόνων ἐν ἀποβολῇ τῶν καθαιρεθέντων αἱρετικῶν πάντων, ὁμολογίᾳ δὲ τῇ διὰ πάντων ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ, καὶ τῇ ἐν ἁγίοις καὶ ἀποστόλοις Λέοντος τοῦ πάππα· λέγειν ἐπάναγκες πρὸς τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον (2)·
εἰ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ col. 2.
ῥίζα ἐκλεκτὴ, καὶ οἱ κλάδοι· * ἐκ γὰρ τοῦ * Rom XI. 16.
καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται· ἥκατε δὲ καὶ ὑμεῖς ὦ τιμιώτατοι πρὸς τὴν εὐαγγελισθεῖσαν παρ' ὑμῶν ἁγίαν καθέδραν· προφθάσατε πρὸς τὴν ἀχείμαστον Πέτρου πέτραν· συναριθμήθητε χορῷ τῷ ἀποστολικῷ· βεβαιώσατε ὑμῶν τῆς νίκης τοὺς στεφάνους· προκαταλάβετε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν σεβασμιώτατοι σεβασμιότητα παρ' οἷς καὶ ἀεὶ ἡ πίστις τὸ κῦρος ἔχει (3)· διηγήσαντο γὰρ ἡμῖν Ἰωάννης καὶ Σέργιος οἱ σπουδαιότατοι ἀδελφοὶ, οἱ ἀφ' ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς παραγενόμενοι, τῆς πίστεως τῶν Ῥωμαίων (4) τὸ ἀήττητον, τὴν περὶ τὰ τέκνα φιλοστοργίαν, τὴν μέριμναν τῶν ἐκκλησιῶν· οὐ γὰρ ὡς κατάσκοποι τῆς ἐλ . . . ίας ἡμῶν ἐδέχθησαν, ἀλλ' ὡς μηνυταὶ τῆς ἀνδρείας ὑμῶν· οὐδὲ ὡς ἀδόκιμοι ἀπεπέμφθησαν, ἀλλ' ὡς εὐαγγελισταὶ τῆς ὁμοφροσύνης

(1) Ita dicit, quia reapse phantasiastae Eutychiani congruebant cum pari errore Manichaeorum, qui haeretici aetate quoque Gelasii grassabantur, ut mox dicemus. Porro de resistentibus henotico catholicis, ideoque persecutionem patientibus, haec habet Gelasius in praedicta latina ad orientales epistola col. 83: *quis non videt illos esse catholicos, et ab omni haeretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, et in exilium sunt redacti? et eos qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes?*

(2) Fortasse illa est synodus, de qua Gelasius in praedicta ad orientales epistola col. 83. ait: *dicitis etiam synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis.*

(3) Supremum apostolicae cathedrae ius violatum in eadem hac causa queritur Gelasius etiam in citata epistola col. 82. *Taceo, et ad sedem apostolicam ex more debuisse deferri. Ne nostra privilegia curare videamur, satis sit ostendere quid secundum regulas et patrum canones facere deberetis. Taceo, quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum; tantumque commoneo, quid fieri ecclesiastico iure convenerat.*

(4) Videtur Gelasius *Romanos* hoc loco dicere illos qui fidem romanam in illa persecutione retinuerunt, quos tantopere celebrat in epistola ad orientales col. 82: *tot tantique pontifices unum idemque cum sede apostolica sentientes, eamque probantes*, *usque ad persecutionem viriliter etc. Ecce tot pontifices apostolicae sedis scita sectantes, praebent vobis servandae veritatis exempla.* Mox col. 83. queritur contra de inconstantia seu indifferentia (ut nunc loquimur) orientalium: *haec illa mixtura, haec est illa confusio, qua per orientem totum inter catholicam haereticamque communionem nulla discretio est: immo qui discernit temptaverit, potius habetur haereticus, persecutione percellitur, exiliis et afflictione multatur.* Et mox col. 84. de Graecis similiter: *haec apud Graecos facilis et inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio: et dum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare.*

ὑμῶν· ἀπήγγειλαν γὰρ καὶ διηγήσαντο τήν τε σταθηρὰν κρίσιν ὑμῶν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν τὴν ἀναίδειαν, τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν τὸ καρτερικόν, καὶ τὴν τῶν αἰσχίστων τὴν μιαιφονίαν· τοῦτο μὲν στόματι διηγησάμενοι, τῷ δὲ ἀληθεῖ καὶ (* ita cod.) διὰ λιβέλλου τοῦ ὑφ' ὑμᾶς * εὐλαβῶν μοναχῶν διαπεμφθέντος, διδάξαντες ὅσας θλίψεις πολλὰς καὶ κακὰς διήλθατε· ὅσαι τοῦ θεοῦ αἱ ἀντιλήψεις ἐπανέτειλαν.

θ'. Καὶ οὐ θαυμαστόν· οὐδὲ γὰρ ἐν πρώτοις τῶν λύκων αἱ ἐπιδρομαί, ἀλλ' ἀεὶ μὲν ἐπιτρέχουσιν, ἀεὶ δὲ τῷ ῥοπάλῳ τοῦ καλοῦ ποιμένος (cod. f. 10 a. col. 1.) ἐκ[βάλλ]ονται· τότε νικᾷ ἡ πίστις, τότε οὐκ ἐξανάστη πόλεμος· οὐκ ἐν . . . τὰ τῆς ἀνδρείας ἀλλ' ἐν . . . τὸ λαμπρὸν τῆς δοκιμασίας· τί γὰρ οὐκ ἐκίνησαν οἱ οὐ . . . πρὸς τὸ ἄρδην ἀφανίσαι τοῦ χριστιανισμοῦ καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸ πρᾶγμα; τίνα χρήματα οὐχ ὑπέφθειραν ἀνταρσίαν . . . τὰ τοῦ Χριστοῦ; ποῖαι μά[χαιραι] οὐ διεφθάρησαν ἐν βασάνοις γυμνάζουσαι τῶν ἁγίων; ποῖον ξίφος ἠκονημένον οὐκ ἠμβλήθη ἐκ τῶν τεμνομένων μακαρίων αὐχένων, καὶ μελῶν τῶν καθολικῶν; ἢ τίς θαλάττης ἄβυσσος οὐ πεπλήρωται ὀστέων τῷ αἵματι συῤῥυέντων σωμάτων ὀρθοδόξων; ποία δὲ ἔρημος οὐ πεπόλισται ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἐξορισθέντων ἀρχιερέων διὰ τὴν πίστιν; ἢ ποῖαι πόλεις ὑπ[ερόριοι] καὶ μακράν που ἀπῳκισμέναι τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας, οὐ κοσμοῦνται καὶ θάλλουσιν ἐκ τῶν διασπαρέντων καὶ φυγόντων ἁγίων πατριαρχῶν, ἐπισκόπων, κληρικῶν, μοναχῶν τε καὶ λαϊκῶν (1); παρὰ τοῖς Μανιχαίοις (2) ἐξουσία τοῦ λαλεῖν καὶ πράττειν ἅπερ βούλονται· παρ' αὐτοῖς χρημάτων θησαυροὶ λαοπλάνων· παρ' αὐτοῖς ἔρεις τε καὶ μάχαι· καὶ θρόνων ἐφέσεις· παρ' αὐτοῖς γοήτων ἑσμοί, φαρμακῶν χοροί, ἐν

enim et exposuerunt firmum vestrum iudicium, haereticorum impudentiam, patientiae vestrae constantiam, et pessimorum saevitiam. Atque haec oretenus narrarunt; tum veritatem confirmarunt libello a vobis per religiosos monachos vestros misso, docentes quot quantasque malas pressuras perpessi fueritis; qualia vobis Dei auxilia obvenerint.

9. Neque id mirum: haud enim in primis fiunt luporum incursiones; semper tamen assultant; semperque vicissim clava boni pastoris abiguntur. Tunc fides vincit, tunc bellum non consurgit: tunc fortitudinis facinora, tunc splendida documenta virtutis. Quid enim conati non sunt . . . ut christianitatis nomen et rem funditus destruerent? Quantae opes distractae sunt, dum adversus Christum rebellatur? Quot gladii consumpti, dum in excruciandis sanctis exercentur? Quot exacuti mucrones sunt obtusi caedendis beatorum cervicibus, et membris catholicorum? Quaenam maris abyssus orthodoxorum corporum, sanguine manantium, ossibus non est oppleta? Quinam desertus locus haud evasit frequens multitudine antistitum illic fidei causa exulantium? Quaenam urbes exterae longissime a nostro imperio sitae, non ornantur et florent, propter illic dispersos sanctos exules patriarchas, episcopos, clericos, monachos, laicosque? Apud Manichaeos libertas loquendi est et agendi pro libito: apud ipsos pecuniae thesauris abundant populorum deceptores: apud ipsos discordiae et contentiones et sedium ambitiones: apud ipsos impostorum globi, magorum chori, qui sub monachorum habitu

(1) Scribit quidem sub initiis Anastasii imperatoris Gelasius, sed recentes adhuc erant Basilisci et Zenonis haereticorum impp. persecutiones adversus orthodoxos, quas Anastasius continuavit. De his persecutionibus loquitur Gelasius etiam in cit. epistola lat. ad orient. *Quid facimus de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici episcopi sunt repulsi? Unde tot tantique pontifices etc. usque ad persecutionem viriliter etc. de quibus passim illa ludibria gerebantur, et latrocinia saeviebant etc. catholicos antistites inaudita prius et miserabili sorte detrudi etc.* Nunc vero multo adhuc graviorem fuisse illam persecutionem demonstrat.

(2) Manichaeos dicit pro Eutychianis, qui aeque phantasiastae erant. Ceteroqui liber pontificalis in vita Gelasii sic habet: *huius temporibus inventi sunt Manichaei in urbe Roma, quos in exilium deportari praecepit; quorum quoque codices ante fores basilicae sanctae Mariae incendio concremavit.*

transfigurantur: ibi magia insolescens attollitur, et astrologia iactabunda prout cuique libitum est oracula edit: debacchantur daemones, eorumque impietatibus plaudunt sacerdotes: Christus illuditur: nemo denique recte sapit. Hoc est illorum qui unam Christi naturam decantant symposium: haec est officina ebriorum et qui unitas naturas confundendo destruunt.

10. Iamque ego ad te, o haeretice, sermonem convertam, confiteosque Christum Dei vivi filium, Petri verba dico, revelationem patris vestri depraedico: tu autem « Deo passo » dicens, oeconomiam destruis, novam doctrinam invehis, abiecta coryphaei confessione. Ille dicit « Christo passo » tu autem adversaris dicens « Deo passo. » Verba « Deo passo » solam denotant deitatem, veste sua nudatam, templo suo privatam, et absque servilis formae adsumptione. Cur impassibilem deitatem trahis ad passionem, o Dei hostis? Cur immortalem naturam servitio et mortis corruptelae obnoxiam facis? Ego Christum Dei vivi filium confitens, non simplicem Christi hominem praedico, sed cum deitate perfecta, et cum humanitate item perfecta eundem

μοναχῶν σχήματι τὴν μορφὴν ἀμειβόντων· ἐκεῖ μαγεία σκιρτῶσα κατεπαίρεται, καὶ ἀστρονομία γαυριῶσα καταθύμια χρησμοδοτεῖ· δαίμονες (ἐκβακχεύοντες), καὶ ἱερεῖς ἀσεβείαις αὐτῶν κροτοῦντες, καὶ Χριστὸς ὁ παιζόμενος, καὶ ὁ συνιῶν οὐκ ἔστι· τοῦτο τῶν τὴν μίαν φύσιν ἐν τῷ Χριστῷ τραγῳδούντων τὸ συμπόσιον· τοῦτο τῶν μεθυόντων καὶ ἀφανιζόντων ἐν συγχύσει τὰς ἑνωθείσας φύσεις τὸ ἐργαστήριον. col. 2.

ι'. (1) Κἀγὼ μὲν, ὦ αἱρετικὲ, τρέψω πρὸς σὲ τὸν λόγον, ὁμολογῶν Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ τοῦ ζῶντος τὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου φθέγγομαι ῥήματα (2)· τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ πατρὸς ὑμῶν (3) κηρύττω· σὺ δὲ λέγων Θεοῦ παθόντος, ἀναιρεῖς τὰ τῆς οἰκονομίας, καινοτομεῖς, ἀποβαλλόμενος τοῦ κορυφαίου τὴν ὁμολογίαν· ἐκεῖνος λέγει Χριστοῦ παθόντος, καὶ σὺ ἀντιπράττεις κράζων Θεοῦ παθόντος· τὸ λέγειν, θεοῦ παθόντος, ψιλὴν ὑποφαίνει τὴν Θεότητα, γυμνὴν τοῦ ἐνδύματος, ἐστερημένην τοῦ ναοῦ καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς προσλήψεως· τί τὴν ἀπαθῆ Θεότητα καθέλκεις εἰς πάθος Θεομάχε; τί τὴν ἀθάνατον φύσιν ὑπὸ δουλείαν καὶ φθορὰν θανάτου ὑποβάλλεις; ἐγὼ Χριστὸν υἱὸν θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁμολογῶν, οὐ ψιλὸν τὸν ἄνθρωπον τοῦ Χριστοῦ κηρύττω, ἀλλ' ἐν Θεότητι τελείᾳ καὶ ἐν ἀνθρωπότητι

(1) Videtur potissimum intelligendus Petrus Fullo antiochenus episcopus, qui auctor fuit additamenti ad trisagium his ab ecclesia damnatis verbis: *qui passus es pro nobis;* quae nimirum verba ad Trinitatem relata, ut praecedens trisagium postulat, Theopaschitarum errorem continent: (De trisagio luculentum extat Damasceni scriptum, praeter dicta ab eodem in op. de fid. orth. lib. III. cap. 10.) Et Fullo quidem aliquot ante Gelasii pontificatum annis obierat; nihilominus Gelasius etiam in supra citata ad orientales epistola contra eundem eiusque fautores invehitur. Adde, quod liber pontificalis in Gelasio sic habet: *huius temporibus iterum venit relatio de Graecia, eo quod multa mala et homicidia fierent a Petro et Acacio constantinopolitano.* Et mox: *ipsis temporibus fecit synodum, et misit per tractum orientis, et iterum damnavit in perpetuum Acacium et Petrum, si non poenitentes sub satisfactione libelli postularent poenitentiam.* Reprehenditur tamen narratio a criticis, quia Acacius et Petrus Fullo ante aditum a Gelasio pontificatum vita excesserant. Nisi forte Petrus, non Fullo, sed Mongus ille alexandrinus intelligitur ab auctore libri pontificalis (etenim Mongus in Gelasii pontificatu vivebat); quem quidem Mongum sub nomine Petri alexandrini reprehendit Gelasius in cit. epistola, ut Acacii sectatorem et amicum. Verumtamen siquis omnino malit encyclicam hanc epistolam Felicis esse, non Gelasii; aio rursus, a panopliae auctore Gelasium diserte in titulo scribi, non Felicem; quamquam postea in iisdem foliis Felicis alia epistola ponitur, ut postea dicemus; quo fit ut dictus panopliae auctor perspicue Gelasium a Felice distinguat. Ceterum quia in conciliorum tomo VII. deinde a nobis citando, col. 1904. epistola quaedam legitur (diversa a nostra) quae in codice nomen Gelasii gerere dicitur, et tamen ad Felicem referenda creditur; non magnopere repugnabo si quis hanc ineditam luculentamque libri nostri encyclicam Felici potius quam Gelasio tribuere valet.

(2) Nempe I. Petr. IV. 1. *Christo passo in carne.* Non *Deo* inquit, sed *Christo;* cui praeter deitatem inerat etiam humanitas, quae sola morti fuit obnoxia.

(3) Fortasse ita loquitur, quia quum Petrus apostolus sederit episcopus Antiochiae, idcirco pater ecclesiae syriaticae appellari potest.

τηρεία τὸν αὐτὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος προσκυνῶ· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις ἀσυγχύτως καὶ ἀτρέπτως γέγονεν, ἵνα εἷς πιστευθῇ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· εἷς, εἰ καὶ τῶν ἑνωθεισῶν φύσεων τὸ διάφορον νοεῖται μετὰ τῶν ἐνεργειῶν· cod. f. 10. b. col. 1. εἰ γὰρ καὶ αἱ φύσεις [ἑκάστη ἰδιό]τησι κοσμοῦνται, ἀλλ' εἷς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ αὐτὸς θεὸς κατ' ἀλήθειαν καὶ ἄνθρωπος κατ' ἀλήθειαν· ἕνωσις ἀδιαίρετος καὶ ἀδιάζευκτος, χωρισμὸν μὴ ὑφισαμένη· εἷς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα· ἀλλὰ δάκνῃ καὶ σπαράττῃ τοὺς ὀδόντας διαπρίων, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σεβασμίαν σύνοδον ταῦτα κηρύξασαν αἰτιώμενος· καὶ τὸν ἀοίδιμον καὶ ἐν ἀποστολικῇ χορείᾳ καταριθμούμενον Λέοντα βάλλεις ὕβρεσιν, ἐν παραφροσύνῃ· καὶ ἡμεῖς μὲν οἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὑπήκοοι γνήσιοι, τὰ παρ' αὐτῶν θεσπίσματα ἐν στόματι φέροντες, καὶ καρδίᾳ ἐγκεκολλαμμένα ἔχοντες, στέργομεν ἀπαρεγχειρήτως· σὺ δὲ ταῦτα ἀφεὶς, καὶ πρὸς τὸ ἀσεβείας βάραθρον ἐμπεπτωκὼς, μαρυκᾷς τὴν τῶν ἀκανθῶν χορτώδη ποιότητα.

ια'. Ἔστι γάρ σοι καὶ ἄλλο ὑφ' ᾧ κομπάζῃ καὶ σκιρτᾷς ἐγχειρίδιον πίστεως, τῆς σῆς γνώμης καὶ τυραννίδος ἐφόδιον· ᾧ προσηνῶς καὶ ἀπατητικῶς προσέρριψας ὄνομα, ΕΝΩΤΙΚΟΝ (1) καλέσας· φεῦ τῆς φληνάφου τερθρείας τῶν ἀποστατῶν· παρώσαντο τὴν ἀποστόλων διδαχὴν, καὶ λαϊκῶν διδάγμασιν ἐναβρύνονται· τῶν ἐνθέσμων συνόδων ἀποστρέφονται τὰς ἐκθέσεις, καὶ κοσμικῶν ἐπιστολιδίοις τὰς ἐλπίδας ἑαυτῶν ἀνατιθέασι· col. 2. τῶν ἁγίων καὶ ὁμολογητῶν ἀποθοῦνται τὴν σεμνότητα· καὶ χάρτην ἐπ' ἔκ[λυσιν] τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου ἐκφωνηθέντα κατα- * II paralip. XXVI. 19. π[ομπεύου]σι· τοῦ Ὀζίου τὴν θρασύτητα * δοξάζουσι, καὶ ἱερωσύνης τὸν ἁγιασμὸν ἀποτινάσσονται· καὶ ὑμεῖς (2) μὲν, ὦ οὗτοι, ἕως ὧδε

Dei vivi filium adoro. Duarum quippe naturarum unio inconfuse et inconvertibiliter facta est, ut unus credatur Christus Dei vivi filius; unus, inquam, etsi unitarum naturarum differentia intelligitur cum operationibus. Quamquam enim utraque natura proprietatibus suis ornatur, attamen unus est Christus Dei vivi filius, idem vere Deus, idemque vere homo, unio indivisibilis, insolubilis, nullam patiens separationem: unus Christus Dei vivi filius: unus dominus, una fides, unum baptisma. Tu tamen angerls et dirumperis dentibusque frendes, venerandam Chalcedonis synodum, quae haec praedicavit, incusans, nec non celeberrimum et apostolico choro adnumeratum Leonem contumeliis pulsans stultissime. Nos vero sanctorum apostolorum germani discipuli, illorum effata ore gerentes, et corde insculpta habentes, inviolabiliter eadem retinemus. Tu vero haec deserens, et in impietatis barathrum temet coniiciens, gramineam spinarum materiam ruminas.

11. Est et aliud tibi, quo gloriaris et exultas, enchiridium fidei, opinionis tuae atque tyrannidis adminiculum, cui blandum fallaxque nomen imposuisti, HENOTICUM appellans. Hem nugaces apostatarum praestigias! Abiecerunt apostolorum doctrinam, et laicorum constitutis gloriantur: legitimarum synodorum praescripta repudiant, et in mundanorum hominum epistoliis spes suas reponunt: sanctorum et confessorum auctoritatem detrectant, et chartam quae chalcedonensem sanctam synodum destruit, publice iactant: Oziae audaciam extollunt, et sacerdotii sanctificationem repellunt. Et vos quidem estote hactenus leprosi, contumeliaeque maculam

(1) Gelasius in cit. lat. epistola col. 84. sic de Zenone, henotici auctore, et Fullonis promotore: *per Zenonem imperatorem, qui utique antiocheno Petro, quem introduxerat, et cuius sacerdotium comprobaverat* etc. De Zenonis henotico Cedrenus T. I. p. 353, nimirum sub Felice III. PP. cui successit Gelasius.

(2) Nempe episcopi qui privata synodo calculum haeresi adiecerant. Felix papa pro sui gradus dignitate se supremo iure, in ep. Concil. edente Zatta T. VII. col. 1101. ita scribit: *absolvi Petrus Fullo nulla ratione potuit sine apostolicae sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma veterum testatur antistitum.*

in vultu habetote, signi instar, trementes et in terram curvi gementes: non enim recte sacrificium obtulistis, ignorantes sacerdotii auctoritatem, et laicorum temeritatem. Etiamsi enim hic rex processit, non tamen episcopus est ordinatus. Porro regia dignitas a sacerdotio directa (diu) manet; sacerdotium vicissim a rege honoratum, purpuram laetificat, sceptrum illustrat, dignitatem sanctificat: siu vero iniuriis adficitur, fundamenta convellit.

12. Excogitatum est aliud quoque impietatis genus ab audacibus Theopaschitis. Solet enim qui insaniae morbo laborat, ea dicere quae phrenitis suggerit. Quaenam itaque amentia est, traditum a sancto angelo hymnum, dum caelestis ira adversus peccata saeviret, tellusque a cardinibus nutaret, et motibus quateretur, oppida a fundamentis everterentur, subitaque ruina natis suis sepulcra fierent; cur inquam ausi sunt isti dura cervice homines, et sancto Spiritui resistentes, commovere divini statuti in hymnis sigilla? atque hinc, hominum saluti invidentes, elementorum, ut videre est, ordinatum motum pervertere, maiorem provocantes iram, propter suam iniquam quam in altum eructarunt blasphemiam. Ac quemadmodum propter datam clementer hymnodiam, confractio cessaverat, ita rursus hac sublata ob schismatum aberrationem, cumulata est, ultra ceteras ipsorum impietates, ruina. Hinc terrae motuum indesinentium iactationes, frugum sterilitas, ecclesiarum perturbationes, populorum rebelliones, pacis exilium, tumultus ubique dominans, sanguinis infinita effusio.

13. Et catholica quidem ecclesia, quem ad sui correptionem a Dei misericordia ac-

στῆτε λεπρῶντες καὶ τὸν προπηλακισμὸν τῆς ἀτιμίαν ἐπὶ προσώπου λάβετε σημεῖον, τρέμοντες καὶ στένοντες ἐπὶ τῆς γῆς· * οὐ γὰρ ὀρθῶς προσηνέγκατε, ἀγνοήσαντες ἱερωσύνης αὐθεντίαν καὶ λαικῶν προπέτειαν· εἰ γὰρ καὶ βασιλεὺς προῆλθεν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀρχιερεὺς ἐχειροτονήθη (1)· βασιλεία μὲν γὰρ ὑπὸ ἱερωσύνης παιδαγωγουμένη, διαμένει ἐν . . . καὶ ἱερωσύνη ὑπὸ βασιλείας δοξαζομένη, φαιδρύνει τὴν ἁλουργίδα, [μεγαλα]υχεῖ τὰ σκῆπτρα, ἁγιάζει τὴν ἀξίαν· ὑβριζομένη δὲ, ἐκριζοῖ θεμέλια. * marg. σημεῖον φοβερὰ ταῦτα

ιβ΄. Ἐφευρεται δὲ καὶ ἕτερον εἶδος ἀσεβείας ὑπὸ τῶν τολμητῶν Θεοπασχιτῶν· πέφυκε γὰρ τὸν κρατούμενον τῷ τῆς παραφροσύνης πάθει, ἐκεῖνα λέγειν ἅπερ ἡ φρενῖτις ὑποτίθεται· τί οὖν τὰ τῆς ἀλογίας, τὸν ὑπὸ ἁγίου ἀγγέλου ἐκδοθέντα ὕμνον ἐξ ἁμαρτιῶν ὀργῆς κρατησάσης, καὶ γῆς ἐκ μοχλῶν κινουμένης, καὶ σεισμοῖς ἀναβραζομένης, πόλεών τε ἐκ βάθρων καταρριπτομένων, καὶ τάφων αὐτοσχεδίως ἀθρόον τοῖς ἐκγόνοις γινομένων, ἐτόλμησαν οἱ σκληροτράχηλοι καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτοντες, παρασαλεῦσαι τῆς θείας ὁροθεσίας τῶν ὕμνων τὰ σήμαντρα; κἀνταῦθα βασκαίνοντες τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ, ἀνατρέψαντες ὡς ἔστιν ἰδεῖν καὶ τῶν στοιχείων τὴν εὔτακτον κίνησιν, μείζονα ὀργὴν ἐπισπασάμενοι διὰ τὴν εἰς ὕψος ἄδικον δυσφημίαν· καὶ ὥσπερ διὰ τῆς ἐκδοθείσης φιλανθρώπως ὑμνῳδίας, ἡ θραῦσις ἐκόπασεν, οὕτω πάλιν καταργηθείσης διὰ τῆς παρατροπῆς τῶν σχισμάτων, ἐπληθύνθη πρὸς ταῖς ἄλλαις αὐτῶν ἀσεβείαις ἡ πτῶσις· ἐντεῦθεν σεισμῶν ἀπαύστων ἀναβρασμοὶ, καρπῶν ἀφορία, ἐκκλησιῶν ταραχαὶ, ἐθνῶν ἐπαναστάσεις, εἰρήνης φυγὴ, συγχύσεως ἐπικράτησις, αἱμάτων ἀκόρεστος ἔκχυσις. cod. f. 47. a. col. 1.

ιγ΄. Καὶ ἡ μὲν καθολικὴ ἐκκλησία ἥν περ ἐν παιδείᾳ μετ᾽ οἰκτιρμῶν παρέλα-

(1) Hac ipsa in causa scribens Gelasius cit. ep. col. 82. ait: *si crimine respersi erant* (episcopi) *aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci: praecipue cum ipsas leges publicae, ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas nonnisi ab episcopis sanxerint iudicari.* Et animadverte, ob perpetuo renascentes politicorum errores et oppressiones, nativum et vetus ecclesiasticae libertatis sive immunitatis ius: et quod, etiamsi leges civiles huic consonent et faveant, non inde tamen vim capit, quia ius civile in his obsequitur iuri ecclesiastico, non illud creat. Quippe ecclesiastica immunitas a concessionibus civilibus per se orta non est.

βεν ὑμνῳδίαν, μετὰ φόβου καὶ τρόμου, ἀπαύστῳ στόματι καὶ χείλεσιν ἀσιγήτοις βοᾷ, ψάλλουσα καθεκάστην, ἅγιος ὁ θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· ἡ δὲ τῶν θεομισῶν ἐναγὴς φρατρία, ἡ τὴν ἀκήρατον καὶ ἄχραντον τοῦ θεοῦ φύσιν ἀεὶ παρανόμοις βέλεσι κατατοξεύουσα, τὸ ὁ σταυρωθεὶς τῷ αἴνῳ προσέθηκεν, ἵνα τῆς θεότητος καὶ τὸ ἀθάνατον καθυβρίσῃ, καὶ τῆς ἁγίας τριάδος τὸ ὁμοούσιον διαφθείρῃ· ἐπινοοῦντες οἱ ἀναιδεῖς ἕτερον εἶδος παραπληξίας μεστόν· ἐν γὰρ τῇ προσθήκῃ τοῦ, ὁ σταυρωθεὶς, ἄλλος τίς εὑρίσκεται παρὰ τὸ τρισάγιον νοούμενος, ὃ ἐλεῆσαι αὐτοὺς δῆθεν ἀναγκαζόμενος· εἰπόντες γὰρ τὸ τρισάγιον, καὶ
col. 2. προσθέντες τὴν καινοτομίαν, ἕτερόν τινα ὑποφαίνουσι διεζευγμένον τοῦ τρισαγίου, καὶ τοῦτον ἀνώνυμον· εἰ γὰρ ὡς ἐπὶ τῆς τριάδος, ἅγιος ὁ θεὸς ὁ πατὴρ, ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ υἱὸς, ἅγιος ἀθάνατος τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ, ὁ σταυρωθεὶς, λεγόμενον, ἄλλον τινὰ βούλεται ἔξω τῆς τριάδος· ἀλλ᾽ οὐκ αἰδῇ οὐδὲ αἰσχύνῃ τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἀπαίδευτόν σου τῆς δοξολογίας; πῶς λέγεις ἅγιος ἀθάνατος, ἢ πῶς ἐπάγεις τὸ ὁ σταυρωθείς; ἢ ἄνελε τὸ, ἀθάνατος, καὶ εἰπὲ τὸ, ὁ σταυρωθείς· ἢ ἐρυθρυάσας τὸ ἀθάνατον, παραίτησαι τὸ, ὁ σταυρωθείς· ἀλλ᾽ οὐ νήφεις, ἐμβρόντητε, οὔτε ταῖς ἀκοαῖς ἐνηχήθης, οὔτε τῇ διανοίᾳ κατενόησας τῆς ὑμνῳδίας τὴν μεγαλοπρέπειαν· ὅπως θεὸν ἰσχυρὸν ἀθάνατον τὸ τρισάγιον ἐκδιδάσκει· ὁμολογοῦμεν καὶ ἡμεῖς, συκοφάντα, τὸν σταυρωθέντα, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, οὐκ ἐφ᾽ ὕβρει τοῦ ἀθανάτου· οὐδὲ ἐπὶ καταλύσει τοῦ ἀφθάρτου προσκυνοῦμεν τὸν ἐσταυρωμένον, ἀλλὰ Χριστὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὡς ὁ ἅγιος Πέτρος ἐξ ἀποκαλύψεως τοῦ πατρὸς παιδευθεὶς
*Matth. XVI. 16. ἐδίδαξεν· * ἡ ἁγία καὶ μακαρία τριὰς οὐ βαθμοῖς ὀνομάτων ὑπόκειται ἀξίας (1), ἀλλ᾽ ἰσότητι πραγμάτων μεγαλύνεται· εἰ γὰρ καὶ πρόσωπα τρία, ἀλλ᾽ οὐ τρεῖς ἀξίαι·

cepit hymnum, eum cum timore ac pavore, incessante ore et numquam tacentibus labiis clamat, quotidie psallens: sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nostri. Deo autem odibilium execranda factio, quae integerrimam puramque Dei naturam impiis telis semper adpetit, verba « qui crucifixus es » laudi addidit, ut deitatem eius et immortalitatem iniuria adficiat, et sanctae Trinitatis consubstantialitatem corrumpat. Atque aliud hi impudentes insaniae plenum commentum excogitant: etenim in additamento « qui crucifixus es » alius quidam invenitur praeter trisagium subintellectus Deus, qui proinde illorum misereri compellitur. Nam cum dicunt trisagion, et novitatem illam attexunt, alium quemdam innuunt a trisagio seiunctum, et quidem anonymum. Etenim si de Trinitate dicitur, sanctus Deus pater, sanctus fortis filius, sanctus immortalis spiritus sanctus, verba « qui crucifixus es » alium quemdam extra Trinitatem spectant. Nonne vero te pudet pigetque absurdae huius et imperitae laudationis? Quomodo dicis sanctus immortalis, et mox addis qui crucifixus es? Vel aufer immortalis, et dic crucifixus; vel immortalem reverens, aufer qui crucifixus es. Sed qui stolidus es, sobrius esse non potes, neque aure audis, neque mente intelligis hymni maiestatem, quomodo scilicet Deum fortem atque immortalem, trisagion nos doceat. Confitemur nos quoque, o sycophanta, crucifixum, sed secundum incarnationis rationem, non ad immortalis contumeliam; neque ad incorruptibilis exitium adoramus crucifixum; sed Christum Dei vivi filium, ut sanctus Petrus revelante ei patre nos docuit. Sancta et beata Trinitas haud gradibus nominum dignitatis obnoxia est, sed rerum aequalitate magnificatur. Nam etsi tres sunt personae, non tamen tres dignitates. Ubi consubstantialitas, ibi

(1) Recole omnino citata a nobis S. Augustini verba retro p. 658.

Digitized by Google

omnipotentia: differentia est in nominibus, non in dignitate: dissimilitudo appellationum, non substantiae. Quamvis enim tres sunt hypostases, patris, ac filii, et spiritus sancti, una tamen substantia, una deitas; una inquam in immortalitate, in impassibilitate, in immutabilitate, in voluntate, in creatione, in clementia, in misericordia.

14. Non sunt hi mei sermones, sed apostolorum doctrina haec est, et sanctorum patrum enarratio. Patres autem dico successores illorum qui testes oculati fuerunt et ministri verbi; quos tu, furibunde, anathemate pulsas, quia liberas illorum reprehensiones aequo animo non fers, neque radiantem splendorem divini quod in eis est charismatis. Nemo autem ignorat chalcedonensem sanctorum virorum synodum damnasse insanum Nestorium, impium item Eutychem exauctorasse anathemate perculsum, nec non alexandrinum Dioscorum sancti Flaviani interfectorem, qui et alios fidei defensores sceleste expulerat, et alia antiquiora ecclesiae lumina extinguere nisus fuerat; hunc inquam arcto vinculo Eutychi haerentem, synodus ab ecclesiae corpore abscidit. Vestra porro anathemata, quae adversus Dei amicos furiose iaculati estis, mundum subverterunt, aërem corruperunt, seraphinos irritarunt, cherubicum thronum quassarunt, gloriae regem ad ultionem provocaverunt. Amen quippe dico vobis electis meis, ait Dominus, qui mei causa quotidie ab insanis anathemata patimini, vos ulciscar et remunerabor: inebriabo tela mea sanguine, et gladius meus carne vescetur, cruore sauciorum et captivorum, capitibus principum gentium, purgaboque terram populi mei. Exiit decretum, pervenitque Domini gladius ad sacerdotes iniquitatis; gladius Domini adversus principes iniustitiae: gladius in civitate, gladius in agro, contra omnem contumeliosum ac superbum, per omnem impiorum locum et apostatarum, contra quemlibet qui sanctos iniuriando operam

ἔνθα τὸ ὁμοούσιον, ἐκεῖ τὸ παντοδύναμον· cod. f. 47. b. col. 1. τὸ διάφορον ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ' οὐκ ἐν ἀξίᾳ· τὸ ἀνόμοιον ἐν προσηγορίαις, οὐκ ἐν οὐσίᾳ· εἰ γὰρ καὶ τρεῖς ὑποστάσεις πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, ἀλλὰ μία οὐσία, μία θεότης, μία ἐν ἀθανασίᾳ, ἐν ἀπαθείᾳ, ἐν ἀτρεπτότητι, ἐν βουλῇ, ἐν δημιουργίᾳ, ἐν ἐλέει, ἐν οἰκτιρμοῖς.

ιδʹ. Οὐκ ἐμοὶ οἱ λόγοι, τῶν ἀποστόλων αὕτη ἡ διδασκαλία, τῶν ἁγίων πατέρων ἡ ἐξήγησις· πατέρας δὲ λέγω τοὺς διαδόχους τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ λόγου, οὓς λυσσῶν ἀναθεματίζεις, μὴ φέρων αὐτῶν τοὺς ἀνεπαισχύντους ἐλέγχους, μὴ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν μαρμαρυγῶν τῶν ἐν αὐτοῖς θείου χαρίσματος. Οὐκ ἠγνόηται δὲ ὅτι ἡ ἐν Χαλκηδόνι τῶν ἁγίων σύνοδος Νεστόριον μὲν ὡς φρενοβλαβῆ κατέκρινεν· Εὐτυχέα δὲ ἀσεβήσαντα ἀπεκήρυξεν ἀναθέματι βαλοῦσα· Διόσκορον δὲ τὸν ἀλεξανδρέα καὶ φονέα τοῦ ἁγίου Φλαβιανοῦ, τὸν καὶ τοὺς προμάχους τῆς πίστεως παρανόμως καθελόντα, καὶ ἄλλους δὲ ἀρχαιοτέρους φωστῆρας ἀποκηρύξαντα, καὶ Εὐτυχεῖ συμπλακέντα, τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀπέκοψεν. Οἱ ἀναθεματισμοὶ ὑμῶν, οὓς κατὰ τῶν φίλων τοῦ θεοῦ κορυβαντιῶντες ἀκοντίζετε, τὸν κόσμον ἀνέτρεψαν, τὸν ἀέρα ἐμόλυναν, τοὺς οὐρανοὺς ἠχλύωσαν, τοὺς ἀγγέλους παρώτρυναν, τὰ σεραφὶμ παρώργισαν, τὸν χερουβικὸν θρόνον ἐπέσεισαν, τὸν βασιλέα τῆς δόξης εἰς ἐκδίκησιν παρεκίνησαν· ἀμὴν γὰρ col. 2. λέγω ὑμῖν τοῖς ἐκλεκτοῖς μου, φησὶν ὁ δεσπότης, τοῖς δι' ἐμὲ ὅλην τὴν ἡμέραν ὑπὸ ἀφρόνων ἀναθεματιζομένοις, ὅτι ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν ὑμῶν, καὶ ἐκδικήσω καὶ ἀνταποδώσω· μεθύσω τὰ βέλη μου ἀφ' αἵματος, καὶ ἡ μάχαιρά μου φάγεται κρέα· ἀφ' αἵματος τραυματιῶν καὶ αἰχμαλωσιῶν ἀπὸ κεφαλῆς ἀρχόντων ἐθνῶν· καὶ ἐκκαθαριῶ τὴν γῆν τοῦ λαοῦ μου· ἐξῆλθεν ἡ ἀπόφασις, καὶ ἐδόθη ἡ μάχαιρα κυρίου ἐν ἱερεῦσιν ἀνομίας· μάχαιρα κυρίου ἐν ἄρχουσιν ἀδικίας· μάχαιρα ἐν πόλει, ἐν ἀγρῷ, ἐν παντὶ ὑβριστικῷ καὶ ὑπερηφάνῳ, ἐν παντὶ τόπῳ ἀνόμων καὶ ἀποστατῶν, ἐν παντὶ κοινωνήσαντι τῇ τῶν

ἁγίων ὕβρει. ἐν παντὶ προσπελάσαντι τῇ τῶν ἀναθεματισθέντων ἀσεβῶν κοινωνίᾳ.

ιε'. Τούτων οὕτως ἐν ὀργῇ ἐζωγρημένων ὑπὸ τὸ ἀμφίβληστρον τῆς ἐκδικήσεως, καλῶς ὑμεῖς ἐξεκλίνατε, θεοφιλέστατοι, τόπον δώσαντες· καλῶς ἀφορίσθητε ἐξ αὐτῶν, τῷ βορβόρῳ τῆς ἀθεΐας ἐγκυλιομένους ἐγκαταλείψαντες· χαίρει Χριστὸς διαιρούμενον τὸν σύνδεσμον αὐτῶν ὁρῶν· εὐφραίνεται τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀποστατουμένους προσλαμβανόμενος· ἐκεῖνοι ἐν ἅρμασι καὶ ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα· cod. f. 48. a. col. 1. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν ὑπὸ τὴν μάχαιραν τοῦ κυρίου, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἐσώθημεν, ἐν σκέπῃ τοῦ θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλιζόμενοι· ἐνηχήσατε ἡμῖν τῶν πνευματικῶν ὑμῶν ἀγώνων τὴν τερπνὴν μελῳδίαν· προπηδήσει καὶ αὖθις ἡ καλὴ περιστερὰ *, τῆς ἐπὶ θεῷ ἐπισκεπασίας ὑμῶν φωνοῦσα τὸν εὐαγγελισμόν· διηγήσασθε θᾶττον πῶς ἐπέστη ὁ ἄγγελος κυρίου, καὶ τὰ δεσμὰ διεσπάραξεν ἄφνω, ὕπνῳ νεκρώσας τοὺς φύλακας· ὅπως τε ἡ σιδηρᾶ πύλη ἀνεπετάσθη, πρὸς τὴν πόλιν τοῦ θεοῦ ἀπάγουσα ὑμᾶς· οὕτω γὰρ οὕτω συνευφραινόμενοι τῇ κατοικίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τὴν μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ παρ' ὑμῶν ἀκούοντες, αὐτῷ τῷ μεγαλουργῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ἅμα τῷ μονογενεῖ υἱῷ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, δόξαν ἀναπέμψωμεν ὁμοθυμαδὸν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* cod. καὶ πιστὴ ἐλθη.

confert, denique contra omnes qui anathemati subiectis impiis communicant.

15. Hos itaque ab ira Dei reti ultionis implicitos, praeclare vos defugite, o Deo dilectissimi, de via decedentes: praeclare vosmet secernite, atque eos in irreligiositatis luto volutantes deserite. Gaudet Christus, praecisum vinculum illorum videns: laetatur ad se recipere qui ab eo defecerant. Illi in curribus et in equis, nos autem in nomine Domini magnificabimur. Ipsi impediti sunt et ceciderunt sub Domini gladium; nos autem surreximus et salvati sumus, in velamento Dei caeli habitantes. Cantate nobis spiritalinm vestrorum certaminum dulcem melodiam: prodibit rursus pulchra columba quae vobis divinae tutelae bonum nuncium canet. Narrate protinus quomodo Domini angelus adstiterit, et vincula cito dissolverit, somno custodes mortificans; et quomodo ferrea ianua reserata sit, quae vos intra civitatem Dei recipit. Sic enim, sic laetantes in contubernio, Deique magnalia a vobis audientes, ipsi prodigiorum auctori patri Deo, cum unigenito filio, et sancto spiritu laudem concorditer extollemus per saecula saeculorum. Amen.

*Exin sequuntur in codice epistolae* 1. *Pamphili episcopi Abydi.* 2. *Asclepiadis episcopi Trallium.* 3. *Fausti episcopi Apolloniadis.* 4. *Quintiani episcopi Asculianorum.* 5. *Felicis papae romani; quae omnes extant in tomo septimo Conciliorum Zattae col.* 1045. 1109. 1127. 1129. 1133. *Sed tamen in praedicta editione col.* 1136. *desideratur in epistola Asclepiadis particula graeci textus, quam codex vat. f.* 49. *b. ita supplet in octavo anathematismo.* Εἴτις λέγει θεοπασχίαν, ἢ θνήσεως θεὸν γεύσασθαι, ὡς εἰς ταῦτα αὐτὸν εὐδοκίᾳ ἥκειν ἐν τῷ τετάφθαι αὐτόν, καὶ μὴ ὁμολογεῖ αὐτὸν ὡς θεὸν μὴ κυριεῦσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου, θάνατον δὲ θανατώσαντα, δι' ἧς εἴληφε θνητῆς αὐτοῦ σαρκός, ἀνάθεμα ἔστω. *Subsequitur Theodori Abucarae brevis disputatio cum Saraceno de Christi corpore in eucharistia, prout est in operibus Gretseri T. XV. p.* 400. *Denique fol.* 53. *sic scribitur:* ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐν ἔτει ,ϛωιδ', ἰνδ. δ'. Καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε τῷ γράψαντι Νίφωνι τῷ ἁμαρτωλῷ μοναχῷ. Absolutus fuit praesens liber anno ·VIM·DCCC·XIV· indictione quarta *(Christi* 1306.*)* Qui legitis, orate pro scriptore Niphone peccatore monacho. *Mox alia manu subiicitur* αὕτη ἡ δέλτος ἡ δογματικὴ πανοπλία: hic liber dogmatica panoplia est. *Deinde post purum spatium, alia manu subtexitur ex Euthymii Zigabeni panoplia titulus XVI, qui latine legitur in Bib. PP. Lugd. T. XIX. p.* 188. *usque ad p.* 191. *Postrema codicis clausula est:* τέλος ὁλόκληρον τῆς δογματικῆς πανοπλίας: heic omnino explicit dogmatica panoplia.

Digitized by Google

# INDEX RERUM.

*Ubi nulla littera est, intelligitur Cyrillus: ubi A, Athanasius: ubi E, Eusebius alexandrinus: ubi G, Germanus constantinopolitanus: ubi Gr, Gregorius antiochenus: ubi M, Martyrius antiochenus: ubi P, Panoplia: ubi T, Timotheus alexandrinus.*



Digitized by Google

Digitized by Google

L



M



N



O

P



Q



R

Digitized by Google

Z 21743 PR





## Voluminis emendationes et additamenta.

Pag. 29. adn. 1. adde: sine dubio legetur Θεοῦ pro κυρίου. Nam Θεοῦ habet ipse Cyrilius p. 94. P. 30. v. 8. e fin. *mutuoque superiecta;* dic potius: *et aliud alio superius*. Et confer p. 558. adn. 1. P. 31. Omittatur edn. 1. P. 48. v. 9. corr. *irretiebantur*. P. 111. In adn. edde: nec non Gregoriue nyss. epist. ad Eusth. et Ambros. opp. T. II. p. 1093. P. 128. v. 9. e fin. corr. ἴδωμεν, et *cognovimus*. P. 150. Locue ferme repetitus in orat. ad reginas opp. T. V. part. 2. p. 157. D. P. 190. v. 10. e fin. corr. ἐπιθήσετε. P. 213. adn v. 3. *sun* corr. *quo*. P. 237. v. 3. a fin. Inserendum fragmentum ex tertio tomo p. gr. 110. δεινοὺς – χερματίσας, p. let. 72. P. 348. in adn. corr. οἶκος. P. 416. v. 10. a fin. adde: *et sanguinem eius bibentes*. P. 444. v. 6. a fin. corr. 114. P. 482. in adnnt. corr. 42. P. 488. in edn. v. 11. dic: *semel et iterum*. P. 524. v. 7. corr. *magus*. P. 544. citatue e Leontio Aeluri locus extat etiàm in T. VI. p. 515. supplementorum Mansii ad Concilie; sed ibi incante continuantur tamquam Aeluri verba, quae sunt Leontii. P. 645. v. 12. *ad* corr. *adversus*.

56 S1788

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Notizie sul restauro effettuato nell'anno 1996
dal laboratorio Pietro Gozzi & C. Snc Modena.

Segnatura 2. 4. 202. ( 9 volumi )

Bibliotecario conservatore

Restauratore progettista C. Montelatici

Sintesi delle operazioni effettuate con specificazione dei materiali impiegati.

Controllo della numerazione. Scucitura mediante taglio della vecchia cucitura e distacco dei singoli fascicoli. Spolveratura totale e rimozione di particelle fangose con l'uso di bisturi e gomme poliviniliche.
Lavaggio in acqua demineralizzata e rimozione del fango mediante pennello a setole morbide e colla Tylose. Deacidificazione in soluzione acquosa semisatura di idrossido di calcio. Ricollatura con Tylose MH 300 P al 2% per immersione.
Restauro delle carte con uso di carta e velina giapponese fornitaci dalla ditta Vangerow e colla Tylose al 6%.
Nuove carte di guardia uso mano Ingres 20231 della ditta Vangerow e tela pelle-ovo di puro cotone.
Cucitura intrecciata eseguita a pieno punto con filo ritorto di puro cotone su fettucce di lino spigato da mm.15 di larghezza.
Capitelli eseguiti a mano con cucitura primaria a filo refe ( stesso usato in cucitura ) e con passaggio al centro di ogni singolo fascicolo; la secondaria colorata con filo di puro cotone.
Indorsatura eseguita a più strati di carta giapponese 25527 e colla Tylose.
Esecuzione del tubo con tela pelle-ovo, carta giapponese 25517 e colla Tylose.
Quadranti in cartone fibrato della ditta Marzotto di Firenze e cartone durevole alla conservazione del tipo Museum 22834, ditta Vangerow, da 800 gr. accoppiati con colla (85% Tylose 15% vinilica).
Coperta eseguita in quarto di pelle di capra, debitamente scarnita e fornitaci dalla ditta Scaricaciotoli, punte cieche in pergamena di capra.
Cartoncino di compensazione sia all'interno che all'esterno è tipo FotoKarton 22780 della ditta Vangerow e colla mista.

Collaudatore Data del collaudo

Digitized by Google